This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Google

Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana byla na bibliotecznych pólkach, zanim zostala troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdążyly już wygasnąć i książka stala się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasly. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszlości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródlo cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając dlugą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczyci się wspólpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materialów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią wlasność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszlych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materialy, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:

- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
  Google Book Search to usluga przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.
- Nieautomatyzowanie zapytań
  Prosimy o niewysylanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tlumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materialów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.
- Zachowywanie przypisań
  Źnak wodny"Google w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ulatwiania znajdowania dodatkowych materialów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.
- Przestrzeganie prawa
  W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich działań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka zostala uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzielo to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiejkolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby staly się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ulatwia czytelnikom znajdowanie książek z calego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Caly tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem `http://books.google.com/`



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

MATRICULARUM

REGNI POLONIAE

SUMMARIA.

Polon. d Metryka Koronna.

MATRICVLARVM REGNI POLONIAE

SUMMARIA,

excussis codicibus, qui
in Chartophylacio Maximo Varsoviensi
asservantur,

contexuit indicesque adiecit
Teodor
(Theodorus) Wierzbowski.

Pars III
Alexandri regis tempora complectens
(1501 — 1506).

32 V B-3

Impensa facta e Thesauro
in Iosephi Mianowski medicinae doctoris hon
ad iuvanda litterarum studia constitu

MAY 15 1957
Copy
1957

Pn.-Fo. Acc. 45.

VARSOVIAE.
TYPIS OFFICINAE C. KOWALEWSKI,
quae est in plateae Masoviae aedibus VIII.
MCMVIII

Sb III 4

Praefatio.

Casimiri IV filius quartus, Alexander Poloniae rex eius nominis fuit primus. Natus est 5 octobris anno 1460. Amisso vero patre, ad vicem illius in Lithuaniam accessit, Ducisque Magni personam susceptam per totum fratris maioris principatum tueri non desiit. Mortuo demum Ioanne Alberto rex Poloniae creatus est in conventu generali Petricoviensi 19 augusti anno 1501. Diadema sacris accepit sollemnibus, quae 12 decembris anni eiusdem Cracoviae peracta sunt. Reipublicae gubernacula annos plenos tractavit quinque, namque comitiorum suorum die anniversario quintum recurrente, cum Vilnae degeret, morbo extinctus est anno 1506.

Acta regis Alexandri libris matricularibus continentur iis, qui sunt numeris XV, XVII, XIX, XX, XXI, XXII signati. Ac de codicibus quidem XV, XVII et XIX dictum est in praefatione partis II-dae; unum adiciendum videtur, tribus istis voluminibus hanc III-am editionis nostrae partem mille undeviginti (49 + 480 + 490) summaria debere.

Ad unius Alexandri tempora duo tantum codices pertinent XX-us et XXI-us. Ille non minus vili corio fulvi coloris, quam ceteri, obductus, millimetrorum est 304½ in altitudinem, 195 in latitudinem, notasque gerit vetustiores has: „Liber Undecimus Nr. 12 sub littera L." Complexus est acta, a Ioannis a Lassko, secretarii regii supremi, mox vero regni cancellarii, relatione conscripta, nec non actorum quorundam commentarios. Exstant in primo folio verba: „Regestrum Inscriptionum et communi | um litterarum per Serenissimum Prin | cipem ac Dominum Dominum Alexan | drum dei gracia Regem Poloniae | Magnum Ducem Lithuaniae Rus | sie Prussieque dominum et heredem | gracio-

sissimum per Manus et ad Re | lacionem venerabilis domini Io | hannis de Lassko, Decani Wladislauiensis | Cancellariique Gneznensis et Canonici | Cracouiensis Ecclesiarum Eiusdem | que Maiestatis Regie Supre | mi Secretarij datarum et concessa | rum Anno domini Millesimo Quin | gentesimo secundo, Regni vero supradicti | domini Regis anno primo, Diebus | et locis litterarum infrascriptarum | Regestratarum Incipit feliciter", infraque saeculi XVII manu adnotatum: „Iuxta nostram Regestrationem Liber Lit. M. Nr. 12". Duplicem in hoc codice foliorum numerandorum rationem animadvertimus: priorem, qua adhibita signata sunt numeris Romanis folia 20, posterioremque (saeculo XVII tribuendam), quam unaquaeque libri charta testatur. Fuerunt autem folia 283 hoc recentiore modo numerata, sed tertium et sextum perierunt. Notandum etiam novicios istos numeros tunc esse inscriptos, cum inter folia 44-um et 45-um quaedam desiderarentur. Inde a folio 254-to libri chartas turbato esse ordine a glutinatore collocatas, ex eo colligitur, quod quae ultima esse debeat, numero 272ª est signata. Ceterum ea quae est „272" nota bis occurrit, omnique vacant scriptura paginae quae sunt 8ª, 31ᵛ, 32ª. Denique pagina 42ᵇ verba: „Incipit annus domini | Millesimus quingen | tesimus tertius et Regni | Serenissimi domini nostri | Regis Alexandri secundus", pagina 172ª verba: „In conuencione Pyotrko | uiensi generali que fuit pro | festo Sancte Agnetis indicta | 1504" exhibet. Summaria quidem e codice XX-mo circiter 900 prompsimus.

Liber matricularis XXI millimetrorum est 304 in altitudinem, 210 in latitudinem. Folium primum (quod tamen numeri nota signatur nulla) haec prae se fert adscripta summo loco: „Ioannis de Lasko 1504" (saec. XVI manu), inferiore: „Regestrum sub littera M." et „Iuxta regestrationem nostrati liber sub lit. N. Nr. 13" (utrumque saec. XVII manu), infimo: „Liber duodecimus sub litera M. Nr. 13 (saec. XVIII manu). Codex is foliorum est 387, sed 3-um deest, vacant autem paginae, quae sunt 2ᵛ, 21ᵛ, 319ᵛ, 338ª, 338ᵛ, 339ª. Quattuor libri locis indices minusculis exarati leguntur hi, fol. 122: „Incipit feliciter Regestrum Ve | nerabilis domini Iohannis | de Lassko, Ecclesie Gneznensis | et Regni Poloniae Cancellarij | ad annum domini Millesi | mum quingentesimum quintum"; fol. 151: „Conuentionis Radomiensis que pro Con | ductu pasche Anno domini 1505 est | instituta inscriptiones et acta | sequuntur"; fol. 239: „Regestraciones Cracouie | habite"; fol. 324: „Conuencio generalis Lub | linensis pro festo Epipha | niarum domini Anno eiusdem | Millesimo quingentesimo | Sexto instituta". Hic igitur codex XXI summariis circiter 1000 syllogen nostram locupletavit.

Restat nunc, ut de libro XXII dicamus. Chartarum est 233, altarum 31,2 centimetrorum, latarum 21 centimetrorum. Sed prima charta, quae est pergamena, non fuit numerata. Titulo quidem codex caret, servavit tamen charta illa prima inscriptiones hasce saeculis XVI, XVII, XVIII exaratas: „1505, 6 et 1507 Drzewiczki", „Iuxta regestrationem nostram Lit. O, Nr. 14", „Liber 14 et Nr. 15 sub litera Q." Actis Alexandri regis perscripta sunt folia 1—87 et pagina 88ª; sequuntur paginae 88ᵛ, 89ª, 89ᵛ, 90ª vacuae;

tum vero a pag. 90^{r} usque ad folium 232, hoc est ad codicis finem, exemplatas habes litteras, regnante iam Sigismundo I, eodem autem regni vicecancellario Mathia de Drzewica referente datas, cuius e relatione Alexander vitae suae temporibus extremis huiusmodi instrumenta conscribi iubebat. Illo igitur libro excusso, hanc tertiam editionis nostrae partem summariis 265 auximus.

Ad scripturae compendia, quibus in operis superioribus usi sumus partibus, nunc illud „JL^{n}. accessit, qua nota litteras e Ioannis a Lassko, regni cancellarii, relatione datas significari voluimus.

Th. W.

Varsoviae, X Calendas Maias 1908

1501.

1. *Mariemburgum, f. 4 post Procopii* (*7 iul.*). Fredericus, s. Luciae in Septemsolio presbyter cardinalis, archiepiscopus Gnesnensis et primas, episcopusque Cracoviensis, ceterique praelati et barones, regni Poloniae consiliarii, in Mariemburg congregati, testificantur Adamum de Vylkanov villam Lanysska cum medietate villae Samplawa, in terra Culmensi sitae, cum totali summa, quam habet in bonis regiis, videlicet in medietate oppidi Cozyerzyno, in terris Pomeraniae seu Cassubiae consistentis, ven. et genn. Nicolao, Mathiae, Cristino et Sbigneo de eadem Vylkanow, fratribus suis germanis, resignasse. XIX, 78.

2. *Cracovia, f. 2 in crastino Petri ad vincula* (*2 aug.*). Litterae praelatorum et baronum regni ad milites ratione solutionis stipendii, quod nobb. Hynek et Morawyecz rotmagistri petebant. Commissio in medio consilii facta. XVII, 224.

3. —— „ —— Praelati et senatores regni Cracoviae congregati certos rotmagistros cum eorum comitivis in servitium suscipiunt et litteras indemnitatis eis dant. XVII, 225.

4. —— „ —— Nomina rotmagistrorum cum eorum comitivis, quibus litterae servitii et indemnitatis a praelatis et baronibus regni Poloniae datae sunt. XVII, 225.

5. —— „ —— Fridericus primas et senatores regni 3000 flor. hung. apud Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem, pro solutione stipendiariorum in mutuum receptos, eidem super capitaneatu Osswyanczimensi, videdicet: oppido Kanthy et villis Dwory, Manowicze, Ossyek, Lanky, Byelany, Lypnyk, Brzescze, Brzezinka et Babycza, aliisque bonis, quorum possessionem olim Ioannes Ternka de Raczyborzany habebat, inscribunt. XVII, 226.

6. —— „ —— Fridericus primas et senatores regni capitaneatum Chelmensem per mortem olim Iacobi de Buczacz, palatini Russiae, vacantem, Stanislao Kuropathwa de Laczuchow, castellano Chelmensi, conferunt. XVII, 226.

7. —— *f. 3 post Petri ad vincula* (*3 aug.*). Fridericus cardinalis archiepiscopus Gnesnensis et primas regni, una cum praelatis et baronibus Cracoviae congregatis, Paulum Swarcz, civem Cracoviensem et zupparum Wyelicensis et Bochnensis factorem, de certis summis ratione sepulturae regiae ab eo solutis quietat. XVII, 224.

8. —— *sabbato post Petri ad vincula* (*7 aug.*). Fridericus primas in controversia ratione plumbi in depositorio Cracoviensi positi inter Nicolaum de Curozwanky, palatinum Lublinensem, ex una, et consules civitatis Cracoviensis, ex altera parte orta, decretum ferunt. XVII, 227.

9. *In conventu Piotrcoviensi, f. 6 ante Matthaei* (*17 sep.*). Fridericus primas et senatores regni bona haereditaria Curozwanky cum villis ac regalia olim Petri de Curozwanky, castellani Sandomiriensis et thesaurarii regni, ob errorem in moneta regni commissum adempta, successoribus eius: Creslao cancellario ac Nicolao palatino Lublinensi, fratribus, et Stanislao capitaneo Wyelunensi, nepoti germanis dicti olim Petri, restituunt. XVII, 227.

10. —— „ —— Litterae Friderici primatis et senatorum regni, quibus mandant, ut Stanislaus de Brzeze castrum et oppidum Curozwanky successoribus olim Petri de Curozwanky, castellani Sandomiriensis, restituat. XVII, 227.

11. *In conventu Piotrcoviensi, f. 6 ante Matthaei (17 sep.).* Fridericus primas et senatores regni bona regalia Sambor cum toto districtu Samboriensi Ioanni Odrowansch de Sprowa, filio Ioannis de Sprowa, palatini Russiae, et Beatae de Thanczin, in certis summis inscripta restituunt. XVII, 228.

12. —— „ —— Litterae Friderici primatis et senatorum regni ad Stanislaum Maldrzyk, tribunum Leopoliensem, capitaneum in Sambor, de restitutione bonorum Sambor Ioanni Odrowansch de Sprowa. XVII, 228.

13. —— „ —— Praelati et senatores regni Poloniae, ad eligendum regem congregati, Petrum Glowyensky vexilliferum Rawensem nominant. r. XVII, 228.

14. —— *sabbato ante Francisci (2 oct.).* Fridericus primas et regni senatores omnes incolas oppidorum Buczacz et Myedzybozye etiam iudaeos, in quos ab olim Ioanne Alberto rege contributio annua 200 fl. hung. aut 80 lapidum cerae imposita erat, a contributione hac absolvunt. XVII, 229.

15. —— *dominica in profesto Francisci (3 oct.).* Fridericus primas et senatores regni veteres confoederationes Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae innovant. XVII, 230.

16. —— „ —— Litterae universales statuum regni Poloniae in conventione Petricoviensi congregatorum de electione Alexandri Magni Ducis Lithuaniae in regem Poloniae. XVII, 231.

17. —— „ —— Litterae statuum regni Poloniae ad ducem Alexandrum, quibus eum de electione in regem Poloniae certiorem faciunt et de electione gratulantur. XVII, 233.

18. —— „ —— Fridericus primas et senatores regni Nicolao de Curozwanky, palatino Lublinensi, 1000 fl. apud eum in mutuum pro necessitate reipublicae receptos super bonis regalibus castro Cazimirzs atque oppidis Kazimirzs et Wąwelnycza cum villis pertinentibus inscribunt. XVII, 234.

19. —— „ —— Fridericus primas et senatores regni Octaviano (de Thedaldis) Florentino zuppam Drohobiciensem et teloneum Grodzeczense arrendant. XVII, 235.

20. —— „ —— Fridericus primas et senatores regni tribunatum Sochaczoviensem Nicolao Sczykowsky, gladifero Cracoviensi, conferunt. XVII, 235.

21. —— „ —— Articuli unionis M. D. Lithuaniae cum regno Poloniae ab Alberto episcopo, Alexandro castellano Vilnensibus et Ioanne de Zabrzezye, palatino Trocensi, oratoribus Alexandri ducis Lithuaniae, conscripti. XVII, 316.

22. —— *ineunte Octobri.* Duae rotae iuramentorum de observandis articulis pactorum inscriptorum inter Polonos et Lithuanos in conventione Pyotrcoviensi. XVII, 233.

23. *Myelnyk, sabbato ante Simonis et Iudae (23 oct.)* Alexander rex articulos unionis Magni Ducatus Lithuaniae cum Regno Poloniae confirmat. XVII, 314.

24. —— *f. 3 (2) Crispini et Crispiniani (25 oct.).* Alexander rex quosdam articulos, libertatem et bonum regimen regni Poloniae concernentes, ex consilio et voluntate statuum approbat. XVII, 238.

25. —— *sabbato ante OO. SS. (30 oct.).* Alexander rex significat, quia Georgius Paczovycz dux, Ioannes Glynsky, marschalcus curiae, tenutarius in Maiori Merzecz et in Uczaus, Ioannes Micolayovicz, marschalcus et tenutarius Vilkinensis, Gergius Hylynycz, marsalcus et tenutarius Lidensis, Stanislaus Zabrzezyensky marsalcus, Albertus Gaschtoltowycz dux, Georgius Alexandrovycz, Bartossius Thaberowycz, marschalcus et tenutarius Moyschegoliensis, Alexander Choczkowycz, tenutarius Puniensis, Ioannes Zabrzezynsky, Nicolaus Nyemyerowycz dux, Ioannes Leonis marschalcus et vexillifer M. D. Lithuaniae, Ioannes alias Wassyl Bogdanowycz Chrzeptowycz, magister equorum curiae magni ducis, Pheczko Januschewycz, notarius in Skyersthnemunyow dux, Vassyl Polubyensky dux. Fedor Czethwertensky dux, Wassyl Zilynsky Nymyra Myelnicensis, Ioannes Steczko Drohicensis capitanei, Venceslaus Koschczyovycz, Georgius Dowoynovycz Voyno, claviger Brestensis, Iuachno Andrzeyovycz, Martinus Melebkowycz, Petrus Furschowycz, Iuchno Worona et Voyna Finyleyevycz, dignitarii M. D. Luthuaniae, omnes articulos in conventione Pyotrcoviensi nuper laudatos, unionem M. D. Lithuaniae cum regno Poloniae spectantes, se et suos successores observare promiserint et iurarint. XVII, 314.

26. *Noviforum alias Newmargkt, f. 2 ante Clementis (22 nov.).* Proconsul et consules oppidi Nouiffori alias Newmargkt coram iudice et scabinis, in iudicio bannito exsistentibus, significant Nicolaum, canonicum Plocensem, Mathiam, Cristinum et Sbigneum de Vylkanow, fratres germanos, divisionem perpetuam omnium bonorum paternorum et maternorum inter se fecisse tali modo: Nicolao obvenit oppidum regale Bern alias Kosczyerssyno, in terra Pomeraniae situm, cum villa Vylkanow, in terra Masoviae consistente, Mathiae — castrum regium Brathian cum toto territorio et villae haereditariae Groslyny et Byelycze, in terra Culmensi sitae, Cristino — villae Rzewnyno, Riczilyno, Vythkowicze et Lassnya, in terra Masoviae consistentes, Sbigneo — villae Choynovo, Lazek, Carpsko, Cholyevy, Wronyno, in terra Masoviae consistentes, et

insuper eidem Sbigneo post obitum Nicolai, fratris sui praefati, obvenire debet villa Vylkanow, ex qua debebit dare Cristino, fratri suo, 100 marcas. XIX, 74.

27. *Cracovia, 12 decembris.* Incipit regestrum litterarum serenissimi principis ac domini domini Alexandri, Dei gratia, regis Poloniae, magni ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque domini et haeredis etc. in residuo anni salutis nostrae videlicet millesimi quingentesimi primi, quo quidem Maiestas Sua Serenissima in arce sua regni metropolitica Cracoviae in basilica divi polonorum patroni Stanislai die dominico ante festum s. Luciae, quae 12 mensis decembris erat, coronata unctaque erat, feliciter regnatura, prout optamus diu felicissime. n. XVII, 241.

28. —— „ —— Rota iuramenti, quo Alexander rex omnia vetera iura, libertates et privilegia a praedecessoribus suis, praesertim vero a Ludovico, Casimiro III, Vladislao avo, Vladislao patruo, Casimiro patre et Ioanne Alberto, germano suo, concessa, servare et tenere promittit. XVII, 240.

29. —— *medio Decembri.* Rex omnia generaliter iura et libertates regni confirmat (finis deest). XX, 5.

30. —— *f. 6 post Luciae (17 dec.).* Rex villas et bona monasterii in Mogilnicza, per armigeros destructas, ad 5 annos a stationibus et exactionibus absolvit. CK. XVII, 242.

31. —— „ —— Rex monasterium Wanchoczense, cuius bona ab armigeris vastata sunt, a stationibus et exactionibus ad 5 annos liberat. r. XVII, 242; CK. XX, 72.

32. —— „ —— Rex villas et incolas monasterii Szyeczyechoviensis per stipendiarios desertas a stationibus et exactionibus ad 5 annos liberat. r. XVII, 242; XX, 106.

33. —— „ —— Rex Olyechno Skorutha de Mlodaticze tribunatum Lubaczoviensem per mortem Nicolai Visga vacantem, confert. CK. XVII, 242.

34. —— „ —— Rex pontale civibus Sandomiriensibus, ab Ioanne Alberto rege per medium grossum a quolibet equo concessum, restituit et innovat. CK. XVII, 242.

35. —— „ —— Rex Paulo Sokolowski, capitaneo in Grudzancz, villam Velcz eiusdem capitaneatus de manibus consulum in Grundzancz eximere consentit. CK. XVII, 247.

36. —— *dominica post Luciae (19 dec.).* Rex decernit, ut id. quod consules civitatis Sandomiriensis pro coronatione regia aliquot equorum poduodas dederunt, eis in sequelam non prorogetur. CK. XVII, 242.

37. —— *f. 2 post Luciae (20 dec.).* Rex Zauissio de Cunradzicz, castellano Plocensi, villam regalem Zebri, in terra Visnensi et districtu Vaschosche sitam, alicui nobilium obligare consentit. CK. XVII, 245.

38. —— *f. 2 in vigilia Thomae apostoli (20 dec.).* Rex significat, quia Stanislaus Gorasdowski Helenae de Misliborzicze, coniugi suae, 300 marc. pol. in villa regali Grabowo, tenutae ipsius, in districtu Pisdrensi sita, ratione dotalicii reformaverit alias vyvyanowal. CK. XVII, 244.

39. —— „ —— Rex significat, quia Nicolaus de Pilcza Magdalenae Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, filiae, suae vero consorti, 3000 flor. hung. ratione dotalicii in bonis suis haereditariis castro Ogrodzenyecz et oppidis Ogrodzenyecz et Wlodovicze ac villis Knelkovycze, Rodaki, Klucze, Nyegowanicze, Vysoka, Rokithno, Parkoscheuicze, Gora, Rudnyki, Czysthowka, Vyessyolka fabrica, in Cracoviensi, et Gaczy et Kossyna in Premisliensi terris sitis reformaverit. CK. XVII, 244.

40. —— „ —— Rex Andream alias Andrzych rotmagistrum cum comitiva 400 equitum armatorum et 100 hussarorum alias raczow in servitium a festo Luciae (13 dec.) suscipit et cuilibet equiti per 10 fl. et cuilibet hussaro alias racza per 6 fl. pro quolibet quartuali anni dare promittit. XVII, 245.

41. —— „ —— Similes litterae indemnitatis nob. Stanislao Strusch rotmagistro per Mtem Regiam sunt concessae et traditae super 200 equites hussarorum alias raczow cuilibet per 6 fl. solvendos; incipit quartale servitii a festo Luciae proxime praeterito. r. XVII, 245.

42. —— *f. 4 in crastino Thomae (22 dec.).* Rex Iacobo Syekluczki, castellano Biecensi, 500 fl. in Rathno tenutae eius inscribit. XXI, 183.

43. —— *f. 4 post Thomae (22 dec.)* Rex litteras Ioannis Alberti regis Cracoviae, f. 4 ante Petri ad vincula (31 iul.) anno 1499 datas, libertatem oppidi Drohobicz per 10 annos ab omnibus exactionibus in se continentes, confirmat. CK. XVII, 245.

44. —— „ —— Mtas Regia consensit redimere libram seu stateram et tragorstwo in civitate Lublinensi famosis praeconsuli et consulibus civitatis Lublinensis de manibus fam. Andreae Schadurka, civis Lublinensis, non excedendo summam principalem in eisdem iuste inscriptam. r. XVII, 245.

45. —— *f. 5 post Thomae (23 dec.).* Literae indemnitatis Petro Olesnky rotmagistro per Mtem Regiam sunt concessae et traditae super 250 equites hussarorum alias raczow cuilibet per 6 fl. solvendum; incipit quartale super suum servitium a festo Luciae proxime praeterito. r. XVII, 244.

46. *Cracovia, f. 5 post Thomae (23 dec.).* Rex Stanislao de Zolkyew, vexillifero Belsensi et curiensi suo, succamerariatum terrae Belsensis, per mortem Nicolai Vysga vacantem, confert. CK. XVII, 246.

47. —— „ —— Mtas Regia vexilliferatum terrae Belsensis Nicolao de Zolkyew per assecutionem succamerariatus terrae eiusdem Stanislai de Zolkyew dedit. r. XVII, 246.

48. —— „ —— Mtas Regia libertatem oppido Thurobin ab universis et singulis teloneis et introitibus regalibus ac a solutionibus, exactionibus et contributionibus, etiam in favorem reipublicae decretis et decernendis, ad 4 annos duntaxat dedit et concessit. r. XVII, 246.

49. —— „ —— Rex Lucae Rakaw, civi Thorunensi, actionem iuridicam in civitate Thorunensi habenti salvum conductum ad regium in Thorun adventum admittit. CK. XVII, 246.

50. —— *f. 5 vigilia vigiliae Nativitatis Domini (23 dec.)* Andreas Rosa de Borzyschewicze, archiepiscopus Leopoliensis ac Premisliensis, Creslaus de Curozwanki Wladislaviensis et regni cancellarius, Ioannes de Lubrancz Posnaniensis episcopi, necnon Petrus Misskowski, palatinus Lanciciensis, iudices commissarii a rege specialiter ad revisionem causae inter Dorotheam de Wrzesnya, viduam Ioannis de Ostrorog, palatini Posnaniensis, ac filios eiusdem Ioannis, Venceslaum et Stanislaum ex prima uxore, ratione bonorum novercae ipsorum reformatorum, deputati, possessionem bonorum eorundem Dorotheae praefatae adiudicant. XVII, 255.

51. —— *f. 6 in vigilia Nativitatis Domini (24 dec.).* Regia Mtas annuendo votis Creslai, episcopi Wladislaviensis et regni cancellarii, dedit, donavit et concessit facultatem praesentandi Petro de Nyemyglow, capitaneo Ravensi, aliquam idoneam quamcunque personam ad ecclesiam parrochialem et altare Orlyagora in eadem ecclesia in Rava, ratam et inviolabilem promittendo habere ipsam praesentationem. r. XVII, 246.

52. —— „ —— Mtas Regia consensit ad exemendum villam Gremmolin Reynoldo Felstelde, civi Gedanensi, de manibus Barbarae relictae Henrici Zichten, etiam civis Gedanensis, et puerorum eius, non excedendo summam principalem in eisdem bonis iuste inscriptam, salvis per omnia iuribus regalibus. r. XVII, 246.

53. —— „ —— Mta Regia arrendavit teloneum Ravense Ozar iudaeo de Oppoczno ad 2 annos pro 80 marcis, duabus ratis solvendis: prima rata pro festo Pentecosten proxime futuro (15 mai 1502) et alia rata pro festo 11000 Virginum anni proxime futuri (21 oct. 1502) pro qualibet rata per 40 marcas; incipit annus tenutae suae a festo 11000 Virginum proxime praeterito (21 oct.). r. XVII, 246.

54. —— „ —— Rex significat, quia olim Henricus Zichthe, consul Gedanensis, ab olim Ioanne Alberto rege burgrabius eiusdem civitatis nominatus, burgrabiatum illud a Friderico Cardinale tempore interregni approbatum habuisset teneratque illud ad vitae suae tempora extrema. CK. XVII, 247.

55. —— *f. 5 infra octavas Nativitatis Domini (30 dec.).* Rex Stanislao Ozarowski terrigenae summam 140 marc. pol., quam olim Ioannes Albertus rex debuit illi pro olim Nicolao de Ostrow, palatino Sandomiriensi, exsolvere, pro festo Michaelis proximo (29 sep. 1502) solvere, in casu vero non solutionis summam eandem in villis Sczekarkow et Pelcznycza ei assecurare promittit. CK. XVII, 248.

56. —— „ —— Datus est salvus conductus circumspecto Volfgango de Isrek (Isdrek) cum 4 equis et totidem humanis personis hinc usque ad dominicam Laetare in medio Quadragesimae (6 mar. 1502). CK. r. XVII, 248.

57. —— „ —— Mtas Regia Petro Lassoczky, succamerariatum terrae Dobrinensis, vacantem per mortem Ioannis Czyrsky, gratiose concessit. r. XVII, 248.

58. —— „ —— Mtas Regia libertatem oppidanis et incolis Urzandow ab omnibus et singulis censibus, daciis, exactionibus, contributionibus institutis et instituendis, ac a quibusvis solutionibus, teloneis et podwodis ad 10 annos indulsit et in forma cancellariae concessit. r. XVII, 248.

59. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis in castris circa Walawa dominica ante Margarethae (12 iul.) anno 1500 datas, libertatem oppidi Crossno ab omnibus censibus per 20 annos in se continentes, innovat. XVII, 248.

60. —— „ —— Rex Stanislao Kyerdey de Podboherodzicze summam 130 fl. hung. et 10 marc pol., in qua habuerat obligatum teoloneum capitale in bonis regalibus Trebowla tenutae olim Sigismundi de Pomorzani pro festo Nativitatis Domini anni 1502 solvere promittit, in casu vero non solutionis teloneum illud ei concedere se obligat. CK. XVII, 249.

61. *Torunia, die Mercurii penultima decembris (30 dec.).* Proconsules et consules civitatis Thorunensis propter consensum aedificandi pontem super fluvio Visla infra civitatem Thorunensem et oppidum Nyeszowiense, sibi a rege Ioanne Alberto datum, contractum arrendationis cum Stanislao de Cosczyelecz, Junivladislaviensi castellano et Nyeszeviensi capitaneo, ratione traiectus et navigii de duabus partibus, ad praefatum castellanum per inscriptionem regis Casimiri pertinentium faciunt, eodem Stanislao eiusque haeredibus 360 marc. prut. levis paga-

menti annuatim, a festo Nativitatis Christi anni 1502 incipiendo, usque ad exemptionem eiusdem traiectus per Regiam Mtem, solvere se obligant. XXI, 1.

62. *Cracovia, f. 6 in vigilia Circumcisionis Domini (31 dec.).* Rex oppidanos in Kazimirzs circa libertates a solutione teloneorum, ipsis a Casimiro IV rege concessas, conservat. CK. XVII, 249.

1502.

63. *Cracovia, sabbato Circumcisionis Domini (1 ian.).* Rex Dobeslao Chmyeleczki, agazoni Premisliensi, salarium annuum in zuppis Premisliensibus 10 marc., 7 ulnas panni ostrodomiensis et 10 vasa salis annis singulis, pro pellicea vero 5 fl. pro quolibet biennio percipiendas, donec officium agazonatus gerebit, assignat. CK. XVII, 249.

64. —— „ —— Rex Dobeslao Chmyelyeczski, agazoni Premisliensi, villam Malnow de manibus Ignatii alias Hihnad Zamosczki eximere consentit. CK. XVII, 250.

65. —— *f. 2 infra octavam Circumcisionis (3 ian.).* Rex significat, quia Stanislaus, Raphael et Otha germani de Chothecz tenentur Ioanni et Dorotheae germanis de Buzenyn 1000 marc., quas olim Ioannes, frater ipsorum germanus, de manibus Hectoris Orchowsky, avi ex matre eorundem Ioannis et Dorotheae, tulerat, quae 1000 marcae datae erant et positae pro villis Lubolya et Brzek regalibus, per Nicolaum Gardzyna de Ludbrancz de consensu regio exemptis, in quibus pater dicti Ioannis Buzensky habuit praedictas 1000 marcas inscriptas; summam hanc praedicti fratres in ratis per 200 fl. pro festis Circumcisionis in castro Calissiensi reponendis reddere promittunt, in casu vero non redditionis intromissionem in oppidum Chothecz et villas Kwyelynye, Kychnow, Jankow, Brudzewko districtus Calissiensis dare se obligant. XVII, 250.

66. —— *f. 2 infra octavam Circumcisionis (3 ian.).* Rex oppidanis de Bobrka, nuper a Turcis et Tartaris terras Russiae vastantibus igne combusta 10 annos libertatis ab omnibus censibus et exactionibus admittit. CK. XVII, 252.

67. —— *f. 2 ante Epiphaniarum Domini (3 ian.).* Rex Ambrosio Pampowski, palatino Siradiensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, tenutarioque bonorum regalium Srzoda, villam regiam Murzynowo de manibus Stanislai Czyszwyczky de Gorasdowo exemere consentit. MD. XIX, 124.

68. —— *f. 3 infra octavam Circumcisionis Domini (4 ian.).* Rex Hedvigi relictae Nicolai Wysga, succamerarii Belsensis, pro meritis mariti ipsius parentibus regiis exhibitis, villam Dymytrow terrae Belsensis, ipsi olim Nicolao ab olim Ioanne Alberto rege inscriptam, litteras antecessoris sui confirmando donat. CK. XVII, 252.

69. —— *vigilia Epiphaniae (5 ian.).* Rex Nicolao de Barthnyki, custodi Plocensi et coadiutori in Wyskithki, ius ipsius patronatus ad ecclesiam in Viskithki confirmat. CK. XVII, 266.

70. —— „ —— Rex confirmat decretum iudicum commissariorum: Raphaelis de Leschno, Gnesnensis castellani et curiae regiae marsalci, Stanislai Ginbyer de Obyezirze Sremensis castellani et Casperi de eadem Leschno, succamerarii Calissiensis, in castro Costensi f. 2 in vigilia Sophiae (14 mai) 1498 datum, quo bona: castrum Ponyecz, molendinum equestre et teloneum, necnon villae Smylowo, Dlugawlicza, Myechczino, Janyschewo, Gyerlaschouo et Conarzewo, Ambrosio de Pampow, palatino Siradiensi et capitaneo Lanciciensi, adiudicata sunt. CK. XVII, 296.

71. —— „ —— Rex confirmat litteras Ioannis Alberti regis circa civitatem Soczaviensem f. 6 Michaelis (29 sep.) anno 1497 datas donationem bonorum Ponyecz Ambrosio Pampowski, palatino Siradiensi, in se continentes. CK. XVII, 298.

72. —— *f. 5 Epiphaniae (6 ian.).* Rex Stanislao de Cosczelecz, tenutario Nyeschoviensi, pontale Nyeschoviense ad eum ratione tenutae eiusdem Nyeschoviensis pertinens, fam. Reynoldo Felstelde, civi Gedanensi, in 1000 fl. hung. obligare et inscribere consentit. CK. XVII, 252.

73. —— „ —— Rex Nicolao Sczikowski, gladifero Cracoviensi, tribunatum Sochaczoviensem donat. CK. XVII, 279.

74. —— *in conventione generali f. 6 in crastino Epiphaniae (7 ian.).* Rex Olechno et Jaczkoni, gladiferi Chelmensis germanis, haeredibus in Whrowsko, privilegium Vladislai II regis Leopoli, f. 4 post Laurentii (15 aug.) anno 1414 datum, donationem villarum Huhrowsko, Buthin, Lukowa, Sobyebory, Polino, Pnyowuo, Pyescze strenuo Olechno in se continens, confirmat. CK. XVII, 251.

75. —— „ —— Rex Iacobo de Schidlowyecz, thesaurario regni et capitaneo Sochaczoviensi, mandat, ut Barbaram Iacobi Sczyczenski et Catharinam Allexii Jesch consortes et de Szymanow haeredes in possessione villae Szymanow relinquat. CK. XVII, 253.

76. *Cracovia, f. 6 in crastino Epiphaniae (7 ian.).* Rex forum septimanale in oppido Bussko in terris Russiae, qualibet feria tertia celebrari solitum, ab olim Ioanne Alberto rege in diem sabbati translatum, de die sabbati ad diem veteris constitutionis videlicet feriam tertiam restituit. CK. XVII, 254.

77. —— „ —— Rex Nicolao Czikowski, gladifero terrae Cracoviensis, pro meritis et ad vota Sigismundi, Maioris Glogoviae et Opaviae ducis, stationem pecuniariam, quam oppidani de spirituali Scarbimyrz annuatim per 50 marcas dare consueverant, ad vitae tempora donat. CK. XVII, 294.

78. —— „ —— Rex Nicolao de Curozwanki, palatino Lublinensi, ius praesentandi Erasmum Czyolek de Cracovia, decretorum doctorem, praepositum Vilnensem et secretarium regium, ad praeposituram ecclesiae collegiatae B. V. Mariae in civitate Sandomiriensi dat. XVII, 346.

79. —— „ —— Rex Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, palatino Calissiensi et capitaneo Brestensi, bona regalia Radzyeow de manibus Raphaelis de Lyesczno, filii olim Raphaelis de Lyesczno, capitanei Posnaniensis et marschalci curiae regiae, eximere admittit. CK. XVII, 253.

80. —— *f. 6 post Trium Regum (7 ian.).* Rex Nauogium Kostka de Kosthkowo, decretorum doctorem et notarium regium, Vincentio de Przeramb, episcopo Plocensi, in coadiutorem rectoris moderni ecclesiae parrochialis in Wanschosche praesentat. CK. XVII, 283.

81. —— *sabbato infra octavam Epiphaniae (8 ian.).* Rex Casparo Knuth de Bobyelin bona regalia oppidum videlicet Hamerstin cum villis Hansfelth, Vankyelvolde et Domislaw in districtu Slochouiensi de manibus Georgii alias Gyrzyk Tvorkowski eximere permittit. CK. XVII, 253.

82. —— „ —— Rex iudaeis de Bussko libertatem 3 annorum ab omnibus exactionibus concedit. CK. XVII, 253.

83. —— *2 infra octavas Epiphaniarum (10 ian.).* Rex, confirmando sententiam commissariorum suorum datam Cracoviae f. 5 in vigilia vigiliae Nativitatis Christi (23 dec.) anno 1501 (vide supra № 50) ad disiudicandam causam inter Dorotheam de Wressnya, viduam Ioannis de Ostrorog, castellani et postea palatini Posnaniensis, et Venceslaum et Stanislaum dicti Ioannis ex prima uxore filios, qui novercae suae possessionem bonorum a marito ipsius reformatorum admittere nolebant, intromissionem praefatae Doroteae in dicta bona admittit. CK. XVII, 254.

84. —— *f. 3 infra octavam festi Epiphaniae (11 ian.).* Rex oppido Islsza mensae episcopalis Cracoviensis igne combusto libertatem 8 annorum ab omnibus exactionibus, ab olim Ioanne Alberto concessam, ad 10 annos prorogat. CK, XVII, 256.

85. —— „ —— Rex donationem regis Ioannis Alberti, Sigismundo, Opaviae, Maioris Glogoviae et Sleziae duci, in toto teloneo Sandomiriensi et 1000 fl. in moneta et 800 in auro super zuppis Vyelicziensibus annuatim percipiendis, datam, ratificat. XXI, 61.

86. —— *f. 4 infra octavas Epiphaniarum (12 ian.).* Datus est salvus conductus Ioanni Radzanowski plenam et omnimodam securitatem in regno et in ducatu et terris Masoviae una cum coniuge et liberis ac tota domo sua et familia morandi, standi, pausandi resque omnes suas agendi et ordinandi more aliorum regni terrarumque Masoviae incolarum pacifice et quiete disponendi infra hinc ad unius anni decursum duntaxat valiturus. r. XVII, 256.

87. —— „ —— Datus est salvus conductus sub eodem tenore Iacobo Laschowski, castellano Raczyasiensi, cum coniuge et liberis et familia ad unius anni decursum valiturus. r. XVII, 256.

88. —— „ —— Rex oppidanos oppidi Belsensis ferro et igne devastati a solutione czopowe per unum annum, ab aliis vero exactionibus per 10 annos absolvit. CK. XVII, 256.

89. „ —— Rex significat, quia Andreas de Wyeruschow terrigena Margarethae de Iwanowicze, consorti suae, 1200 fl. hung. dotis et dotalicii super medietate bonorum: oppido Vyeruschow totaque curia sua ibidem sita, medietate molendini, piscinae in Wyeruschow atque medietatibus villarum: Chobany, Mirkow, Swyba, Jutrkow, Byala lanka, Mislanowicze, in districtibus Vyelunensi et Ostrzeschoviensi sitarum, inscripserit. CK. XVII, 256.

90. —— „ —— Rex Martino Thlusthy, molendinatori Leopoliensi, et Margarethae, uxori eius, privilegium super molendinum istud a Vladislao II rege in Grodek, in vigilia Petri et Pauli (28 iun.) anno 1391 cuidam Adae carpentario datum, innovat emptionemque eiusdem molendini apud providos Zavischa, Annam Wasszna et Catharinam, Zauissii sororem, tanquam illius molendini protunc haeredes, approbat. CK. XVII, 257.

91. —— „ —— Rex Ratoldo de Wissnyow, dapifero Plocensi, salvum conductum ad decursum 2 annorum dat. XX, 83.

92. —— *f. 5 in octava Epiphaniae (13 ian.).* Rex ad petitiones civium de oppido Moscziska litteras privilegiales Ioannis Alberti regis Cracoviae sabbatho ante Oculi (21 mar.) anno 1500 datas, libertatem oppidi illius ad 8 annos a solutione censuum in se continentes, casu quodam conflagratas, e regestis cancellariae regiae authentice describi iubet. CK. XVII, 257.

93. —— „ —— Rex facta ratione cum Catharina relicta Ioannis Raduan de Brzezny-

cza pro salariis seruiciorum per olim Thobiam Radwan, eius filium, curiensem regium, exhibitorum, remansit eidem Thobiae 500 fl. debiti, quos praefatae Catharinae in zuppis Cracoviensibus per 10 fl. pro quibuslibet 4 temporibus anni usque ad solutionem totius debiti percipiendos demonstrat. CK. XVII, 260.

94. *Cracovia, f. 5 in octava Epiphaniae (13 ian).* Rex omnibus ad civitatem Sandecensem cum mercibus euntibus medietatem teloneorum inibi exigi solitorum indulget. CK. XVII, 261.

95. —— „ —— Rex Caspari Knuth, tenutario bonorum in Hamerszthyn,villam regalem Hannusfelth districtus Slochouiensis ad tenutam praedictam ascribit. CK. XVII, 261.

96. —— „ —— Rex ad instantiam Petri Kmytha de Vissnycze, palatini Cracoviensis et marschalci regni ac Sandecensis et Scepusiensis capitanei, libertatem 10 annorum a solutione tertiae partis omnium censum de villis Thwaroszna et Ryssdorff et a solutione medietatis de villa Mathiaszowicze, in Scepussio sitis, admittit. CK. XVII, 261.

97. —— „ —— Rex oppido Nouavyesch in Scepussio igne conflagrato libertatem 3 annorum ab omnibus censibus admittit. CK. XVII, 262.

98. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis de Lubrancz, episcopi Posnaniensis, villam regalem Boguschycze districtus Radzyeoviensis tenutae eius Iacobo Pnyewski terrigenae dare consentit. CK. XVII, 262.

99. —— „ —— Rex cives Bidgostienses, versus Gedanum per fluvium Brda fluitantes, cum redeundo fluitabunt, a teloneo aquatico, Bidgostiae ab Ioanne Alberto rege instituto, absolvit. CK. XVII, 262.

100. —— „ —— Rex, exsolvendo debitum 373 fl. per Ioannem Albertum regem Antonio Hernik, civi Leopoliensi, pro certis stipendiariis inscriptum, eidem Antonio lacum seu stagnum Malczicze alias demissionem eiusdem in capitaneatu Leopoliensi pro 100 sexagenis $^1/_2$ grossorum alias pro 200 fl. vendit. CK. XVII, 263.

101. —— „ —— Rex Jaroslao Lassky, tribuno Siradiensi, ius patronatus ecclesiae parrochialis in Schadek pro una duntaxat vice per cessum vel decessum Andreae de Rokssycze, eiusdem ecclesiae moderni plebani, donat. CK. XVII, 360.

102. —— *f. 6 post octavam Epiphaniae (14 ian.).* Rex ad petitiones Petri, Nicolai, Petri. Stanislai et Pauli Smyotanki, tenutariorum bonorum villae Chodcza districtus Chelmensis, iunovat litteras variarum inscriptionum super villa eadem per regem Casimirum in conventione Pyotrcoviensi, f. 5 post Annuntiationis Mariae (27 mar.), et in Brzescze dominica post Visitationis Mariae (6 iul.) anno 1466, ac sabbato in vigilia Catharinae (24 nov.) anno 1470 datarum. CK. XVII, 258.

103. —— „ —— Rex iudaeo Josszko teloneum Leopoliense et Belsense ad 3 annorum decursum pro 500 marcis quotannis solvendis certis sub condicionibus in arrendam mittit. CK. XII, 259.

104. —— „ —— Mtas Regia famoso Wolfkanko Iserek per totum regnum praesertim in civitate Posnaniensi una cum tota domo et familia rebusque suis infra hinc ad festum Pentecostes proxime futurum (15 mai) salvum conductum dedit. r. XVII, 262.

105. —— „ —— Rex Antonio, civi Leopoliensi, qui in bello praeterito Moldaviensi magna servitia pertulit, libertatem per 3 annos 400 boves sine telonei vel pontalium solutione ubilibet pellere donat. CK. XVII, 262.

106. —— „ —— Rex incolas terrarum Masoviae: Plocensis, Viznensis et Zawkrensis in solvenda exactione poradlne nuncupata id est 2 gros. de manso possessionato et ad unum grossum de medio manso, ad instar aliarum terrarum regni reducit. CK. XVII, 264.

107. —— *f. 6 ante Prischae (14 ian.).* Rex testificatur, quia Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, mansum cum medio agri in 20 fl. in villa Sobacouo districtus Costensis Andreae Conarski terrigenae inscripserit. CK. XVII, 297.

108. —— *sabbato post octavam Epiphaniae Domini (15 ian.).* Datus est salvus conductus Ratoldo Vyssnyewsky, dapifero Plocensi, una cum coniuge et liberis totaque domo et familia sua per totum regnum ac in terris Masoviae standi, morandi, negotia sua disponendi pacifice, infra hinc ad unius integri anni decursum duntaxat valiturus. r. XVII, 249, 264.

109. —— „ —— Rex iudaeum Jossko, Lublinensis et Leopoliensis teloneorum factorem et arrendatorem, per triennium a solutione exactionum, quas ratione personae familiaeque domus et bonorum suorum more aliorum iudaeorum solvere consuevit, absolvit. CK. XVII, 264.

110. —— „ —— Petrus Myschkowsky de Myrov, palatinus Lanciciensis, Zeifridus Bethman, Petrus Salomon et Ioannes Kyslink, consules Cracovienses, per regem commissarii deputati, in causa, inter Gregorium Baran, actorem, et Ioannem Korbel, partem respondentem, de suburbio Cracoviensi, occasione fenestrarum, ex domo ipsius Baran in curiam seu ortum Corbel in pariete ligneo factarum, vertente, sententiam certam ferunt. XIX, 59.

111. —— *sabbato ante Priscae (15 ian.).* Rex oppidum Mosczyska per Turcos et Tartaros vastatum de iure polonico, ruthenico et quolibet alio in ius maydemburgense transfert et

duo fora annualia pro festis Ioannis Baptistae (24 iun.) et Omnium Sanctorum (1 nov.) ac unum septimanale qualibet feria tertia instituit. CK. XVII, 263.

112. *Cracovia, sabbato ante Priscae (15 ian.).* Rex ad petitionem Ioannis Koritho de Rychczicze terrigenae litteras Casimiri IV regis, Piotrcoviae, f. 4 Catharinae (25 nov.) anno 1462 datas, innovantes donationem villarum Poczayowicze et binorum Gaye districtus Drohobicensis a Vladislao II Stanislao de Korytho, in Nova Civitate Corczyn f. 3 infra octavas Assumptionis (20 aug.) anno 1409 factam, confirmat. XVII, 268.

113. —— „ —— Rex litteras Wladislai II regis in Inowlodz f. 6 in crastino Iacobi (26 iul.) anno 1409 datas super libertatem civitatis Lanciciensis a podwodis confirmat. CK. XVII, 303.

114. —— „ —— Rex pro servitiis Petri Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellani Visliciensis et capitanei Mariemburgensis, oppido ipsius Oleschno terrae Sandomiriensis libertatem 12 annorum ab omnibus exactionibus admittit. CK. XVII, 304.

115. —— *dominica post octavam Epiphaniarum (16 ian.).* Rex omnes, qui ultra civitatem Sandecz diebus fori septimanalis progrediantur, ad solutionem teloneorum obligatos esse decernit, eos autem, qui undecunque et praesertim ex eis partibus, quae post Sandecensem civitatem versus Hungariam situantur, ad eadem fora non tamen ultra civitatem progressi in Sandecz venerint, a solutione teloneorum absolvit. CK. XVII, 264.

116. —— „ —— Petrus de Vyssnycze, palatinus Cracoviensis, regnique marschaleus et capitaneus Scepusiensis, Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis generalis, in causa inter Casimirum, ducem Theschinensem, ac Conradum, ducem Masoviae, ratione incolatus lapideae, dictae Xanzacza, in circulo Cracoviensi sitae, praefati ducis Conradi propriae, et per eundem Conradum Nicolao Zathorsky, civi Cracoviensi, pro 193 fl. hung ad tempora vitae eius concessae, certum decretum ferunt. XIX, 176

117. —— *dominica ante Priscae (16 ian.).* Rex testificatur Ambrosium de Pampow, palatinum Siradiensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, Annae filiae Nicolai de Grodzecz, castellani Sanocensis filiae, uxori suae, 1200 fl. in oppido regali Srzoda, cum villis ac aliis bonis videlicet: Rzesnycza, Murzinouo et Sabasczeuo districtus Pisdrensis reformasse. CK. XVII, 297.

118 —— *f. 2 post octavam Epiphaniae (17 ian.).* Rex Iacobo Maik de Moglwa tribunatum Chelmensem, post cessum vel decessum Pauli Smok, tribuni Chelmensis, quandocunque vacaturum, confert (litterae cassatae). CK. XVII, 266.

119. —— *f. 2 ante Priscae (17 ian.).* Litterae patentes regiae ad popones ritus graeci sive ruthenici, in civitate Kamyenyecz ac per totam terram Camyenyecensem degentes, quibus notum facit, quod Hryczkonem Dyak ob mores et litteraturae iuxta possessionem ruthenorum copiam atque scientiam a Ioanne Alberto rege in superiorem alias vicesgerentem praefectum ad officium illud superioritatis alias namyesthnykosthwo investit. CK XVII, 266.

120. —— *ipso die Priscae (18 ian.).* Rex significat, quia facta ratione cum iudaeo Jossko, teloneatore Lublinensi, Chelmensi et Leopoliensi, remanserit ei obligatus: pro duce Michaele Glinski in Chmyelnyk receptis rebus 256 marc., pro balla panni per Erasmum Creidlar recepta 90 fl. minus tribus ortonibus, pro pelliceis mardurinis, pellibus castorinis et item mardureis per Martinum vicethesaurarium lithuanicum Cracoviae receptis 120 flor., pro axamento Hinek cum litteris regalibus credentialibus per Crupski recepto 40 fl. CK. XVII, 267.

121. —— *f. 3 Priscae (18 ian.).* Rex ad petitionem Catharinae de Den, relictae Nicolai Dolusski, nunc vero consortis Alberti Kosseyesski — litteras Casimiri IV Leopoli, dominica post Simonis et Iudae (30 oct.) anno 1485 datas, reformationem 200 marc. in villa Starzow ab olim marito ipsius Nicolao Dolusski factam in se continentes, innovat. CK. XVII, 267.

122. —— „ —— Rex Michaeli de Ralowicze, tenutario bonorum regalium Powidz, 8 marc. pol. census annui ecclesiastici pro quantacunque pecuniarum summa, pro qua census ecclesiasticus iuste comparari potuerit, cuicunque personae ecclesiasticae titulo reemptionis in villa Powidz resignare consentit. CK. XVII, 268.

123. —— „ —— Rex Ambrosio Pampowski, palatino Siradiensi, eiusque successoribus propugnaculum in civitate Posnaniensi, vulgariter „wykusch“ nuncupatum, ante valvas castri alias versus finem pontis, quo itur ad castrum, donat. CK. XVII, 298.

124. —— *f. 3 ante Fabiani et Sebastiani (18 ian.).* Rex ad vota Elisabeth reginae Poloniae, genitricis suae, privilegium super balneo, civibus Radomiensibus a Vladislao II Lublini in crastino Epiphaniae (7 ian.) anno 1388 concessum, innovat. CK. XVII, 267.

125. —— *f. 4 ante Fabiani et Sebastiani (19 ian.).* Rex omnia iura oppidi Bandzyn confirmat. CK. XVII, 271.

126. —— *f. 5 Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* Rex omnia privilegia inscriptiones, libertates, commissiones, exemptiones, praerogativas, indulta et munimenta consulibus et incolis

civitatis Camenecensis ritus catholici, non scismaticis, a praedecessoribus suis donata confirmat. CK. XVII, 270.

127. *Cracovia, f. 5 Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* Rex omnia iura armenorum civitatis Camenecensis confirmat. CK. XVII, 270.

128. —— „ —— Rex Christophoro et Thomae germanis, armenis Leopoliensibus, piscinas duas superiorem et inferiorem una cum stagno seu lacu alias z jezorem in bonis Sczyrzecz in capitaneatu Leopoliensi, alias earum demissionem in proximo futuram pro 400 marc. pol. sub certis condicionibus in arrendam mittit. CK. XVII, 271.

129. —— „ —— Rex Petro Herborth Odnowski 1000 fl. apud eum ab Ioanne Alberto rege mutuatos pro festo Nativitatis Christi solvere promittit. CK. XVII, 272.

130. —— „ —— Rex circumspecto Heyhoff alias Ioanni armeno Leopoliensi, eiusque successoribus masculis pro meritis ius maydemburgense, quo civitas Leopoliensis gaudet, donat. XVII, 272.

131. —— „ —— Rex cives, mercatores, negotiatoresque Vilnenses tam romanae ecclesiae, quam etiam ruthenos per totum regnum Poloniae a solutione telonei absolvit. CK. XVII, 272.

132. —— „ —— Facta est confirmatio iurium et privilegiorum omnibus et singulis ritus graeci hominibus alias ruthenis, civitatem Camenecensem inhabitantibus, sub simili forma ut catholicis et armenis eiusdem civitatis, quae proxime suprascripta concessa est. r. XVII, 273.

133. —— „ —— Rex Iacobo Mayk de Miglew, tribunatum terrae Chelmensis per cessum vel decessum Pauli Smok, tribuni terrae Chelmensis, quandocunque vacaturum confert, cassando similes litteras exspectativae ad eundem tribunatum Olechno Scoruta datas, cui quidem Olechnoni tribunatus Lubaczoviensis datus est. CK. XVII, 273.

134. —— „ —— Rex ad petitionem hon. Nicolai de Lelow capellani molendinatorisque molendinorum, quorum unum braseorum, aliud singuli grani et roborum dividendorum alias sarrae in Lelow, et provv. Ioannis et Petri germanorum, litteras originales et confirmatorias: Casimiri IV regis anni 1490, Sbignei de Brzezye anni 1419, Predborii de Conyeczpolye anni 1460, item Casimiri IV regis anni 1490, Ioannis haeredis de Kozeglouy anni 1465, Ioannis Alberti regis anni 1496 et item Predborii de Conyeczpolye anni 1460, ad molendinum illud Leloriense pertinentes, confirmat. CK. XVII, 274.

135. —— „ —— Rex omnia bona mobilia et immobilia per olim Petrum de Curozwyanki, castellanum Sandomiriensem, regni thesaurarium et capitaneum Cracoviensem generalem, derelicta et per errorem ab Ioanne Alberto rege recepta, Creslao episcopo Wladislaviensi, cancellario regni, Nicolao palatino Lublinensi germanis et Stanislao capitaneo Vyelunensi, olim Dobeslai palatini Sandomiriensis, fratris praefatorum Creslai et Nicolai filio, uti propinquis successoribus dicti Petri, restituit. XVII, 277.

136. —— *f. 6 post Priscae (21 ian.).* Facta est confirmatio iurium et privilegiorum oppidanis et incolis oppidi Gambin sub simili forma, prout est concessa civibus catholicis et armenis civitatem Camenecensem inhabitantibus abhinc folio sexto superius scripta (vide supra № 126). r. XVII, 277.

137. —— „ —— Rex Nicolao Sczikowski, gladifero Cracoviensi, pro meritis eius et ad vota Sigismundi Maioris Glogoviae et Opaviae ducis, fratris sui germani, stationem Skarbimiviensem annuam 40 marcarum ad vitam donat (litterae cassatae). XVII, 279.

138. —— *f. 6 Agnetis (21 ian.).* Rex Ioanni Smolyk, cui Ioannes Albertus rex 500 fl. hung. in auro et 300 fl. in $^1/_2$ grossis mutuatos in oppido Szlumpniki obligaverat, ille autem debitum illud in aliud tempus solvendum distulit, summam eandem pro festo Michaelis (29 sep.) proxime futuro verbo regio solvere promittit, in casu vero non redditionis ad tempus praedictum, intromissionem ei in praefatum oppidum Slumpniki cum villis dare pollicetur. CK. XVII, 273.

139. —— „ —— Rex privilegium Wladislai II regis in Opoczno, dominica infra octavas Iacobi (28 iul.) anno 1409 circa libertatem civium Radomiensium a podwodis confirmat. CK. XVII, 276.

140. —— „ —— Rex Nicolaum Sczykowski circa gladiferatum Cracoviensem ab Ioanne Alberto rege ei concessum, ratione cuius Petrus Schaffranyecz, castellanus Visliciensis et capitaneus Mariemburgensis, altercationem cum eodem Nicolao fecit, relinquit. CK. XVII, 276.

141. —— „ —— Rex, cassando litteras inscriptionis 3000 fl. sub interregno apud Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem, pro necessitate Reipublicae per praelatos et barones regni mutuatorum et in bonis Osswyanczym inscriptorum, summam hanc super terra civitate et castro Osswyanczimiensi, oppido Kanthi ac villis Dwori, Manouicze, Ossyek, Lanki, Byelany, Lipnik, Brzessczye, Brzezynka et Babicza aliisque, quorum olim Ioannes Thirnka possessor exstiterat, de novo inscribit. CK. XVII, 277.

142. — „ —— Rex Ioanni de Lubrancz, episcopo Posnaniensi, ius patronatus ecclesiae in villa Stara Raua post cessum vel decessum hon. Stephani moderni rectoris pro una vice donat. CK. XVII, 278.

143. *Cracovia, sabbato Vincentii (22 ian.).* Rex, prorogando diem solvendi debiti 800 fl., super oppido Slumpniki Ioanni Smolik per Ioannem Albertum regem inscriptorum, eundem et eius successores ab omni expeditione bellica usque ad tempus solutionis dictae summae absolvit. CK. XVII, 278.

144. —— „ —— Rex Nicolaum et Ioannem Gyeyslar, cives et arrendatores telonei Sandomiriensis, eorumque factores et servitores, a iurisdictione omnium officialium regni liberat. XVII, 281.

145. —— „ —— Rex litteris universalibus dignitariis regni mandat, ut Nicolao et Ioanni, telonei Sandomiriensis arrendatoribus, auxilium in arrestandis mercatoribus, qui teloneum illud solvere noluerint, praebeant. XVII, 281.

146. —— *f. 2 post Agnetis (24 ian.).* Rex ob merita Petri Chwal terrigenae Beatae. eiusdem Petri consorti, tenutrici villarum regalium Camyonopole et Podborcze, villas easdem dicto Petro in summis certis obligare consentit. CK. XVII, 278.

147. —— „ —— Rex Andream de Cosczyelyecz, capitaneum Bidgostiensem, de omnibus pecuniis ex exactionibus publicis, spiritualibus, saecularibusque et gratia anni praeteriti iubilaei anni 1500 quietat. CK. XVII, 280.

148. —— *f. 2 ante conversionis Pauli (24 ian.).* Datae sunt litterae indemnitatis a Regia Mte Ioanni Sokolowsky in Camenecz militanti una cum comitiva ipsius 4 equitum et 200 peditum a tempore conscriptionis ibidem faciendae per unum integrum annum vel quousque Regia Mtas ipsis servitium edixerit, pollicendo eisdem pro quolibet equite per 10, pro quolibet vero pedite per 5 flor. quolibet quartali anni solvere et dare, stando ipsis et eorum cuilibet pro captivitate et dampnis modo consueto. r XVII, 279.

149. —— „ —— Rex ad petitiones Petri, Ioannis, Stanislai et Nicolai liberorum olim Stanislai Gamrath de Sowoklanski, advocati in Ossyek terrae Byecensis, litteras Casimiri III in Dambowdzyal f. 3 post Stanislai (13 mai) anno 1365 datas, venditionem advocatiae praedictae quibusdam Hauroni et Mathiae pro 150 marc. in se continentes, confirmat. CK XVII, 280.

150. —— „ —— Rex ad petitionem Petri, Ioannis, Stanislai et Nicolai, liberorum olim Stanislai Gamrath de Sowoklansky, tenutarii villae Mrokoua terrae Byccensis litterras Ioannis Alberti regis Cracoviae f. 4 post Bartholomaei (27 aug.) anno 1494 datas, inscriptionem 100 fl. Stanislao Gamrath in eadem villa Mrokoua in se continentes, confirmat. CK. XVII, 280.

151. —— *f. 3 conversionis Pauli (25 ian.).* Rex consensum eximendi bona regalia videlicet: molendinum Schiroky Sthaw villas quoque cum praediis Lanka, Crosszyno, Lissowa, Strosski, molendinum Byelski, molendinum Falka, molendinum Cunatow et Schirokopass in terra Culmensi Thomae Ossyeczkowski, uti tutori Ioannis de Kowalow, avunculi eius, a Casimiro IV datum, nunc, posteaquam Ioannes praedictus ad annos discretionis provectus est, consensum illum pro persona praefati Thomae super bona suprascripta tam exempta, videlicet Schirokopass, Drzwonowo, Struczfan, Srosski mlyn et Byelski Mlyn, quam exemenda, in personam dicti Ioannis, tenutarii de Kowalow, transfert. CK. XVII, 282.

152. —— „ —— Rex ad petitionem Friderici cardinalis, fratris sui, Nicolao Pyenyazek de Iwanowicze terrigenae censum annuum 10 marc. in bonis ipsius haereditariis alias super sorte in Syeczyechouicze districtus Cracoviensis inscriptum cuilibet personae titulo reemptionis vendere consentit. CK. XVII, 282.

153. —— „ —— Sub eodem tenore datus est consensus Nicolao Pyenyazek certum censum annuum 10 marc. in bonis ipsius haereditariis in villa Poskithow alias Nowavyesch districtus Cracoviensis cuicunque personae spirituali titulo reemptionis in quacunque summa pecuniarum vendendi, inscribendi et obligandi. r. XVII, 282.

154. —— „ —— Suprascripto Nicolao Pyenyazek Mtas Regia consensum censum annuum in villa ipsius haereditaria Ywanovicze obligandi et inscribendi dedit et concessit sub condicione suprascripta. r. XVII, 282.

155. —— „ —— Rex Frederico Herborth de Knyehnicze, curiensi suo, pro meritis in oppido ipsius Bereschowcze alias Knyahnycze districtus Leopoliensis duo fora annualia: pro diebus Viti (15 iun.) et Catharinae (25 nov.), tertium vero septimanale qualibet feria quinta instituit. CK. XVII, 283.

156. —— „ —— Facta est confirmatio iurium et privilegiorum omnibus et singulis civibus et incolis Louiciensibus, novam videlicet et antiquam Lovycz atque Podgrodzye inhabitantibus, in forma solita superius scripta aliisque civitatibus et oppidis concessa. r. XVII, 283.

157. —— „ —— Roboratio iurium et privilegiorum oppidanis omnibus et singulis Zawichostensibus etiam in forma solita per Regiam Mtem est facta et concessa. r. XVII, 283

158. —— *f. 4 in crastino conversionis Pauli (26 ian.).* Rex fratribus ordinis Cartusiensis de Lapide refugii unum stamen panni albi, habitui eorum competentis, unam tunnam allectum et 4 mensuras salis minuti de zuppis Cracoviensibus annis singulis pro festo Martini (11 nov.) percipiendas donat. XVII, 283.

159. *Cracovia, f. 4 in crastino conversionis Pauli (26 ian.).* Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, 100 sexagenas et 100 marcas in castro Costensi inscribit. XVII, 287.

160. —— „ —— Rex Ezechielem iudaeum in facultate medicinae et litteris latinorum competenter doctum, res eius et bona per 2 annos ab omnibus solutionibus, quas ceteri iudaei in Regno solvere consueverant, absolvit. CK. XVII, 287.

161. —— „ —— Rex Frederico Herborth de Knyehynicze, curiensi suo, pro meritis villam ipsius Kukzow terrae Leopoliensis de iure polonico in ius maydenburgense transfert. CK. XVII, 282.

162. —— *f. 5 post conversionis Pauli (27 ian.).* Rex certam concordiam inter Alexandram de Chozowa Nicolai de Thanczyn, palatini Russiae, relictam et Stanislaum de Myelyecz occasionae obligationis et inscriptionis 1900 fl. hung. super bonis haereditariis, videlicet: Crzylow, Pogorzalye, Syedliscze, Przewoz, Malkow, Trzebyen, Wnykow et Schichouicze, in districtibus Chelmensi et Belsensi sitis, praedicto Stanislao Myelyeczki per praelibatum Nicolaum palatinum sub certis condicionibus factam, approbat. CK. XVII, 284.

163. —— „ —— Mtas Regia confirmat quandam concordiam inter famosos Henricum Schnellemberg Catharinamque consortem eius ex una et Nicolaum Cobir, cives et consules Torunenses, per consulatum ibidem factam, propter quasdam controversias et dissensiones inter eosdem vadio 1000 fl. hung. occasione eiusdem concordiae observandae interposito. XVII, 285.

164. —— „ —— Rex facto rationis computo cum Stanislao Maldrzyk, tribuno Leopoliensi, super summis, bobus et rebus aliis de bonis Sambor et Drohobicz ac de exactionibus, ei per Ioannem Albertum regem commissis, perceptis, 1070 marc. 10 gr. et 2 den. remanserat ei obligatus, cuius summae maiorem medietatem praefatus Stanislaus Maldrzyk Mti Regiae indulserat, idcirco summam debiti restantem, id est, 500 marc. eidem Stanislao ac Margarethae, coniugi eius, in zuppis Drohobiciensibus pro quolibet quartali anni per 20 marc. percipiendam inscribit. XVII, 285.

165. —— „ —— Rex Stanislaum Maldrzyk de Chodiwanyecz, tribunum Leopoliensem, facto computo de omnibus proventibus et emolumentis bonorum regalium oppidi novi et antiqui Sambor ab anno 1496 ad annum 1502 atque Drohobycz ab anno 1497 usque ad annum 1502, exclusis annis praesentibus 1502, foralibus annuis et septimanalibus in Blozew, Drozow et Iaschyenyecz, solutionibus universalitatis alias sboru, pecuniis powischne, avenalibus et strumgy, contributione boum et powolosczyzna, czisae, czopowe etc. de perceptis plenarie quietat. CK. XVII, 286.

166. —— „ —— Rex commutationem telonei civitatis Gnesnensis in districtu Calissiensi et totae medietatis telonei oppidi Costensis in terra Posnaniensi per Sigismundum, Glogouiae et Opawiae ducem, germanum suum, pro teloneis Calissiensi et Coninensi, quod in Cleczow exigitur, cum Andrea de Schamotuli, palatino Posnaniensi factam confirmat. CK. XVII, 288.

167. —— *f. 6 post conversionis Pauli (28 ian.).* Rex Paulo Sokolowski, capitaneo in Grudzancz, pro meritis villam regalem Welcz in eius capitaneatu sitam de manibus proconsulis et consulum in Grundzancz exemere consentit. XVII, 287.

168. —— „ —— Rex circumspecto Donysch Holubyeyowycz, armeno de Camyenyecz, pro servitiis in munitione et reparatione castri et civitatis Camyenyecz, villam Makarow tartaricam, terrae Camenecensis et districtus Smotricensis, desertam, in 60 marc. pol. inscribit. XVII, 287.

169. —— „ —— Rex facta ratione cum Petro Mischkowski, palatino Lanciciensi, 4000 fl. ratione servitiorum pro festo Iacobi proximo (25 iul.) et 741 fl. ratione damnorum in defensione reipublicae in terris Russiae et Podoliae, tempore olim Ioannis Alberti regis exhibitorum, pro festo Paschae proximo (16 apr.) ei reddere promittit (litterae cassatae). XVII, 287.

170. —— „ —— Rex Petrum Haliczki de Chodecz rotmagistrum cum comitiva 150 equitum sextariorum vocatorum schostaków in servitium suscipit et cuilibet equiti pro quartali anni 6 fl. dare promittit, cum indemnitate pro captivitate et damnis. XVII, 288.

171. —— „ —— Similes litterae datae sunt Ioanni Camyenyeczki, capitaneo Belsensi, rotmagistro cum sua comitiva 150 equitum sextariorum. r. XVII, 288.

172. —— „ —— Item nob. Ioanni Krzeczowski rotmagistro cum comitiva sua 100 equitum sextariorum etiam datae sunt litterae similes proxime superioribus. r. XVII, 288.

173. —— „ —— Rex iudaeum Jzaczko de Leopoli medicum per triennium a contributionibus per iudaeos dari consuetis absolvit. XVII, 288.

174. —— „ —— Rex Stanislao Kmytha de Vischnycze, palatino Belsensi, duo privilegia Vladislai III in Otsyany f. 2 post Bartholomaei (27 aug.) anno 1442 et Casimiri IV in Thorun, dominica ante Simonis et Iudae (26 oct.) anno 1466 data, inscriptiones summarum in villa Drozdowicze Dobeslao et Petro Kmytha de Vissnycze in se continentes innovat. CK. XVII, 290.

175. *Cracovia, f. 6 post conversionis Pauli (28 ian.).* Rex Thomae de Ossyeczek castrum Papow cum villis de manibus fam. Bartholomaei Trosth et sororum eius ac aliorum exemere consentit. CK. XVII, 291.

176. —— *f. 6 ante Purificationis V. M. (28 ian.).* Rex Michaeli Czurilo de Vignanow, tenutario in Nyepolomycze, pro servitiis exspectativam super beneficium quodcunque in zuppis Vyeliciensibus et Bochnensibus vacaturum admittit. CK. XVII, 292.

177. —— *sabbato post conversionis Pauli (29 ian.).* Rex litteras Casimiri IV in Brzesczye, f. 4 post Omnium Sanctorum (3 nov.) anno 1456 datas in causa solutionis teloneorum capitaneo Wyelunensi a mercatoribus Masoviae, Wratislauiam per Vyelun euntibus, confirmat CK. XVII, 288.

178. —— „ —— Rex, ad petitionem Mathiae praepositi et fratrum monasterii in Clobuczko, emptionem villae Mokra districtus Leloviensis apud Silvestrum et Lucam germanos, eiusdem villae haeredes, confirmat. XVII, 289.

179. —— „ —— Rex nob. Adam Schwab de Slesia cum 60 equis et totidem humanis personis in Regnum et praesertim in civitatem Posnaniensem veniendi et ibidem morandi, standi, negotiaque sua quaecunque exercendi et praesertim cum generosis de Ostrorog haeredibus coram certis commissariis deputatis, salvum conductum a festo Pascae proxime venturo (16 apr) ad 6 septimanas concedit. XVII, 328; r. XVII, 289.

180. —— *sabbato ante Purificationis V. M. (29 ian.).* Mtas Regia indulsit per unum annum exactionem czopowe oppido Bodzanczyn. r. XVII, 289.

181. —— „ —— Rex ad petitionem civium et incolarum oppidorum terrae Varschoviensis, litteras Casimiri IV in conventione Pyotrcoviensi f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (20 mai) anno 1455 datas, libertatem civium praefatorum a teloneis eundo Wratislaviam solvendorum in se continentes, confirmat. XVII, 289.

182. —— „ —— Rex Barbarae de Felsthyn, relictae Ioannis Brzosdowski de Wolkow, litteras Ioannis Alberti regis, in villa Koczman f. 4 post Assumptionis V. M. (19 aug.) anno 1495 datas, super reformationem dotis eius confirmat. CK. XVII, 290.

183. —— „ —— Rex in controversia inter Hieronimum, Abraham, Sandiuogium et alios germanos de Lanzcnycze, tenutarios castri et oppidi Inowlodzensis, ex una, et Hieronimum pincernam Ravensem et Petrum germanos de Nowemyastho, ex altera partibus, quae tandem inter uxorem eiusdem Hieronimi Margaretham de Orlow et filios eius Ioannem et Bartholomaeum hactenus non est sopita, pro transitu mercatorum et vectorum oppidi Nowemyastho Cracoviam versus, quos tenutarii de Lanzenicze asserunt iter solitum per Inowlodz antiquitus habere, decernit mercatores praefatos perpetuo per Opoczno, Cracoviam versus eundo et redeundo, proficisci debere. XVII, 291.

184. —— *dominica ante Purificationis V. M. (30 ian.)* Rex Beatae de Thanczyn, palatinae Russiae, Ioannis Odrowasch de Sprowa genitrici, 3000 fl. hung. ratione dotis et dotalicii ei inscriptos et 400 fl., quos Andreas de Thanczyn, castellanus Voyniciensis, praefato Ioanni Odrowasch debet, de novo in bonis Sambor inscribit. XVII, 292.

185. —— *f. 2 ante Purificationis V. M. (31 ian.).* Rex Stanislao Kmytha de Wyssnycze, palatino Belsensi, capitaneatum terrae Premisliensis, quem hactenus Nicolaus Creza de Bobolicze gerebat, confert. CK. XVII, 292.

186 —— „ —— Mtas Regia ad petitionem cardinalis Friderici, sui fratris, Nicolao Walowski, succamerario Sochaczoviensi, oppidum Ossmolin terrae Gostinensis de manibus Ioannis Zukowski, succamerarii Gostinensis, in summis pecuniarum in eisdem bonis inscriptis exemendum consensit. r. XVII, 292.

187. —— „ —— Rex ad petitionem Adami Borzeczki litteras Ioannis Alberti, anno 1497 f. 3 ante Exaltationis (12 sep.) in campo circa curiam Hadir datas, donationem villarum Porzecze et Jaskonicze Petro Borzeczki, patri dicti Adami, in se continentes, al eodem Petro quondam perditas innovat. CK. XVII, 292

188. —— „ —— Rex ad petitiones Catharinae, relictae Ioannis de Lyasski, litteras certas, ex actibus Cracoviensibus terrestribus extractas, vigore quarum fratres germani de Pyeschkowa Skala Ioanni de Lgotha et Marthae, consorti eius, parentibus praefatae Catharinae certos mansos in villa eadem Lgotha terrae Cracoviensis obligaverant, confirmat. CK. XVII, 293.

189. —— *mense Ianuario.* Instructio oratori ad marchionem Brandenburgensem mittendo data, super varias praetensiones et iniurias a subditis marchionis subditis regni Poloniae illatas. XVII, 265.

190. —— „ —— Rex Petro Odnowski de Felsthyn 1000 fl. apud eum ab Ioanne Alberto rege mutuatos pro festo Nativitatis proxime venturo (25 dec.) reddere promittit. XVII, 278.

191. —— *f. 3 ante Purificationis V. M. (1 feb.).* Rex ad petita textorum panni civitatis Vyelunensis litteras Casimiri IV Siradiae, f. 4 die Annuntiationis V. M. (25 mar.) anno 1450 da-

tas decretum regium in differentiis textorum et pannicidarum Vyelunensium in se continentes, confirmat. CK. XVII, 293.

192. *Cracovia, f. 3 ante Purificationis V. M. (1 feb.).* Maiestas Regia oppidanis et incolis Potilycz inhabitantibus, per Tartaros vastatis, libertatem et indultum per 6 annos concessit et dedit, eximendo eos a solutione exactionis czopowe per unum annum tantum modo et ab aliis universis et singulis censibus, exactionibus, contributionibus, datiis et solutionibus vel Suae Mti, vel reipublicae debitis et debendis, a teloneis vero quibusvis per 2 annos a data praesentium duntaxat eos eximendo. r. XVII, 294.

193. —— „ —— Rex pro meritis Iacobi Boturzinski, curiensis sui, uxori eius Margarethae de Gunicze consensum, ut possit eidem Iacobo, marito suo, summam, quam habet inscriptam in villis regalibus Pyetrzikow, Borzikouo, Tuleya, Nyedamyrz et Wronczino in terris Maioris Poloniae et districtu Pisdrensi inscribere, admittit (litterae cassatae). XVII, 294.

194. —— „ —— Rex Petro Schidlovieczki, succamerario Cracoviensi et capitaneo Gostinensi, 3000 fl. hung. apud eum mutuatos pro festo Nativitatis proxime venturo reddere, in casu vero non redditionis intromissionem in castrum et oppidum Gostinyn et Gambyn cum villis Rathaye, Cozycze, Luczyn, Mislownya, Strzelcze, Myedrzevye, Nyesdrakouo, Skrzany, Sannykj, Czizewo, Starepolye, Crobino, Lipinskye et Rozlyazlowo et stagnos Dworj dare promittit. XVII, 294.

195. —— „ —— Regia Maiestas omnia et singula iura et privilegia civibus et incolis civitatem Siradiensem inhabitantibus more solito et in forma superius scripta aliisque civitatibus concessa generaliter confirmavit et roboravit. r. XVII, 294.

196. —— „ —— Rex Mathiae Pheldorff, tenutario Starogardiensi, pro meritis villas Raykowy et Bobouo in terra Pomeraniae et districtu Gneuensi sitas ad vitae tempora donat. XVII, 294.

197. —— „ —— Rex Ioanni et Andreae germanis de Thanczyn 400 fl. in $^1/_2$ gr. a carnisprivio proximo (9 feb.) per annum solvere promittit. XVII, 295.

198. —— *f. 4 Purificationis V. M. (2 feb.).* Rex Nicolao Firley de Dambrouicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, pro servitiis 50 marc. salarii in zuppis Cracoviensibus, quoad vexilliferatus officio fungetur, donat. XVII, 295.

199. —— *f. 5 in crastino Purificationis V M. (3 feb.).* Rex Andreae et Stanislao filiis olim Silvestri de Lopyennyk, cui olim Nicolaus de Ostrow, palatinus Sandomiriensis et capitaneus Lublinensis, villas regales Crampyecz et Racziborouicze, ad castrum Lublinensem pertinentes, in 430 marc. obligaverat et in casu non acceptionis ad id consensus regii intromissionem ei in villas suas Czolna et Lasskouicze dare promiserat, quae quidem villae a Casimiro et Ioanni Alberto regibus inscriptae erant, villas Crampyecz et Racziborouicze in praedictis 430 marc. obligatas tenere et possidere permittit. XVII, 295.

200. —— „ —— Rex Nicolaum Creza de Bobolicze rotmagistrum cum comitiva sua 130 equitum sextariorum vocatorum schostaków et 30 equitum armatorum a festo Luciae proxime praeterito (13 dec. 1501) in servitium suscipit et cuilibet equiti sextario 6 fl. et armato 10 fl. pro quartali anni dare promittit. XVII, 295.

201. —— „ —— Maiestas Regia Andreae Dunyn vexilliferatum Siradiensem, vacantem per assecutionem superioris dignitatis videlicet castellanatus eiusdem terrae per Ioannem de Przeramb, ultimum eiusdem vexilliferatus possessorem, dedit et concessit, priorem donationem sibi sub interregno factam confirmando et approbando per eum tenendum usque ad tempora vitae suae extrema. r. XVII, 295.

202. —— *f. 5 Blasii (3 feb.).* Rex Janussio Latalski, moderno castellano Byechoviensi, castellanatum Landensem confert. CK. XVII, 296.

203. —— „ —— Generoso Ioanni Polak de Karnkow, castellano Landensi, castellanatum Gnesnensem Regia Mtas contulit et dedit. r. XVII, 296.

204. —— *f. 6 in crastino Blasii (4 feb.).* Regia Mtas omnia iura et privilegia civibus et incolis Lanciciensibus more et in forma solitis generaliter confirmavit et roboravit. r. XVII, 296.

205. —— *sabbato post Purificationis V. M. (5 feb.).* Rex Petro Misskowski, palatino Lanciciensi, cui pro servitiis cum suis armigeris in terra Russiae factis 14.260 fl. Ioannes Albertus rex remanserat obligatus et 10.260 fl. in panno dederat, residuitatem dictae summae videlicet 4000 fl. pro festo Iacobi (25 iul.) et insuper 742 fl. pro damnis pro festo Paschae (27 mar.) verbo suo regio reddere pollicetur. XVII, 299.

206. —— „ —— Maiestas Regia oppidanis et incolis Nove Civitatis alias Nouego Myasta Bibel districtus Premisliensis, propter afflictionem et deflagrationem Tartarorum damna passis, duntaxat libertatem 12 annorum dedit, eximendo eos ab omnibus generaliter censibus et proventibus. r. XVII, 299.

207. —— *sabbato in vigilia Dorotheae (5 feb.).* Rex proconsuli et consulibus oppidi

Sbarbimiriensis mandat, ut Nicolao Sczikowsky, gladifero Cracoviensi, de statione sua annua ad tempora vitae eius respondeant, quittantiasque sub sigillo eius recipiant. XVII, 299.

208. *Cracovia, f. 2 post Dorotheae (7 feb.).* Rex incolas oppidi Bandzyn a solutione teloneorum et pontalium absolvit. CK XVII, 299.

209. —— „ —— Rex prov. Stanislao de Buthkow pro diuturnis serviciis mansionem et expensa in zuppa Bochnensi et pro singulis quattuor temporibus per ½ marcam, item pro pellicea singulis annis ½ sexagenam et 7 ulnas panni Wratislaviensis assignat. XVII, 299.

210. —— „ —— Rex ad petitionem Sigismundi Glogoviae et Opaviae ducis Ioannem Lassoczkj, tenutarium Sremensem, a bellica expeditione absolvit. CK. XVII, 300.

211. —— „ —— Rex testificatur, quia de consensu suo Nicolaus Crziczki decanus totumque capitulum ecclesiae cathedralis Cracoviensis cum omnibus hominibus de oppido Pabyanycze et villis pertinentibus constituerunt et ordinaverunt suum verum procuratorem, hunc videlicet, qui praesens procuratorium duxerit. CK. XVII, 300.

212. —— „ —— Rex litteras donationis hebraeo Isaac hispano 12 marc. census annui in iudaeis Sandomiriensibus, ab Ioanne Alberto rege Cracoviae, f. 2 post Conductum Paschae (19 apr.) 1501 datas, ratificat. MD. XIX, 54.

213. —— „ —— Rex litteras libertationis ab omni iurisdictione omnium suorum officialium ab Ioanne Alberto rege Cracoviae, sabbato ante Conductum Paschae (17 apr.) 1501 hebraeo Isaac hispano, physico suo, cum uxore eius familiaque datas, ratificat. MD. XIX, 54.

214. —— „ —— Data est confirmatio hebraeo Isaac hispano, physico regio, ad obeundum munus legationis in Tartariam ad imperatorem Przecopensem proficiscenti, super litteras, quibus ab Ioanne Alberto, Poloniae rege, dotatus existit et liberatus. r. XIX, 55.

215. —— *f. 3 Carnisprivii (8 feb.).* Maiestas Regia oppidanis et incolis Niezankouiczensibus terrae Premisliensis per Tartaros vastatis et conflagratis libertatem atque indultum decennalem dedit et concessit, eximendo eos a solvendis universis et singulis exactionibus, censibus, contributionibus, datiis et solutionibus vel Suae Maiestati vel reipublicae debitis et debendis durante dicto decennio, a teloneis vero regalibus a data praesentium per 5 annos eos duntaxat eximendo. r. XVII, 299.

216. —— *f. 3 ante Valentini (8 feb.).* Rex facta ratione et computo cum Ioanne Bonar, consule Cracoviensi, 8452 fl. ex summa debiti generalis 15529 fl. hung. ipsi Bonar ac Zeyfreydo Bethman et Erasmo Bethman, filio eius, creditoribus dicti Ioannis Bonar, in zuppis Vyeliciensibus inscribit. CK. XVII, 317.

217. —— „ —— Rex facta ratione cum Ioanne Bonar, 4000 fl. hung. ex summa debiti capitali 15529 fl. hung. eidem ac Zeyfredo Bethman et Erasmo Bethman, patri et filio, creditoribus Ioannis Bonar super censibus annuis 2000 fl. a Gedanensibus solvendis in quatuor ratis percipiendos demonstrat. CK. XVII, 317.

218. —— „ —— Datae sunt litterae Ioanni Bonar, Zeyfredo Bethman et Erasmo Bethman, Zayfredi filio, in forma et verbis in superioribus litteris descriptis, in quibus continebatur, quod Maiestas Regia debitum suprascriptum eis recognoscendo 3077 fl. de consilio consiliariorum in thesauro regni apud Iacobum de Schidlowyecz, thesaurarium, et pro tempore exsistentes, ad rationem eiusdem suprascripti debiti pro festo Michaelis proxime venturo (29 sep.) eisdem civibus eorumque successoribus levandos et percipiendos in effectu commisit et concessit, dicto Iacobo de Schidlowyecz thesaurario mandando, ut eisdem sic ut praefertur extradat. r. CK XVII, 318.

219. —— *f. 4 Cinerum (9 feb.).* Rex recognoscit se debere Andreae Roza, archiepiscopo Leopoliensi et episcopo Premisliensi, 200 marc. pro debito Ioannis Alberti regis, et nepotibus eius, liberis olim Zauissii Roza de Borzischeuice, succamerarii Chelmensis, 520 fl. hung. pro debito Olechnonis Skoruta de Mlodacicze, succamerarii Chelmensis, in villa Sdzyane inscriptos, in qua quidem summa simul iuncta villas Malocheyow cum piscina, Tuliglowi et Wyelyepolye, Byalka, Vyelobycz cum campo et silva Mandre, Chorupnyk et Pyaski, in districtu Crasnostauiensi sitas, titulo reemptionis praefato Andreae eiusque nepotibus vendit. CK. XVII, 300.

220. —— „ —— Rex testificatur Andream Roza, archiepiscopum Leopoliensem, nomine nepotum suorum, liberorum olim Zauissii de Borzyschouicze, succamerarii Chelmensis, germani sui, Olechnonem Scorutam de Mlodaticze, succamerarium Chelmensem, de summa 520 fl., quae erat in villa praefati Olechnonis Sdzane inscripta, quietavisse. CK. XVII, 300.

221. —— „ —— Rex Nicolao Morski censum annuum ecclesiasticum 12 marc. super teloneo bonorum Usczye tenutae eius, terrae Cracoviensis, cuilibet obligare modo reemptionis consentit. CK. XVII, 300.

222. —— „ —— Item eidem Nicolao Morskj sub eadem forma Maiestas Regia consensit inscribendum censum ecclesiasticum in villis haereditariis Myechouicze et medietate Clomow, in terra Cracoviensi consistentibus, cuicunque vel quibuscunque personae seu personis spirituali-

bus sub titulo reemptionis alias nawiderkoff, excipiendo eum ab omni expeditione bellica. r. XVII, 301.

223. *Cracovia, f. 4 Cinerum (9 feb.)*. Rex prouido Ioanni Czyrzan, qui Casimiro et Ioanni Alberto regibus serviendo aetatem suam totam consumpsit, mansionem et expensam in zuppa Bochnensi et pro singulis quattuor temporibus per unam marcam et 7 ulnas panni Wratislaviensis ad vitam assignat (litterae intitulatae: „żebraczsthwo Iohannis Czyrau"). CK. XVII, 305.

224. —— „ —— Rex Nicolaum Lapischpotok, tenutarium oppidi Jasslo, pro meritis una cum uxore eius ab expeditione bellica absolvit. XVII, 305.

225. —— „ —— Regia Maiestas Ioanni de Sprowa, capitaneo Opocznensi, vexilliferatum Sandomiriensem, per mortem Hinczae Spoth, ultimi eiusdem vexilliferatus possessoris vacantem, dedit et contulit ad assecutionem superioris dignitatis. r. XVII, 305.

226. —— *f. 5 post Cinerum (10 feb.)*. Rex incolis oppidi Colo vetera iura et privilegia praecipue vero ius theutonicum, a praedecessoribus suis ei donata, litteris originalibus conflagratis, innovat. XVII, 301.

227. —— „ —— Rex litteris universalibus officiales regni, praesertim terrarum Siradiensis et Vyelunensis, de exactione civili 2 gr. a qualibet marca in nouissima conventione generali laudata certiores facit. XVII, 307.

228. —— *f. 5 ante Invocavit (10 feb.)*. Rex Martino viccario de Jasslo domum ipsius haereditariam, sitam ad ripam fluvii Jassyel, penes domum Petri Staron alias versus molendinum pro erigendo hospitali inscribere consentit, censum annuum ecclesiasticum 5 marc. eidem hospitali dando. CK. XVII, 302.

229. —— „ —— Rex testificatur Olechnonem de Mlodaticze, succamerarium Chelmensem, ad imperatorem Tartarorum Zawolhensium deputatum, Margaretham alias Maruscham, consortem suam, liberis suis et bonis omnibus tutricem et actricem nominasse. CK. XVII, 304.

230. —— „ —— Rex Margarethae de Gunicze summas, quas habet super villis regalibus Pyetrzykow, Borzukowo, Thuleya, Nyedamyrz et Wronczino districtus Pisdrensis inscriptas Iacobo Boturzynski, curiensi regio, marito eius, obligare consentit. CK. XVII, 305.

231. —— *f. 6 ante Invocavit (11 feb.)*. Rex Ninognoni de Crisko, palatino Plocensi, oppidum Plonsko terrae Plocensis cum villis de manibus Andreae de Radzieiowicze, castellani Sochaczoviensis et capitanei Plocensis, exemere consentit. CK. XVII, 302.

232. —— „ —— Rex Barbarae de Rosznow relictae, Ioanni Amor, filio Iohannis Amor, castellani Cracoviensis, de Tharnow 500 fl. hung. debiti ab Ioanne Alberto rege mutuati a dominica Laetare proxime ventura (6 mar.) per unius anni decursum solvere promittit. CK. XVII, 302.

233. —— „ —— Rex Barbarae de Rosznow relictae et Ioanni Amor, filio Ioannis Amor, castellani Cracoviensis, de Tharnow 500 fl. restantis debiti ex summa 1000 fl. super bonis regalibus Borunicze, terrae Cracoviensis et districtus Proschoviensis, tenutae ipsorum, inscribit. CK. XVII, 303.

234. —— „ —— Rex medietatem villae Byelynky, in terra Premisliensi et districtu Samboriensi sitae, pro sorte villae Colczicze in eodem districtu cum Andrea Byel, hostiario aulae regiae, permutat (litterae cassatae). CK. XVII, 303.

235. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai de Lapischpotok, tenutarii oppidi Jasslo, litteras Ioannis Alberti Cracoviae, f. 4 post Visitationis V. M. (6 iul.) anno 1496 datas, donationem advitalitialem oppidi Jasslo cum villis Coczarowa, Goraiouicza, Orzyszki, Hankowka, terrae Byecensis et alteras, Cracoviae f. 5 ante Thomae (19 dec.) anno 1499 datas, continentes donationem 100 fl. hung. de proventibus ex 13 civitatibus in Scepusio, confirmat. CK. XVII, 304.

236. —— „ —— Rex litteris universalibus dignitarios et officiales regni, et praesertim terrae Cracoviensis, de datia vasorum alias czopowe, in conventione novissima post felicem coronationem suam laudata, certiores facit. XVII, 306.

237. —— „ —— Rex litteris universalibus officiales regni, praesertim terrarum Siradiensis et Vyelunensis, de exactione 8 gross. nuper laudata certiores facit XVII, 307.

238. —— „ —— Rex pro meritis nob. Mathiae Tuczensky medietatem villae Schtrancz districtus Walczensis: unam portionem medietatis ipsius villae post mortem nob. Thabesch Tharnaw iure feodali donat, aliam vero portionem ipsius villae, quam tenent filiae nob. olim Georgii Kalyn, eidem Mathiae de manibus earundem fiiliarum eximere admittit. MD. XIX, 56.

239. —— „ —— Datus est subpincernatus Rawensis Adae Baran de Paprothna, per promotionem Ioannis Voluczsky ad subiudicatum Rawensem vacans, et litterae in forma cancellariae solita eidem datae sunt. r. XIX, 56.

240. —— „ —— Consensit Regia Mtas Thomae de Sathkovicze aetate grandevo resignare succamerariatum Rawensem Hermolao, filio eius, curiensi regio, et litterae desuper ipsi Hermolao in forma cancellariae solita super ipsum succamerariatum datae sunt. MD. r. XIX, 56

241. —— „ —— Rex Stanislao, Petro, Nynognyewo, Adamo, Venceslao, Ioanni et Fe-

lici, filiis olim Ioannis Garbacz, Nynognyewi et Nicolai fratrum de Jassyona, tenutariis bonorum regalium Nowe, post exhibitionem certarum quitantiarum, per regem Casimirum IV pro servitiis in Prussia iis datarum, summas 780 fl. hung. in auro et 1220 fl. in $^1/_2$ gr. in bonis praefatis castro Nowe ac aliis, ad illud pertinentibus, tenutae ipsorum, inscribit. XIX, 169.

242. *Cracovia, f. 6 ante Invocavit (11 feb.).* Litterae universales regiae de exigenda datia czopowe in conventu coronationis instituta. R. XX, 7.

243. —— „ —— Litterae universales regiae de exigenda exactione 8 grossorum de quolibet laneo seu manso possessionato (finis deest). XX, 7.

244. —— *medio Februario.* Nomina exactorum, qui in conventione generali Cracoviensi coronationis regiae ad exactiones 8 grossorum, czopowe et civilem deputati sunt. XVII, 306.

245. —— *sabbato ante Invocavit (12 feb.).* Datus est consensus Stanislao Hilovyeczky ad exemendam villam regalem de manibus Iacobi Syennowsky dictam Labunyky, in terris Russiae consistentem. r. XVII, 336.

246. —— „ —— Rex renovat litteras deperditas recognitionis certae ab Ioanne Ossolynsky et fratribus eius, coram olim Ioanne Alberto rege Cracoviae, f. 3 ante Palmarum (30 mar.) anno 1501 factas. MD. XIX, 56.

247. —— „ —— Datus est consensus Mathiae Psuczky ecclesiam parrochialem dioecesis Posnaniensis Sanyky iurispatronatus regii resignandi Petro Guth actu presbytero. MD. r. XIX, 56.

248. —— *dominica Invocavit (13 feb.).* Data est procuratio ad vitam principi Frederico, cardinali, cum suo capitulo Cracoviensi, necnon familiaribus et factoribus suis, in forma cancellariae solita. DM. r. XIX, 57.

249. —— *f. 2 post Invocavit (14 feb.).* Rex Nicolao de Lapischpotok, tenutario oppidi Jasslo, advocatiam in eodem oppido de manibus Pyenyazek de Cruslow et Beatae, consortis Ioannis Pnyowski, eiusdem advocatiae haeredum, eximere consentit CK. XVII, 305.

250. —— „ —— Rex Christophoro Nohorsky Theschlik, sepulchri Domini militi et curiensi suo, pro damnis et impensis, quas fecit ad imperatorem tartarorum Zawolhensium in legatione, stationem in monasterio Landensi ad 8 annos donat. XVII, 305.

251. —— „ —— Rex Iacobo de Cobilino, succamerario Vyelunensi, duo fora annualia pro festo Magdalenae (22 iul.) et pro festo Francisci (4 oct.) ac septimanale pro feria 4-ta singulis septimanis in oppido ipsius haereditario Dzyaloschyn districtus Vyelunensis instituit. CK. XVII, 305.

252. —— „ —— Data est procuratio ad petitionem principis Frederici cardinalis, Przeczlao Gnoyensky cum contorali sua Anna ad vitam in forma cancellariae solita. r. XIX, 57

253 —— *f. 2 Valentini (14 feb.).* Rex Nicolao Gardzyna de Lubrancz, palatino Calissiensi, oppidum regale Srzem cum omnibus bonis et villis, ad illud pertinentibus, de manibus Ioannis Lassoczky eximere admittit. MD. XIX, 57.

254. —— „ —— Rex approbat concordiam certam, inter virginem monialem de tertia regula s. Francisci Sophiam, filiam olim Ioannis Amor de Tarnow, castellani Cracoviensis, cum consilio amicorum et consanguineorum Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, Ioannis de Tharnow, palatini Sandomiriensis, Ioannis de Myelschtin, castellani Zavichostensis, Ioannis et Nicolai de Pylcza, ex una, et Ioannem de Tharnow, germanum eius, palatinum terrarum Russiae generalem, ex altera partibus, occasione oppidi Sczebrzeschyn et villarum Januskowicze, Sogolow et Glynnik tali modo factam, quod praefata Sophia sortem suam bonorum maternalium praedictorum eidem Ioanni, germano suo, resignat, dictus vero Ioannes eidem Sophiae, sorori suae, pro bonis suis paternalibus castro et civitate Tharnow et villis Wyrschoslavicze, Comarow et Ostrow, 40 marc. singulis annis solvere debet. MD. XIX, 57.

255. —— *f. 4 post Invocavit (16 feb.).* Rex famato Stephano Falko, doctori, physico regio, pro servitiis villam Bulow et curiam Stirpow districtus Gedanensis, quarum hactenus Munkyniberg civis Gedanensis gubernationem gerebat, donat. XVII, 307.

256. —— „ —— Rex ad petita Nicolai Niclouicz, molendinatoris in Radoschicze, litteras Casimiri IV in Radoschicze die exaltationis Crucis (14 sep.) anno 1369 datas, donationem molendini inibidem Nicolao cuidam molendinatori in se continentes, innovat. CK. XVII, 308.

257. —— „ —— Rex Jaroslao de Srzenyawa, magistro coquinae suae, officium custodiae seu portulaniae cubiculi Cracoviensis, per mortem Mathiae de Pukynyn vacantem, confert. XVII, 308.

258. —— „ —— Rex ad vota Elisabeth reginae Poloniae, genitricis suae, Wyrzbyathae de Grabolow, suae Reginalis Maiestatis curiensi, agazonatum Vyeliczensem, per mortem Mathiae de Pukynyn vacantem, donat. XVII, 308

259 —— „ —— Regia Mtas Marco de Stroyow ad vota Elisabeth, reginae Poloniae, Suae Reginalis Mtis curiensi, portulaniam zuppae Bochnensis dedit in forma cancellariae alias

in tali forma, prout et Vyrzbyathae de Grabolow superius scripti agazonatus Vyeliczensis datus est. r. XVII, 309.

260. *Cracovia, f. 4 post Invocavit (16 feb.).* Rex mercatori Haczkoni armeno de Leopoli salvum conductum vel litteras moratoriae a solvendis debitis per 2 annos admittit. CK. XVII, 310.

261. —— *f. 5 post Invocavit (17 feb.).* Rex ad supplicationes Ioannis Korbel, suburbani Cracoviensis, decretum sub sigillis Petri Myskowsky, palatini Lanciciensis, et consulum Cracoviensium de data anni 1502 sabbato post octavam Epiphaniarum (15 ian.) in causa inter Gregorium Baran et eundem Korbel datum, approbat. MD. XIX, 59.

262. —— *f. 5 ante Reminiscere (17 feb.).* Rex pontale Sandomiriense iam ab Ioanne Alberto rege institutum, denuo more aliorum teloneorum pontalium approbat CK. XVII, 309.

263. —— *sabbato ante Reminiscere (19 feb.).* Rex Ioanni de Lubrancz, episcopo Posnaniensi, iuspatronatus in Stara Rawa et praesentandi personam idoneam pro una duntaxat vice, dum et quando ecclesia parrochialis in Stara Rawa per cessum sive decessum Mathiae de Pyothrkow, moderni rectoris eiusdem ecclesiae, vacaverit, donat. MD. XIX, 60.

264. —— *dominica Reminiscere (20 feb.).* Rex Nicolao, castellano Sandomiriensi et capitaneo generali Cracoviensi, Ioanni capitaneo Belzensi, Clementi, Stanislao et Martino de Camyenyecz, advocatiam, quam in civitate regali Crossno possident haereditariam, Andreae Czurilo de Staianycze, dapifero Premisliensi, in 1000 fl. aureis titulo reemptionis ad 4 annorum decursum obligare consentit. CK. XVII, 309.

265 —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis, Premisliae, sabbato in vigilia Pentecostes (13 mai) anno 1497 datas, decretum regium in causa praestandi iuramenti et observandorum festorum a civibus ruthenis de Premislia in se continentes, confirmat. CK. XVII, 309.

266. —— „ —— Rex consulibus civitatis Rawa privilegium Alexandrae, ducissae Masoviae, de data in Golanbyewo, f. 2 ante Viti (13 iun.) anno 1429 super ius theutonicum, eidem oppido datum, ratificat. MD. XIX, 61

267. —— „ —— Rex dimittit fratribus praedicatorum ordinis s. Dominici de Cracovia ad S. Trinitatem decimam lignorum in fluvio Vysla, ad usum conventus ipsorum emendorum, mandatumque de eo Iordano de Myslymycze, procuratori magno castri Cracoviensis, dat. MD. XIX, 62.

268. —— *f. 2 post Reminiscere (21 feb.).* Rex Petro Schaffranyecz de Pyeschkoua Skala, castellano Visliciensi, pro meritis capitaneatum Mariemburgensem confert. XVII, 309.

269. —— *f. 3 post Reminiscere (22 feb.).* Rex Petro Kmytha de Vissnycze, palatino Cracoviensi et regni marsalco, 150 fl. hung. e censibus capitaneatus sui Scepussiensis singulis annis donat pro meritis. XVII, 310.

270. —— „ —— Rex Petro Schaffranyecz, castellano Visliciensi et capitaneo Mariemburgensi, 40 marc. certi redditus in zuppis ab Ioanne Alberto rege donatas et in litteris morte dicti regis non inscriptas, donat. CK. XVII, 310.

271. —— „ —— Rex oppidum Ilkusiense ab omnibus exactionibus ad 6 annos absolvit, excepta contributione cervisiae vel czopowe. CK. XVII, 311.

272. —— „ —— Rex Petro Schaffranyecz, castellano Visliciensi et capitaneo Mariemburgensi, 2200 fl. mutuatos pro festo Nativitatis Christi proximo reddere promittit, in casu vero non redditionis eosdem super bonis castro et oppido Sochaczow cum attinentiis inscribere pollicetur. CK. XVII, 311, 313.

273. —— „ —— Nicolaus Straschs de Byalaczow iudex et Lucas Szebrzydowsky de Polayewycze subiudex terrae Cracoviensis testificantur Andream de Radoschownycza, recedendo a districtu suo Siradiensi, 200 marc. dotis et 150 marcas dotalitii super medietate bonorum suorum in Radoschownycza et Calenycze Constantiae, filiae Ioannis Staskowsky, tenutarii de Wolbram, consorti suae, inscripsisse. XXII, 13.

274. —— *f. 4 post Reminiscere (23 feb.).* Rex testificatur Petrum Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellanum Visliciensem et capitaneum Mariemburgensem, Sophiae de Sprowa, coniugi suae, 2000 fl. hung. super medietate omnium bonorum suorum reformasse. CK. XVII, 311.

275. —— „ —— Rex Stanislao Dersnyak de Rokithnycza, succamerario Premisliensi, castrum Riter cum villis de manibus Raphaëlis Ritersky eximere consentit. CK. XVII, 311.

276. —— „ —— Rex Ioanni Fredro de Pleschouicze medietatem villae Lasskj terrae Premisliensis de manibus Catharinae Zavyaznia eximere consentit. XVII, 311.

277. —— *f. 4 vigilia Mathiae (23 feb.).* Rex ad petitionem Nicolai Szirakowski, vicezupparii Bochnensis, litteras Vladislai II Sandomiriae, f. 2 post Reminiscere (21 feb.) anno 1423 et Vladislai III Budae, f. 4 post octavas Visitationis V. M. (12 iul.) anno 1441 et Casimiri IV regum in Lublin f. 2 in vigilia Iacobi (24 iul.) anno 1469 et Cracoviae, f. 3 infra octavas Corporis Christi (18 iun.) anno 1471, continentes varias inscriptiones super villa Wrzampye (Wrzampya),

cuius medietatem ipse Nicolaus Sirakowski de consensu Ioannis Alberti regis exemerat, innovat et confirmat. CK. XVII, 312.

278. *Cracovia, f. 5 Mathiae (24 feb.)*. Rex Iacobo de Schidlovyecz, regni thesaurario, mandat, ut Nicolao Salomonis, civi Cracoviensi, pro festo Trium Regum (6 ian.) de exactionibus czopowe, 8 grossorum, civili et stationum exsolvat 333 fl. in auro, per 33 grossos computandos, dicto Nicolao pro pannis per Erasmum Creydlar, curiensem regium, apud eum nomine regio emptis, debitos. XVII, 312.

279. —— „ —— Rex recognoscit se debere Casper Bar, civi Cracoviensi, 3215 fl. pro pannis per Erasmum Credlar, curiensem regium, pro necessitate regia emptis, quorum medietatem 1607½ fl. pro Assumptionis V. M. (15 aug.) et alteram pro Epiphaniae (6 ian.) festis solvere promittit. XVII, 312.

280. —— „ —— Regia Mtas Michaëli Carwath, capitaneo in Orawa, salvum conductum gratia medendi ac pro aliis privatis negotiis in regno agendis se conferre cum 20 equis et totidem personis humanis infra hinc ad 10 septimanas duntaxat duraturum dedit. r. XVII, 312.

281. —— „ —— Rex Martino Tesmar, tenutario medietatis oppidi regii Cosyerzyno, in Pomerania siti, alteram medietatem eiusdem oppidi cum villis de manibus Nicolai Vilcanowsky, canonici Plocensis, eximere admittit. MD. XIX, 62.

282. —— *f. 5 ante Oculi (24 feb.)*. Rex Barbarae de Thanczin, consorti olim Iacobi de Conyeczpolye, castellani et capitanei Premisliensis, una cum filiis eius Predborio et Stanislao 1300 marc. debiti a dicto Iacobo Casimiro IV regi mutuati pro altero festo Paschae (16 apr. 1503) solvere promittit. CK. XVII, 326.

283. —— *f. 6 ante Oculi (25 feb.)*. Rex Creslao de Kurozwanki, episcopo Vladislaviensi et regni cancellario, Stanislaum Borek, decretorum doctorem ac summi pontificis familiarem, ad quodcunque beneficium cum cura vel sine cura in dioecesi Cracoviensi vacaturum praesentare consentit. CK. XVII, 313.

284. —— „ —— Rex Bunyecz, Lukihan et Ioanni, filiis olim nob. Pakosz, tenutariis villae regalis Myedwyedzyowa, pro servitiis militaribus 40 marc. in praedicta villa et campo Kozuchowskye tenutae ipsorum inscribit. XVII, 313.

285. —— „ —— Regia Mtas Ioanni de Gosslaw, canonico Cracoviensi, iuspatronatus et praesentandi ad unum beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, in dioecesi Cracoviensi Stanislaum Bork dedit alias in eadem forma proxime inferius scripta, pro Creslao episcopo etc. concessa. r. XVII, 314.

286. —— *dominica Oculi (27 feb.)*. Rex civitatem Sandomiriensem circa privilegium Vladislai regis pro non dandis podwodis conservat, mandando Ioanni Rapschthynsky, capitaneo et curiae marsalco, ut civibus Sandomiriensibus pro podwodis necessitate tantummodo magna regia praestandis de proventibus regiis solvat. CK. XVII, 314; XX, 141.

287. —— *ultima Februarii (28 feb.)*. Rex Ioanni Badnary legato, oratori Leonardi Lauredani ducis et senatoris reipublicae Venetiarum, insignia militaria uti strenuo militi et equiti aureato confert. XVII, 357.

288. —— *f. 2 ante Laetare (28 feb.)*. Ioannes de Thanczyn et de Rapsthyn, Mtis Regiae marschalcus et capitaneus Sandomiriensis, huttam suam plumbi penes huttam Ioannis Borg, consulis Cracoviensis, et ex opposito huttae Cristiani consulis Ilkusiensis, ad tenutam castri Rapsthyn spectantem, Casparo Kyzynger, civi Cracoviensi, pro 90 fl. vendit. XVII, 340.

289. —— *f. 4 post Oculi (2 mar.)*. Deputati sunt commissarii Ioannes Olesky, castellanus Malogostensis, succamerarius in absentia eius, camerarius Sandomiriensis, Ioannes, vexillifer Sandomiriensis, et Stanislaus de Sprowa germani, capitanei Opocznenses, Paulus Zborzensky, notarius terrestris, Nicolaus Bedlensky, subiudex Sandomirienses, et Petrus Spoth de Volya ad faciendas granities inter bona Buczek Annae, relictae Ioannis Buczkowsky, et filiorum eius Martini, Nicolai et Laurentii, et bona Studzone Ioannis Odrzywolsky ac aliorum fratrum de Odrzywol, ex una, ac etiam inter bona regalia Dambowa et Dambowa Rzeczka, tenutae capitaneorum Opocznensium, parte ex altera, et litterae commissionis in forma cancellariae solita datae sunt. MD. r XIX, 62.

290. —— *f. 4 ante Laetare (2 mar.)*. Rex litteris universalibus omnibus per Vislam versus Gedanum navigantibus mandat, ut in Zakroczym sortem telonei Petro Bariczka, canonico Varsaviensi, debiti, irrecuse solvant. CK. XVII, 318.

291. *Gambyn, f. 5 post Oculi (3 mar.)*. Andreas de Cuthno palatinus, Thomas de Grodzysko castellanus Ravenses, Ioannes Zukowsky, succamerarius Gostinensis, commissarii regii, litteras privilegiales Andreae Pywo super molendinum Grzegzolka reviderunt easdemque litteras a Casimiro et Ioanne Alberto regibus iuxta testimonia fidedignorum terrigenarum approbatas esse testificantur. XVII, 339.

292. *Cracovia, f. 5 ante Laetare (3 mar.)*. Rex, cassando litteras Ioannis Alberti regi

recognitionis 197 fl. debiti Ioanni Rozenkowsky, 21½ fl. ei solutis, restantes 175½ fl. pro festo Paschae (16 apr. 1503) per annum reddere promittit. CK. XVII, 318.

293. *Cracovia, f. 5 ante Laetare (3 mar.).* Rex significat, quia Sigismundus Glogoviae et Opaviae in Slezia dux summas, quas habet ab Ioanne Alberto rege inscriptas in civitate Gnesnensi districtus Calissiensis et in tota medietate telonei oppidi Costen terrae Posnaniensis pro teloneis Calissiensi et Coninensi im Cleczow exigendis cum Andrea de Schamotuli, palatino Posnaniensi, de consensu regio permutaverit. CK. XVII, 318.

294. —— „ —— Petrus Trosszka, cubicularius regius, liberatus est a bello ad beneplacitum regium. r. XVII, 320.

295. —— *f. 6 post Oculi (4 mar.).* Rex Stanislao de Curoswanky, capitaneo Vielyvnensi, ex divisione cum Creslao, episcopo Vladislaviensi et regni Poloniae cancellario, ac Nicolao de eadem Curozvanky, palatino Lublinensi, patruis eius, ratione summae 4383 fl. hung., olim Petro de eadem Curozvanky, castellano Sandomiriensi et thesaurario regni, per Ioannem Albertum regem in bonis regalibus Padew cum villis Thuschow, Jaslany, Przekop, Plaw, Plawska Volya inscriptae, 2383 fl. hung. de bonis praedictis ad bona castri Crzepicze atque oppidorum Crzepicze et Clobuczko cum villis transfert, reliquam autem summam 2000 fl. ex divisione illa inter ipsos facta praefato Nicolao, eius patruo, in aliis bonis regalibus, quae ipse Nicolaus tenet, inscribit. CK. MD. XVII, 321; XIX, 62.

296. —— „ —— Rex approbat divisionem certorum bonorum post Petrum de Curozwanky, castellanum Sandomiriensem et thesaurarium regni, derelictorum inter Creslaum, episcopum Wladislaviensem et regni cancellarium, et Nicolaum, palatinum Lublinensem, fratres germanos, de Curozvanky, ac Stanislaum de eadem Curozwanky, capitaneum Wielunensem, nepotem eorum, per Andream Roza, archiepiscopum Leopoliensem et episcopum Premisliensem. Vincentium de Przeramb, episcopum Plocensem, et Ioannem de Tharnow, Russiae generalem, Petrum Myskowsky de Myrow Lanciciensem — palatinos et Dobrogostium de Ostrorog, castellanum Posnaniensem, a rege ad eandem divisionem deputatos, tali modo factam, quod dictus Creslaus — praedia cum villis Zacrzow, Szyethwyow cum molendino, Mdoschow cum praedio, Cosky, Bolew, Kropidlo, Bdowyecz, Goschicze et Pawlovicze cum sorte haereditaria in Cosmyrow; Nicolaus autem — castrum Curozwanky cum oppido Curozvanky ac praediis et villis Cothuschow, Corithnicza, Jablonicza, Szyedlecz, Zalyeszye, Corzen, Pangowyecz, Lyppyny, Ponyk, Czernycza, medietatem oppidi Schidlow cum villis Ossowka, Sudky, Pothok et Brzezyny, ad Schidlow pertinentibus, medietatem oppidi Pyothrkow ac molendinum ibidem; Stanislaus vero, nepos eorum, — villas et praedia haereditaria Michalow cum villis Zagayow, Bralyczin, Skrzypyov et molendinis 2 in Michalow, villas Baranow, Gelegowlya, Skopanye, Voykow, ½ Dymytrow, ½ Dymytrowska Volya et Przewos, bona regalia Padewy cum villis Thuschow, Jaskany, Przecop, Plaw, Plawska Volya, ad capitaneatum Sandomiriensem pertinentia, accipiant. CK. MD. XIX, 64.

297. —— *f. 6 ante Laetare (4 mar.).* Datus est consensus Ioanni Tarnowsky, plebano in Pisdri, advocatiae sortem de manibus cuiusdam Alberti Voyczyk redimere pro iusta summa pecuniarum. r. XVII, 320.

298. —— „ —— Rex Erasmo Karsky notario 256 marc. et unum fertonem debiti mutuati in villa Czirmno terrae Gostinensis inscribit cum possessione eiusdem villae usque ad plenariam summae praefatae extenuationem. CK. XVII, 321.

299. —— *sabbato ante Laetare (5 mar.).* Rex ad instantiam Iacobi praepositi monasterii in Strzelno, litteras Casimiri IV regis Lanciciae f. 6 infra octavas Assumptionis (18 aug.) anno 1447 datas, continentes in se donationem fori annualis oppido Strzelno ipso die SS. Trinitatis celebrandi et confirmationem litterarum Vladislai II regis ibidem in Strzelno die Ioannis ante portam (6 mai) anno 1393 datarum, super donationem fori septimanalis feria 5-fa qualibet in oppido praefato, approbat. CK. XVII, 319.

300. —— „ —— Rex significat, quia Elisabeth de Tarnow relicta et Stanislaus de Curozwyanky filius eiusdem et olim Dobeslai de Curozwyanky, palatini Sandomiriensis, divisionem bonorum, tam regalium, quam suorum haereditariorum, fecerint tali modo, quod Elisabeth mater bona regalia Velun, Radomskye et Dobrischicze, Stanislaus vero filius castrum Krzepicze cum oppidis Krzepicze et Clobuczko et bona haereditaria Strzezouicze cum villis possidebunt. CK. XVII, 320.

301. —— *sabbato ante Gregorii (5 mar.).* Rex fert decretum proscriptionis in causa inter Nicolaum de Curozwanki, palatinum Lublinensem, et Adamum, filium eius, impossessionatum, qui castrum patris sui Rythwyany cum 60 coadiutoribus violenter occupavit et in eodem castro non diffidando alias nyeodpowyednye recepit 4000 fl. hung., 1300 marc. in ½ gr., 2 credentias alias lekthwarnycze, 16 cuppas alias cupki argenteas deauratas, 3 crinalia cum 15 monilibus et anulis aureis lapidibus seu gemmis praetiosis ornatis, in quibus crinalibus continebantur 300 anuli aurei cum lapidibus praetiosis, et torquem auream alias noschenye cum 37 monilibus, praeparatam alias sprawyone et 2 cruces margaritis super casulas et gemmis dispositas,

2 pepla margaritis intexta et ornata ac litteras super bona regalia Schydlow, Dambye, Brzeznycza, Falanczyn, Polanyecz et super advocatiam eiusdem oppidi in Polanyecz et villas, ad dicta oppida pertinentes, et super villas Bukowa et Czaykow et litteras super patrimonium suum, litteras omnis inscriptionis, quibus Ewa de Rythwyany, uxor ipsius, inscripsit eidem Nicolao bona sua patrimonialia, haereditaria et regalia, perpetua et obligata, super 40 hastarios alias copyniky arma alias copynycza sbroya, item arma super 90 sagittarios alias strzelcza sbroya, frena et ornamenta equorum super 80 equos alias pochwy, sellas 8 argento reformatas deauratas et 4 gladios: 2 argento reformatos deauratos, et 2 argento reformatos non deauratos, item 80 loricas cum coloriis ferreis alias oboyczіky, librum bibliae, argento deaurato reformatum, cisticulam, berillo reformatam, argento deaurato, item stamen unum florenticum et 2 machellici rubei, 8 tricenses alias tryczky, 9 flavei vratislaviensis, 6 portiones alias sthuky telae tartaricae alias tatarskyego, item 12 telae albae colnensis alias colyenskyego, item 50 portiones telae non dealbatae polonicales, 6 tentoria de tela lythwanica, 2 magnas machinas, 2 minores machinas, alias huffnycze, 8 bombardas alias tharasnycze, 9 fuklary, 40 hakownycze, 200 rucznycze, 47 equos, 180 vasa mellis dicta szlyedzyowky vulgariter, haec omnia suprascripta ita bona, sicut 160,000 marc., praeter alias pecunias non numeratas, item rapuit castrum Borzislavycze, in terra Lanciciensi, in quo recepit uxorem dicti Nicolai de Cvrozvanky una cum filia Elisabeth, 180 marc. in $^1/_2$ gr., vestes, videlicet: subas, 6 sabellis subsutas, 2 cum auro, 1 de axamento nigro cum auro, aliam flaveam etiam cum auro de adamasco, sabellis subsutam, aliam nigram de adamasco, aliam brunathicam de hathlasch, sabellis subsutas, 2 serta alias thkanky de margaritis, omnia in valore 2000 marc. MD. XIX, 179.

302. *Cracovia, dominica Laetare (6 mar.).* Datus est salvus conductus Georgio Hannussek, civi Posnaniensi, propter quasdam insecuritates in regno infra hinc ad festum Michaëlis proxime futurum (29 sep.) in forma solita. r. XVII, 319.

303. —— *f. 3 post Laetare (8 mar.).* Mtas Regia, ad vota Elisabeth reginae Poloniae, Nicolao Missopad, tribuno Sandomiriensi, magistro coquinae eiusdem Reginalis Mtis, stationem 6 annorum monasterii in Wachoczko percipiendam dedit et concessit, eisdem Ioanni abbati et aliis pro tempore exsistentibus abbatibus et conventui mandando, ut eidem Nicolao de dicta statione per 6 annos immediate se sequentes respondeant in effectu, de quibus quittati sunt eisdem litteris. r. CK. XVII, 321.

304. —— *f. 4 post Laetare (9 mar.).* Rex Ioanni, magistro canalium alias rurmistrz de Dobruska pro meritis praecipue pro pellenda aqua de fluvio Rudawka ad castrum Cracoviense canalibus et aliis instrumentis, censum annum 20 fl., 6 ulnas panni machaliensis singulis annis et quolibet anno tertio pellicium vulpinum dorsinum vel pro pellicia 5 fl. assignat. XVII, 320.

305. —— „ —— Rex ad petita Ioannis Bonar, consulis Cracoviensis, litteras Ioannis Alberti regis, Cracoviae, f. 3 post Iudica (30 mar.) anno 1501 datas, super inscriptione 2000 fl. hung. in villa Lobzow, et alias litteras Elisabeth reginae, Cracoviae, f. 2 festi Priscae (18 ian.) anno eodem 1501 datas super consensu ad inscriptionem praefatam confirmat. CK. XVII, 322.

306. —— *f. 5 post Laetare (10 mar.).* Rex ad petitionem Creslai de Kurozwanky, episcopi Vladislaviensis et regni cancellarii, praesentationem Ioannis Grochouiczki, canonici Vladislaviensis, ad praeposituram ecclesiae collegiatae Mariae Magdalenae Posnaniae post mortem Nicolai vacantem, approbat. MD. XIX, 65.

307. —— *f. 5 ante Iudica (10 mar.).* Rex Iacobo Syekliczky, castellano et capitaneo Byecensi, 100 marc. super villa Hoscze terrae Chelmensis, tenutae eius, inscribit. CK. XVII, 323.

308. —— „ —— Rex, $266^1/_2$ marc. et 8 gros. apud Valentinum presbyterum, capellanum altaris Mariae Magdalenae in ecclesia s. Mariae in circulo Cracoviensi in mutuum receptis, 8 pannicidia: Erasmi Krupek penes aciem versus depositorium salis, Martini Belz, Pauli Bar, Gregor armeni, Ioannis Russek, Ioannis Langstano, Georgii Morstin et Petri Crupek cum proventu annuo de quolibet pannicidio per $1^1/_2$ marc. titulo reemptionis ei inscribit. XVII, 324.

309. —— „ —— Rex, disiudicando controversiam inter Otham de Pilcza, succamerarium Lublinensem, ex una, et Petrum ac Nicolaum Sampinsczy, necnon Nicolaum Vapowsky, tutorem Ioannis, filii olim Augustini de Staromyescze, et Sbigneum Stognyew heredes de Rzeschow, ex altera partibus, pro nundinis in oppido Lanczuth praefato Othae ab Ioanne Alberto rege pro feste Marci, 3-tio die post Georgii (25 apr.) concessis, easdem submovet et veteres nundinas pro die Georgii (23 apr.) restituit. CK. XVII, 326.

310. —— *f. 6 ante Iudica (11 mar.).* Mtas Regia, compatiendo egestati et senio Nicolai Passkowsky, terrigenae districtus Opocznensis, cuius filii Ioanni Alberto regi serviendo mortem obierunt et nonnullae pecuniarum summae eis debebantur pro servitiis, quas Mti Suae indulsit, ipsum ad tempora vitae ab omnibus expeditionibus bellicis liberavit per litteras, cum subappenso sigillo datas. CK. r. XVII, 324.

311. —— *sabbato ante Iudica (12 mar.).* Deputati sunt commissarii: Thomas de Gro-

dzysko Ravensis, Andreas de Radzieyovycze Sochaczoviensis castellani, N. Vlynsky, succamerarius, in absentia eius camerarius, Paulus Gesch iudex, J. Prussky subiudex Sochaczovienses, ad faciendas granities inter bona regalia Czyrwonanywa tenutae Iacobi de Schydlovyecz, thesaurarii ad capitaneatum Sochaczoviensem spectantia, ex una, et alia haereditaria Bartosii, Ioannis et Alberti germanorum de Cozarzovicze, Byalynyn dicta, ex altera partibus, et litterae commissionis in forma cancellariae solita datae sunt. MD. r. XIX, 66.

312. *Cracovia, f. 2 post Iudica (14 mar.).* Rex Ioanni Cozyelsky 200 fl. hung. Dorotheae, consorti eius, in villis regalibus Chrosczenko, Laszkowo et Ossno districtus Gnesnensis reformare consentit. CK. XVII, 325.

313. —— „ —— Rex in controversia inter Nicolaum Sborowsky, tenutarium in Ropczicze, ex una, et Ioannem Vitkowsky, advocatum in eisdem bonis, privilegium quoddam super perceptionem sexti denarii census annui in bonis eisdem ab advocato, a praefato Ioanne Vithkowski productum, confirmat. XVII, 325.

314. —— „ —— Mtas Regia attenta destructione et devastatione per Turcos et Tartaros oppidi Thisschowcze libertatem ipsi dedit a solutione exactionis czopowe per unum annum, ab aliis universis et singulis exactionibus, censibus, contributionibus, datiis et solutionibus ad decennium, a teloneis vero incolae dicti oppidi ad beneplacitum regium sunt exempti. r. XVII, 327.

315. —— „ —— Rex donationem domus in civitate Pylzno, dictae Stanowsky, in circulo inter domos collaterales Stanislai Lokyethek, ex una, et Ioannis Fryzgut, ex altera partibus, iacentis, ad regem Ioannem Albertum pro non solutis censibus et proventibus regalibus a multis temporibus et annis devolutae et per eundem regem propter fidelia servitia provido Andreae Golan, aurigae suo, donatae, approbat. MD. XIX, 66.

316. —— „ —— Litterae primarum restium universales Alexandri regis: ad dignitarios, officiales et indigenas regni terrarum: Posnaniensis 2, Costhensis 2, Sredensis 2, Pysdrensis 2, Wschovensis 2, Conynensis 2, Calissiensis 2, Gnesnensis 2, Naklensis 2, Siradiensis 2, Schadek 2, Wieluni 2, Lanciciensis 2, Brzezinensis 2, Colensis 2, Brzesthensis 2, Predeczensis 2, Ravensis 3, Schochaczoviensis 4, Gosthinensis 2, Ploczensis 2, Zawkrensis 2, Bidgosthiensis 2, Visnensis 2, Dobrzinensis 2, Juniwladislaviensis 2, Sandomiriensis 2, Novae Civitatis 2, Radom 2, Opoczno 2, Chanczinensis 2, Pilznensis 2, Premisliensis 2, Striensis 2, Cracoviensis 2, Chelmensis 2, Sandeczensis 2, Bieczensis 2, Lublinensis 2, Zidaczoviensis 2, Cameneczensis 2, Haliczensis 2. MD. XIX, 66.

317. —— „ —— Epistola Alexandri regis ad capitaneos de transmittendis et promulgandis litteris restium data. MD. XIX, 67.

318. —— *f. 3 post Iudica (15 mar.).* Rex Stanislao Lassoczky, succamerario Posnaniensi, in ecclesia parrochiali oppidi sui Brzezini mansionariam fundare et 10 marc. super censu praetorii oppidi praedicti inscribere consentit. CK. XVII, 325.

319. —— „ —— Rex, facta ratione et computu cum Iacobo de Syeklyky, castellano et capitaneo Byecensi, super censibus et proventibus capitaneatus eiusdem, eundem quietat. CK. XVII, 326.

320. —— *f. 4 post Iudica (16 mar.).* Rex Margarethae relictae Alberti Gorsky, castellani Landensis et capitanei Wschovensis, 400 marc. ratione dotis Catharinae, filiae eius, consorti vero Nicolai Nakonowsky, super statione regali, quam ipsa Margaratha obligatam habet, inscribere consentit. CK. XVII, 325.

321. —— „ —— Datus est consensus simplex Annae de Syenyawa, relictae Nicolai Wnuczek hac potissimum ratione, quod possit nepotem suum iuniorem, Cunat dictum, captum de manibus Turcorum redimere, bona regalia tenutae eius duas villas Dobrzany et Lubyane, in terra Leopoliensi sitas, cuicunque bono homini nobili in eisdem summis pecuniarum, in quibus sola habuit obligatas, inscribere et obligare, tamen quod non excedat summam principalem, iuribusque regalibus salvis. r. XVII, 326.

322. —— *f. 5 ante Palmarum (17 mar.).* Rex Ioannem de Camyenyecz cum equestri comitiva 150 equorum sextariorum in servitium suscipit et per 6 florenos cuilibet pro quartali anni solvere promittit. CK. XVII, 326.

323. —— *sabbato ante Palmarum (19 mar.).* Rex ad vota Sigismundi ducis Maioris Glogoviae et Opaviae, fratris sui, Stanislaum de Mlodzyeovicze, castellanum Radomiensem, attenta eius provecta aetate, ab omni expeditione bellica absolvit. CK. XVII, 323.

324. —— „ —— Rex pro fidelibus servitiis Stanislao Jaroczky de Jaroschyn, curiensi suo, capitaneo in Slawkow, villas regales Clymyvnthow, Szyedlyecz et Pogonya, in terra Cracoviensi sitas, iure haereditario donat. MD. XIX, 67.

325. —— „ —— Rex Stanislao Jaroczky, haeredi de Jaroschyn, 4000 fl. hung., apud eum in mutuum receptos, super exactione regali 2 gross. alias poradlne terrae Siradiensis in-

scribit, et de hoc Stanislaum Zaramba de Calynova, capitaneum Siradiensem, certiorem facit. MD. XIX, 97.

326. *Cracovia, f. 2 post Palmarum (21 mar.)*. Rex Alberto Hanos Przedmosczky, sculteto in villa regali Jankowa, privilegium certum super eandem advocatiam, videlicet 3 mansos, tabernam, molendinum super fluvio Misschobya cum ripa a granitiebus oppidi Baranow ad granities villae Slupye et hortum, innovat. CK. XVII, 326.

327. — „ —— Datus est consensus priorem confirmando Andreae, vexillifero Siradiensi, et fratri suo Dunyn, germanis de Prawkovicze, 8 marc. pecuniarum pro 300 fl. in eisdem bonis Prawkouicze et Sokola Gora conventui monasterii in Vyelgymlyn in quocunque iure vendere et obligare titulo reemptionis alias naviderkow. r. XVII, 326.

328. —— „ —— Rex, ad preces abbatissae conventus virginum de antiqua Sandecz, privilegium Vladislai II, in Crossno, f. 2 in vigilia Philippi et Iacobi (30 apr.) anno 1430 datum, vigore cuius Regia Mtas eis partem telonei in Bardnyow, quod prius ademptum dederat civibus Bardnyeoviensibus, restituit et alias binas litteras sub sigillis Bartossii de Gony iudicis et Petri de Crakouicze subiudicis Cracoviensium, Cracoviae in colloquio generali, f. 2 in crastino Purificationis V. M. (3 feb.) anno 1438 et in curia Ioannis de Czizow, castellani et capitanei Cracoviensis, dominica post Michaëlis (4 oct.) anno 1450 datas, decretum in causa inter cives praefatos et abbatissam eandem ratione telonei in se continentes, confirmat. XVII, 327.

329. —— „ —— Rex ad petita Nicolai Bilina de Zeligoscza, advocati in villa regali Swandow, privilegium ei super advocatiam eandem, iuxta testimonia fidedignorum per olim S.-monem de Zellgoscza, avum eiusdem, apud olim Nicolaum Vylk pro 150 marc. emptam, innovat. CK. XVII, 331.

330. —— „ —— Rex Stanislao Jaroczky de Jaroschyn, capitaneo in Slawkow, castrum et oppidum regium Bandzyn cum villis de manibus Janussii Pogorsky eximere admittit. MD XIX, 67.

331. —— „ —— Rex nob. Wasskoni Barinowsky moldavitae villas regales Cothynicze et Russawicze, in terra Premisliensi sitas, pro servitiis fidelibus ab Ioanne Alberto rege eidem datas, ad tempora vitae et quam diu in regno manserit, donat. MD. XIX, 68.

332. —— „ —— Ioannes de Lubrancz, episcopus Posnaniensis, Andreas de Schamotuli Posnaniensis, Ambrosius de Pampow Siradiensis palatini, ex commissione regia, controversiam certam inter Wolgandum Iserekyer et Lucam de Obornyki, cives Posnanienses, de quadam domo et inter eundem Wolgandum et Ioannem Carnyewski, civem Cracoviensem, de quodam horto disiudicant. XX, 196.

333. —— *f. 3 post Palmarum (22 mar.)*. Rex ad intercessionem Sigismundi, Glogoviae et Opaviae ducis, fratris sui, oppido Czansthochowa ius maidemburgense, quo civitas Cracoviensis gaudet, donat. CK. XVII, 325.

334. —— „ —— Rex cerdones Cracovienses circa veterem consuetudinem illis a Vladislao II, avo suo, concessam conservat, ut cerdones Casimirienses, Clepardienses, Stradomienses et exaliis oppidis ad forum convenientes, duntaxat feria 3-tia in foro et in domibus nec ullis aliis locis extra forum pelles suas publice vendant. XVII, 327.

335. —— „ —— Rex dignitariis et officialibus terrarum Russiae et Podoliae et praesertim Stanislao de Chotecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, litteris universalibus mandat, ne mercatoribus praecipue iudaeis de Myedziboze et Ostrog depositorium Leopoliense transgredi et alibi in detrimentum eiusdem civitatis mercantias suas exercere permittant. CK. XVII, 329.

336. —— „ —— Rex propter custodiam et diligentem provisionem castri Cracoviensis nob. Wlodek Ioannem de Sczyborovicze vicecapitaneum, Iacobum Lubomirsky, iudicem castri Cracoviensis, et Nicolaum Strala, terrigenas suos, ab expeditione bellica ad unum annum de bonis eorum atque de bonis Schandzyschovicze Annae, consortis praefati Ioannis Wlodek, absolvit. MD. XIX, 68.

337. —— *f. 4 Magna (23 mar.)*. Rex pro necessitate regni et praesertim pro expediendis armorum gentibus, regno Poloniae servientibus, apud Stanislaum Jaroczky, capitaneum Slawkoviensem, 1500 fl. hung. in mutuum recipit et eandem summam super castro et oppido regio Bandzyn cum villis, in terra Cracoviensi sito, praefato capitaneo inscribit. MD. XIX, 69.

338. —— *f. 4 ante Paschae (23 mar.)*. Rex litteris universalibus dignitariis et officialibus regni mandat, ut Ioanni Grochouiczky, canonico Vladislaviensi, notario et exactori regio, in arrestando sale extraneo assistant et sub poenis consilium auxiliumque ei vel eius officialibus praebeant. XVII, 329.

339. —— *f. 5 ante Paschae (24 mar.)*. Rex Ioanni Camyenyeczky, capitaneo Belzensi, 1400 fl. hung. ab Ioanne Alberto rege mutuatos et 500 fl. a se ipso in mutuum receptos pro festo Paschae futuro per annum (16 apr. 1503) reddere promittit, in casu vero non redditionis,

intromissionem ei dare in oppidum Busko et Lopaczyn districtus Belzensis pollicetur. XVII, 329.

340. *Cracovia, f. 5 ante Paschae (24 mar.).* Rex ad petita Barbarae consortis Nicolai Arnesth, consulis Leopoliensis, decretum iudicum commissariorum Leopoli, sabbato in vigilia Pentecostes (6 iun.) anno 1500 latum super villa Zymnawoda, confirmat. CK. XVII, 330.

341. —— *f. 3 post Paschae (29 mar.).* Rex Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et Cracoviensi ac Sanocensi capitaneo, ratione servitiorum eius, omnes redditus Sanocenses cum proventibus, quos regi singulis annis solvere tenebatur, ad 6 annos, a festo Martini (11 nov.) proxime futuro incipiendo, donat. R. XXI, 45.

342. —— *f. 4 post Paschae (30 mar.).* Rex Stephano Bochowiecz omnem indignationem propter quasdam negligentias, per ipsum in servitio Ioannis Alberti regis commissas, et omnem pecuniam a rege receptam indulget. MD. XIX, 69.

343. —— *f. 4 infra octavas Paschae (30 mar.).* Mtas Regia Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi generali, villas regales Dzyrzenini et Borowa de manibus Ioannis Cobilensky redimendas consensit, cum omni iure, dominio et proprietate, alias iuxta vim et tenorem litterarum originalium super eas concessarum, iuribus regalibus salvis. CK. r. XVII, 331.

344. —— *f. 5 infra octavas Paschae (31 mar.).* Rex, inscribendo Sigismundo Opaviae et Glogoviae duci, fratri suo germano, bona Kazimierz, Olsthin et Byecz in summa 30000 fl. debiti, bona Kazimierz cum villis Vamvelnicza, Carczmyska, Bochothnicza, Wsczyandz, Rzeczicza, Voysczyn, Zaszczythow, Sloczvyany, Barthlomyeovycze, Sbarz de manibus Nicolai de Curozwanky, palatini Lublinensis, in 3000 fl. in $^1/_2$ gr. computando, redimere consentit. XVII, 333.

345. —— „ —— Rex, inscribendo duci Sigismundo fratri suo germano, bona Kazimierz, Olsthin et Byecz in summa debiti 30000 fl., eidem bona Byecz videlicet oppidum Byecz cum suburbio et villis Bistra, Mssanka et Bednarka de manibus Iacobi Syekliczky, castellani et tenutarii alias capitanei Byecensis, in 1000 fl. hung. eximere consentit. XVII, 335.

346. —— *f. 5 post Paschae (31 mar.).* Rex decretum Ioannis Alberti regis Leopoli, f. 2 post Viti (19 iun.) anno 1497 datum in causa mercaturae iudaeorum Leopoliensium confirmat. CK. XVII, 331.

347. —— *f. 5 ante Conductum Paschae (31 mar.).* Rex Sigismundo, fratri suo germano, Glogoviae et Opaviae in Slesia duci 30000 fl. debiti sui et Ioannis Alberti regis in castris et bonis Olsthyn, Kazimierz et Byecz certis modis inscribit. XVII, 332.

348. —— *ineunte Aprili.* Rex Petro Herborth de Odnow 3000 fl.: 2000 in auro et 1000 in moneta communi apud eum mutuatos pro festo Paschae proximo (16 apr. 1503) reddere promittit, in casu vero non redditionis possessionem capitaneatus Premisliensis, oppidorum videlicet Mosczyska et Nyezankouicze cum villis ei dare pollicetur. XVII, 339.

349. —— *f. 6 post Paschae (1 apr.).* Rex Hieronimum Branyczki, terrigenam suum, ab expeditione bellica de bonis eius ad unum annum absolvit. MD. XIX, 69.

350. —— „ —— Data est quittantia Hieronimo Branyczky super 100 fl. ad rationem exactionum terrestrium Cracoviensium. r. XIX, 70.

351. —— *f. 6 ante Conductum Paschae (1 apr.).* Rex Nicolao Bilina de Zelegoscza in villa Swandow terrae Lanciciensis, in qua a Casimiro IV rege 200 marc. debiti mutui inscriptae erant, 100 marc. pol. inscribit. CK. XVII, 331.

352. —— *sabbato ante Conductum Paschae (2 apr.).* Datus est consensus Stanislao Lassoczky, succamerario Posnaniensi, advocatiam in villa Blonye terrae Lanciciensis in summis pecuniarum, in quibus eam habet iuste et legitime inscriptam, alicui vel aliquibus personis obligare, ut tamen priorem summam non excedat. r. XVII, 332.

353. —— „ —— Mtas Regia ad vota principis Friderici cardinalis Stanislao Ssaffranyecz succamerariatum curie suae dedit et gratiose contulit, mandando zuppariis Cracoviensibus, ut sibi de proventibus et censibus ad idipsum succamerariatum pertinentibus respondeant. r. XVII, 332.

354. —— „ —— Rex confirmat litteras Vladislai II Cracoviae anno 1431 f. 5 infra Conductum Paschae (5 apr.) datas super donatione monasterio Corporis Christi in Casimiria 2 bancorum et 2 mensurarum salis minuti Vyeliciensis ac litteras Ioannis Alberti, Cracoviae, f. 4 ante Corporis Christi (17 iun.) anno 1500 datas super donatione 3 molendinorum eidem conventui. CK. XVII, 338, 347.

355. —— „ —— Rex Petro Salomonis, consuli Cracoviensi, tanquam patrono et collatori altaris, fundati in honorem ss. Elisabeth et Ludimillae in capella s. Barbarae, in cimeterio ecclesiae parrochialis S. Mariae Cracoviensis sita, et Ioanni, filio eiusdem Petri Salomonis, scholastico Gnesnensi et altaris praedicti altaristae moderno, et aliis altaristis pro tempore exsistentibus, censum annuum 15 marc., ab Ioanne Alberto rege eisdem venditum de 10 pannicidiis, in

medio circuli Cracoviensis sitis, pro 500 fl. hung. titilo reemptionis alias navyderkoff vendit. MD. XIX, 70.

356. *Cracovia, dominica Conductus Paschae (3 apr.).* Datus est consensus Ilieronimo Drzeviczky, Posnaniensi canonico, resignandi dictum canonicatum Felici Drzeviczky, plebano in ibidem. r. XVII, 332.

357. —— *f. 2 post Conductus Paschae (4 apr.).* Rex significat, quia Ioannes Lassoczky, tenutarius oppidi regalis Srzem, Felici Ossyeczky, servitori regio, 1000 fl. hung. in villa Pischancza ad praedictum oppidum Srzem pertinente, de consensu regio inscripserit. CK. XVII, 337.

358. —— „ —— Rex Iacobo Syeklyczky, castellano et capitaneo Byecensi, ac Agneti de Tanczin, consorti eius, civitatem Pilzno terrae Sandomiriensis ad vitam possidendam donat. CK. XVII, 337.

359. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis, Cracoviae, f. 3 post divisionis apostolorum (17 iul.) anno 1498 datas, super inscriptione certae summae in Byrkow per Andream Stadniczky Georgio Lang, consuli Cracoviensi et tenutario Proschoviensi, ad supplicationem eiusdem Georgii approbat. MD. XIX, 71.

360. —— *f. 3 post Conductus Paschae (5 apr.).* Regia Mtas, attenta minorennitate Felicis de Zelanka, tenutarii Lucoviensis, personam eius ab expeditione bellica duntaxat ad decursum 3 annorum absolvit, hac tamen condicione, quod de bonis suis pro omni expeditione bellica, quam indicere contigerit, sufficientem faciat expeditionem. r. XVII, 337.

361. —— „ —— Rex Iacobo Syekliczki, castellano et capitaneo Byecensi, 1100 fl. hung. sui debiti et 900 fl. hung. debiti Ioannis Alberti regis simul 2000 fl. hung. in castro et oppido Rathno ac villis Thur, Cortiless, Samarouicze, Zalyesye Maior, Zalyesye Minor, Radostaw, Vyethly, Sczodrohoscz, Poryecze, Zamschani, Vyelemcze, Dathyn, Schinow, Cremno, Dubyeczno, Gluchy et Zasthavye inscribit. CK. XVII, 338.

362. —— „ —— Rex Georgio Lang, consuli Cracoviensi et tenutario Proschoviensi, pro mutuatis ab eo 2400 fl. hung. dat in pignus tres scultellas aureas ponderantes 52 marc et 17 scotos, promittendo exsolvere praefatam summam pro festo Michaëlis (29 sep.) proxime futuro. MD. XIX, 72.

363. —— „ —— Data est praesentatio ad ecclesiam parrochialem in Glynyany dioecesis Leopoliensis Petro Pobyeczyensky presbytero. MD. r. XIX, 72.

364. —— „ —— Rex pro meritis Iacobo de Schydlovyecz, regni thesaurario, Lanciciensique et Sochaczoviensi capitaneo, stationem in monasterio Mogyla ad tempora vitae ipsius extrema donat et de hac donatione Ioannem, abbatem monasterii in Mogyla, certiorem facit. MD. XIX, 72.

365. —— „ —— Rex privilegium Vladislai III, de data Budae, sabbato in vigilia SS. Trinitatis (10 iun.) anno 1441 super donatione unius lanei agri in villa Czasslawicze, nobili olim Nicolao Mylossny factam, tandemque ad Nicolaum Syrakowsky, vicezupparium zupparum Bochnensium devolutam, ad supplicationem praefati Syrakowsky confirmat. MD. XIX, 73.

366. —— *f. 4 post Conductus Paschae (6 apr.).* Rex Jodoco Dracula pro servitiis 661½ flor. tenetur, quos quidem ei pro festo Paschae (16 apr. 1503) proxime venturo solvere pollicetur. R. MD. XIX, 74.

367. —— *f. 4 post Ambrosii (6 apr.).* Rex oppidanos de Proscheuicze a solutione foralium in Skarbimirz absolvit, ea tamen condicione, ut id quod essent daturi pro foralibus in Skarbimirz pro reparatione itinerum et viarum in Proschouicze convertant. CK. XVII, 338.

368. —— „ —— Rex facta ratione cum Paulo Szworcz de Vythowycze, capitaneo Novae Civitatis et zuppario Cracoviensi, 14045 marc. 3 fert. et 10 gros. restantes eidem Paulo super utroque sale Vyelyczienſi et Bochnensi inscribit, praescripto certo ordine, quo illi vel successoribus eius debitum hoc solvendum sit. XVII, 350.

369. —— *f. 5 post Conductus Paschae (7 apr.).* Rex Petro cantori Cracoviensi, Nicolao et Ioanni Wapowsczy, germanis de Radochouicze, censum 10 marc. in bonis et censibus ipsorum haereditariis advocatiae Vyeliciensis cuilibet pro beneficio quocunque ecclesiastico titulo reemptionis vendere permittit. XVII, 339.

370. —— „ —— Rex litteras pargameneas de data in oppido Nouifori alias Newmargkt, f. 2 ante Clementis (22 nov.) anno 1501, occasione divisionis perpetuae bonorum haereditariorum et regalium, inter Nicolaum, canonicum Plocensem, Mathiam, Cristinum et Zbigneum de Vylkanow, fratres germanos, post patrem ipsorum factae, ex theutonico in latinum idioma translatas, ad petitionem Nicolai Vylkanowsky, canonici Plocensis, et fratrum eius, ratificat. MD. XIX, 74.

371. —— „ —— Rex ad supplicationem Nicolai Vylkanowsky, canonici Plocensis, suo et fratrum suorum Lucae, utriusque iuris doctoris, Mathiae, Sbignei, Cristini et Adae nominibus, litteras pargameneas occasione divisionis bonorum inter eos, coram Paulo Zymak de Rosczysche-

wo iudice, et Ioanne de Scholsyno, subiudice terrae Plocensis, in Plonsko, f. 3 post Kiliani (9 iul.) anno 1499 recognitae, conscriptam approbat. MD. XIX, 75.

372. *Cracovia, f. 5 post Ambrosii (7 apr.).* Rex inscriptis 15000 fl. in certis bonis suis, residuitatem debiti fratri suo, duci Sigismundo, videlicet alios 15000 fl. reddere promittit: 7500 pro festo Pantecostes (4 iun.) anni 1503 et 7500 pro festo eodem (26 mai) anni 1504. XVII, 336.

373. —— *f. 6 post conductum Paschae (8 apr.).* Rex provido Stanislao de Buk, cathedrali notario, circa scripturam et annotationem librorum ecclesiasticorum bene commendato, officium in zuppa Vielicziensi huthmanysthwo dictum, in monte Pisarka ad tempora vitae donat hac condicione, ut semper libros sibi commissos scribere et notare pergameno, auro et coloribus, ad rationem pecuniarum regiarum sibi specialiter per zupparium persolvendarum teneatur; de quo quidem officio fertonem singulis septimanis ei persolvendum, pro conservatione vero illuminatoris 6 gross. etiam qualibet septimana eidem extradi volumus. Ad relationem Erasmi Czyolek, praepositi Vylnensis et regii secretarii. MD. XIX, 77.

374. —— *f. 6 post Ambrosii (8 apr.).* Mtas Regia dedit in vim gratiae exspectativae ad vota et petitiones principis Frederici cardinalis, Stanislao Schaffranyecz de Pyesskowa Skala, succamerario curiae suae, burgrabiatum in castro Cracoviensi in proximo vacaturum, mandando capitaneo Cracoviensi et zuppario in forma cancellariae. r. XVII, 336.

375. —— *sabbato post Ambrosii (9 apr.).* Rex ad petitionem Dobeslai Chmyelyeczky, agazonis sui, inscriptionem 200 marc. ei a Ioanne Crzeczowsky super villa regali tenutae eiusdem Dobeslai Malnow factam approbat. CK. XVII, 336.

376. —— „ —— Rex Imramo Salomonis, civi Cracoviensi, 5000 fl. hung. a se mutuatos super oppido regali Drohobicz et capitaneatu eiusdem, in terra Premisliensi sitis, et in omnibus bonis, ad ipsum oppidum ex antiquo spectantibus, ac zuppis itidem et in Dolyna exsistentibus, in teloneo quoque Grodeczensi, inscribit cum ea condicione, quod praefatus Imram singulis annis, quamdiu praefata bona tenuerit, de proventibus tenutae zupparum et telonei praedictorum Stanislao Maldrzyk, tribuno Leopoliensi, 80 marc. solvere tenebitur usque ad solutionem 320 marc., ex zuppis praedictis eidem debitarum. MD. XIX, 76.

377. —— *sabbato ante Tiburtii (9 apr.).* Rex facto rationis calculo et computu cum Paulo Szworcz de Vythovicze, capitaneo Novae Civitatis Corczin et salis utriusque Vyeliciensis et Bochnensis zuppario, super omnibus perceptis, 14045 marc. 3 f. 11 gros. remansit ei obligatus eumque circa officium illud usque ad extenuationem debiti reservat. CK. XVII, 342.

378. —— *f. 2 ante Tiburtii et Valeriani (11 apr.).* Rex Petro Morsky villam regalem Janussowicze districtus Cracoviensis, ad Kossycze pertinentem, de manibus Andreae alias Andrzych Morsky in ea summa, in qua Nicolaus Sslaboch de Puthnyovicze, tenutarius in Kosschicze, eam sibi obligavit, redimere consentit et insuper super eandem villam 150 marc. pol. ei inscribit. CK. XVII, 335.

379. —— „ —— Rex in causa inter Nicolaum Czykowsky, gladiferum Cracoviensem, ab una, et proconsulem ac consules oppidi Skarmiriensis, parte ab altera, pro statione alias stacia Skarmiriensi orta decretum fert. XVII, 343.

380. —— „ —— Datus est consensus Petro de Brzezek, canonico Sandomiriensi, resignandi plebanatum in Jodlova dioecesis Cracoviensis iurispatronatus regii, Stanislao de Tharnow, praebendario capellae SS. Trinitatis in ecclesia cathedrali Cracoviensi, et litterae consensus in forma cancellariae solita. r. XIX, 77

381. —— „ —— Data est absolutio a bello Paulo Baliczky, tenutario in Boleslaviecz, ad unius anni duntaxat decursum in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 78.

382. —— *f. 3 ante Tiburtii et Valeriani (12 apr.).* Datus est consensus Ioanni Fredro de Pleschouicze villas Sandkouicze et Lassky terrae Premisliensis de manibus Nicolai Zavissza et Catharinae Zavischina, novercae suae, eximendi ita tamen quod summa redimenda non excedat summam principalem, salvis per omnia iuribus regalibus. CK. r. XVII, 335, 345.

383. —— „ —— Rex Petro Schidlowyeczky, succamerario Cracoviensi et capitaneo Gostinensi, 4200 fl. hung. apud eum mutuatos in bonis Gostinyn et Gambyn cum villis Rathaye Cozycze, Luczyn, Misslownya, Strzelcze, Nyedrzevye, Myesdrzakow, Skrzany, Czyzewo, Stharepolye, Crobyno, Lipyenczkye, Rozlazlowo, Sdworz ac Sannyky inscribit usque ad exemptionem, sed vivente ipso Petro non aliter nisi propriis pecuniis. CK. XVII, 336.

384. —— „ —— Rex significat, quia Ioannes Gnyady, burgrabius castri Cracoviensis, Petrum Gnyady, genitorem suum, ad titulum et possessionem burgrabiatus eiusdem adoptaverit, quam quidem adoptationem Regia Mtas approbat. CK. XVII, 341.

385. —— „ —— Rex donationem bonorum villae Lanyszka cum medietate villae Samplawa et medietate oppidi Cozyerzyno per Adamum de Vylkanov in personas Nicolai, Mathiae, Cristini et Sbignei, fratrum suorum germanorum, in Mariemborg, f. 4 post Procopii (7 iul.) anno 1501 factam, approbat, ad petitionem Nicolai Vylkanowsky, canonici Plocensis. MD. XIX, 78.

386. *Cracovia, f. 3 ante Tiburtii et Valeriani (12 apr.).* Rex Paulo Koffman (Cochman), civi mercatorique Cracoviensi, 1400 fl. hung. super una parte seu mensura de duabus partibus seu mensuris emolimentorum et proventuum molendini Camienny, extra muros Cracovienses siti, inscribit, eundemque Paulum ad dictam unam partem molendini praefati Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo, ac Martino de Borzymouicze, procuratori Cracoviensibus generalibus, intromittere mandat. CK. XVII, 339; XIX, 114.

387. —— *f. 4 ante Tiburtii et Valeriani (13 apr.).* Rex Casper Kyzynger, civi Cracoviensi, litteras venditionis huttae plumbi ab Ioanne de Thanczyn et de Rapsthyn, marsalco et capitaneo Sandomiriensi, in castro Cracoviensi f. 2 ante Laetare (28 feb.) anno 1502 factae approbat. CK. XVII, 340.

388 —— „ —— Rex religiosis virginibus sanctimonialibus coenobii s. Agnetis extra muros Cracovienses decimam lignorum indulget, areamque horti certam cum domicula, quam nunc lab. Petrus Ricz inhabitat ab universis laboribus et oneribus castri Cracoviensis eximit. CK. XVII, 345.

389. —— „ —— Rex Ioanni Czurilo, burgrabio et venatori Cracoviensi, capitaneoque Nyepolomiczensi, 308 marc. cum 10 gr., per Ioannem Albertum regem apud ipsum in mutuum receptos, et 200 fl. hung. per se apud eundem mutuatos, casu non solutionis earundem summarum pro festo Pentecostes (26 mai) anni 1504, in censibus et proventibus bonorum regalium Nyepolomycze terrae Cracoviensis inscribit. MD. XIX, 79.

390. —— „ —— Data est libertas oppidanis Junivladislaviensibus Mathiae Cozyeschya praeconsuli, Alexio sutori et tribus, in suburbio oppidi eiusdem morantibus, propter damna, quae ex voragine ignis pertulerunt, ab omnibus exactionibus civilibus, czopove et teloneorum solutionibus infra hinc ad decursum 5 annorum immediate se sequentium et litterae desuper in forma cancellariae solita datae sunt. MD. r. XIX, 79.

391. —— *f. 5 Tiburtii et Valeriani (14 apr.).* Rex genealogiam Erasmi Czyolek de Cracovia, praepositi Vilnensis, secretarii regii, a capitulo ecclesiae Cracoviensis denegatam, testimoniis autem Marcissii de Wroczymovycze, Sigismundi Sthosch, Ioannis Farurey de Grambow, tenutarii in Ossownycza districtus Byecensis, Nicolai Rossky de Roza terrae Sandomiriensis de armis Sulimorum, Casperi de Sulowa et Lucae de Fassczischewo terrae Cracoviensis de nobilitate Ossmorogovye, Zauissii et Martini de Wynarow terrae Cracoviensis de familiis Streparum, de nobili polonorum familia Sulimorum deductam, approbat. CK. XVII, 344.

392. —— „ —— Rex Ioanni Odrowansch de Sprowa, tenutario et capitaneo Samboriensi, villam regalem Wyssoczkye terrae Premisliensis et districtus Samboriensis de manibus Procz Slupnyczky et Jaczko Comornyczky eximere consentit. CK. XVII, 345.

393. —— „ —— Rex Georgio Crupsky de Orchow, curiensi suo, capitaneatum Chelmensem confert. CK. XVII, 346.

394. —— *medio Aprili.* Rex litteras Vladislai, Osvanczimensis ducis, Osswyanczimiae in vigilia Trinitatis (30 mai) anno 1360 datas super libertatione a solutionibus civium Osvanczimensium, confirmat. XVII, 343.

395. —— *f. 6 in crastino Tiburtii et Valeriani (15 apr.).* Rex satisfaciendo contractibus inter regem et Stanislaum de Curozvanky, capitaneum Vielunensem, atque inter eundem Stanislaum et Nicolaum de eadem Curozvanky, palatinum Lublinensem, factis, 2000 fl. hung., eidem Stanislao in villa regali Padew et villis aliis, ad eam pertinentibus, in terra Sandomiriensi sitis, inscriptos, super oppidum regale Schydlow et villas, ad illud spectantes, tenutae eiusdem Nicolai, palatini Lublinensis, transfert. CK. XVII, 348; MD. XIX, 84.

396. —— „ —— Rex testificatur Ambrosium Pampowsky, palatinum Siradiensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, medium alterum laneum in villa Sobyalkowo, in terris Maioris Poloniae et districtu Costhensi sita, cuius medii alteri lanei ratione perlucrorum 28 fl. a multis annis in pacifica possessione fuisset, Andreae Conarsky, terrigenae regni, donasse. MD. XIX, 80.

397. —— *sabbato post Tiburtii et Valeriani (16 apr.).* Rex cassatis litteris cardinalis Friderici, fratris sui, Andreae Roza, archiepiscopo Leopoliensi, super canonicatu et praebenda in ecclesia cathedrali Premisliensi datis, eidem unas litteras super duo beneficia ecclesiastica ecclesiae praedictae Premisliensis donat. CK. XVII, 345.

398. —— „ —— Rex facto rationis calculo cum Martino de Borzimovicze, iudice Brzestensi et procuratore generali Cracoviensi, super omnibus censibus et proventibus, plenarie eum eiusque successores quietat. CK. XVII, 351.

399. —— „ —— Vadium 300 marc. vallatum est per Regiam Mtem inter nobiles Janussium Paczanowsky ex una et Stognyevium Syemylowsky, ex altera partibus, forma et modo consuetis. MD. r. XIX, 80.

400. —— *dominica post Tiburtii et Valeriani (17 apr.).* Rex Ioannem Crasa Zwyzoviecz et Ioannem Rayczuch Sprziuirzenses rothmagistros cum comitivis ipsorum 200 peditum in servi-

tium ad 4 septimanas suscipit, cuilibet per $1^1/_2$ fl. in $^1/_2$ grossis per 14 scotos dare promittens CK. XVII, 345.

401. *Cracovia, dominica ante Adalberti (17 apr.)*. Rex Nicolao Banthkowsky propter casum homicidii patrati salvum conductum ad spatium 6 mensium a data praesentium dat. R. XVII, 345.

402. —— „ —— Regia Mtas indulsit Ioanni Osswyanczym, canonico Cracoviensi, decimam lignorum, quam dare tenetur quandocunque pro usu domestico vel ad aedificandum ea apud Vislam emeret. r. XVII, 345.

403. —— *f. 2 ante Adalberti (18 apr.)*. Deputati sunt commissarii, Petrus Kmytha de Vyssnyce, palatinus et marsalcus regni, in absentia eius Nicolaus Jordan exactor, Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus, Petrus de Schydloviecz, succamerarius in absentia eius, camerarius Cracovienses, Petrus Gnyady, castellanus Czechoviensis, et Nicolaus Plechowsky, terrigena noster, ad faciendas granities inter bona regalia Syemyvchow tenutae Nicolai de Camyenyecz, capitanei Cracoviensis, ex una, et alia haereditaria Nicolai Wroblowsky, canonici Cracoviensis, Maiorem Wroblowicze, Volya et Bienkowicze dicta. necnon Janovicze et similiter Volya Nicolai Goly, Petri, Kiliani, Andreae Lasskoscha, Bernardi Chwalibog et aliorum cohaeredum ipsorum, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 80.

404. —— *f. 3 ante Adalberti (19 apr.)*. Mtas Regia ad praeces principis Sigismundi germani Adam Czarny, consulem et civem Cracoviensem, ab expeditionibus bellicis absolvit, ita tamen quod ipse Adam de bonis suis personas idoneas, statum militarem non ignorantes, iuxta qualitatem et exigentiam bonorum suorum, expedire tenebitur. r. XVII, 349.

405. —— „ —— Mtas Regia attentis servitiis Jacobi Lubuczky subagazonis, qui in servitiis regiis percepit ruinam, sibi mensam cum familia communem et 7 ulnas panni simplicis, pelliceam agnellinam et 2 fl. apud procuratorem generalem Cracoviensem dedit et consignavit, mandando procuratori, ut ea exequatur. r. XVII, 353.

406. —— „ —— Rex ad supplicationes Erasmi Czyolek de Cracovia, praepositi Vilnensis et secretarii regii, Agnetam Czyolkova, matrem eius, a solutione et datione omnium exactionum, contributionum et teloneorum et ab omnibus foralibus atque domum ipsius Agnetis, in platea s. Annae penes collegium artistarum Cracoviae sitam, ab omni inhabitatione curiensium regiorum ac quorumvis hospitum ad tempora vitae eius absolvit. MD. XIX, 81.

407. —— „ —— Rex ad petitionem Elisabeth, Poloniae reginae, nob. Ioannem Crolewsky et Annam, consortem eius, propter servitia Ioannis, filii eorum, quae ipsi reginae exhibet, ab expeditione bellica de bonis haereditariis sive obligatis ad unum annum absolvit. XIX, 81.

408. —— „ —— Item nob. Nicolaum Czaslaw propter servitia sua; item nobb. Andream Brzozowsky et Martinum germanum suum indivisos propter servitia eiusdem Andreae; item nobb. Stanislaum Wissoczky et fratres eius germanos indivisos, Margarethamque, matrem eorundem germanorum de Wissokie, propter servitia eiusdem Stanislai; item nob. Nicolaum Corzensky, propter servitia Ioannis, filii sui; item nob. Andream Vinarssky propter servitia sua; item nob. Hieronimum Januschewsky propter servitia; item nob. Andrzich Porambsky propter servitia Petri, filii sui; item nob. Petrum Vitoslawsky cum Ioanne, germano suo, indivisos propter servitia eiusdem Petri; item nob. Nicolaum Paschkowsky, propter servitia nob. Ioannis, filii sui; item nob. Petrum de Ostrowcze, propter servitia nob. Ioannis, filii sui; item nob. Margaretham Costrzeczska, relictam nob.—Costrzeczky propter servitia sua, quae Reginali Mti sedulo praefati omnes exhibent, ad petitionem reginae Elisabeth a bellica expeditione, quae ad decursum unius anni fuerit indicta, Mtas Regia absolvit et cuilibet seorsum litterae absolutoriae ut supra datae sunt. MD. r. XIX, 81.

409. —— *f. 3 ante Georgii (19 apr.)*. Rex donationem 3 gross. pro vino et 4-ti ratione collectae, post Salve cantandae, septimanatim ecclesiae parrochiali in Bochnya de zuppis salis Bochnensis a praedecessoribus suis factam approbat. CK. XVII, 348.

410. —— „ —— Rex Stanislao Dambrowsky, cubiculario Ioannis Alberti regis, 400 fl in zuppis Premisliensibus per 100 fl. singulis annis solvendos assecurat. XVII, 348.

411. —— „ —— Rex, habens respectum ad praestantia merita, sibi et praedecessoribus suis per Creslaum de Curozwanky, episcopum Wladislaviensem, regnique cancellarium, exhibita, ecclesiam parrochialem in oppido regali Covalye dioecesis Wladislaviensis cum iure patronatus pro suffraganeo Wladislaviensi perpetuis temporibus donat. CK. MD. XVII, 348; XIX, 85.

412. —— *f. 4 ante Adalberti (20 apr.)*. Mtas Regia ad humiles petitiones Nicolai Sokolnyczki, fratris ordinis minorum, Nicolaum patrem et Albertum germanum eiusdem fratris Nicolai, haeredes de Sokolnyky, ab expeditionibus bellicis ad beneplacitum duntaxat suum absolvit. r. XVII, 349.

413. —— *f. 4 ante Georgii (20 apr.)*. Rex universitati Cracoviensi tuitionem ab omni-

bus violentiis et usurpationibus iurium et privilegiorum dictae Universitatis super beneficia ecclesiastica, collegiaturas et officia cavet. CK. XVII, 340.

414. *Cracovia, f. 4 ante Georgii (20 apr.).* Rex ad petitionem rectoris totiusque universitatis Cracoviensis privilegium Ioannis Alberti regis Leopoli f. 5 in vigilia Conceptionis B. V. Mariae (7 dec.) anno 1497 datum, super canonicatum et praebendam in ecclesia Premisliensi, approbat. CK. XVII, 349.

415. —— „ —— Facta est generalis confirmatio iurium oppidi Stradomya in forma cancellariae superius in eodem registro scripta ac modo aliarum confirmationum generalium facta. r. XVII, 357.

416. —— *f. 5 ante Adalberti (21 apr.).* Rex ad supplicationem Bartholomaei de Snyna, artium liberalium magistri et decretorum doctoris, ecclesiae parrochialis s. Annae Cracoviae plebani, privilegium Casimiri IV de data Cracoviae, f. 6 post Francisci (11 oct.) anno 1476 super resignatione cuiusdam horti in villa regali Nova, per quosdam Nicolaum et Ioannem Weyndrich olim Mathiae de Costhen, tunc plebano ecclesiae praedictae facta, confirmat, liberatque praedictum hortum a solutione census, qui praedecessoribus regibus et sibi per possessores horti eiusdem singulis annis solvebantur. MD. XIX, 82.

417. —— „ —— Rex Casper Bogner, civi Posnaniensi, molendinum equestrinum salis intra muros civitatis Posnaniensis aedificandum concedit cum iure possidendi per 8 annos et recipiendi ab omnibus sal molientibus a qualibet mensura salis alias od czwyerthnye 2 gros., a quolibet choro alias oth wyerthlya 9 denarios. MD. XIX, 83.

418. —— *f. 5 ante Georgii (21 apr.).* Rex decimam lignorum et roborum cuiuscunque generis et quantitatis pro quacunque necessitate domorum Maioris et Minoris Collegii theologorum, iuristarum, artistarum et omnium bursarum in fluvio Vissla coëmendorum, tam pro rege, quam pro capitaneo Cracoviensi cedentem rectori, doctoribus et magistris generalis studii Cracoviensis indulget. CK. XVII, 348.

419. —— „ —— Rex Petro Kmytha de Vyssnycze, palatino Cracoviensi et marschalco regni, 283 fl. ad aedificationem castri regalis Lublaw et restaurationem turris destructae expositos super censibus 13 civitatum in Schepussio assecurat. XVII, 349.

420. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis nob. Janussio Kozmyrowsky cum sua comitiva 200 peditum et super 4 equis, cui ad unum quodque quartale anni, ut moris est, solvere tenebimur et litterae in forma cancellariae datae sunt. MD. r. XIX, 82.

421. —— „ —— Data est absolutio ab expeditione bellica ad decursum unius anni nob. Ioanni Kroczowsky, terrigenae nostro, propter servitia Andreae, filii sui, clerici nostri, et litterae desuper in forma cancellariae datae sunt. MD. r. XIX, 82.

422. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Hynek, succamerario Lanciciensi, super 300 mensuras alias czwyerthnye avenae ad capitaneum Ravensem Petrum Nyemyglowski super stationem Regiae Mtis ratione tenutae singulis annis solvi debitam. r. XIX, 82.

423. —— „ —— Data est expensa elemosinaria in zuppis Vieliciensibus honor. Alberto de Nyevyerz, capellano regio, ad tempora vitae suae extrema, in forma consueta. MD. r. XIX, 82.

424. —— *f. 6 ante Adalberti (22 apr.)* Rex pro securitate et conservatione monasterii et conventus Thynecensis advocatos haereditarios bonorum eorundem, videlicet: Nicolaum Byalowodzky de Brzossthek, Nicolaum de Skauyna, Nicolaum Srzenyawa de Syedlyska, Strzemyen in Brysska, Ioannem Kolek de Czyeluschnycza, Stanislaum Dambrowsky, Stanislaum Yezowsky, Stanislaum Dzerschensky, Nicolaum Vyesczky et Kaczkowsky ab expeditione bellica hac vice instituta absolvit. CK. XVII, 349.

425. —— „ —— Rex Iacobi Wangorzowsky, curiensi suo, pro servitiis teloneum Bidgostiense aquaticum in fluvio Brda donat. XVII, 351.

426. —— „ —— Regia Mtas ad petitiones Iacobi Syekliczky, castellani Byecensis, Ioannem Rudgyersky, vicecapitaneum Rathnensem, ab expeditione bellica pro hac vice liberavit. r. XVII, 356.

427. —— „ —— Rex Paulo Czarny de Vitouicze, capitaneo Novae Civitatis 1147 marc. et 405 fl. hung. pro pannis, tecturis curruum, pipere, croco et aliis speciebus aromaticis necnon pro vino malmatico et artificum solutionibus se debitum esse recognoscit eandemque summam in zuppis Cracoviensibus recipiendam demonstrat. CK. XVII, 356.

428. —— *f. 6 vigilia Adalberti (22 apr.).* Rex 1000 fl., apud oppidanos et incolas 13 civitatum in Scepussio mutuatos, in censibus annuis regalibus, per eosdem oppidanos annuatim dari solitis, assecurat. CK. XVII, 349.

429. —— „ —— Sophia de Conyeczpolye alias Chodorowska, ad annos discretionis liberorum suorum, alias ad reditum mariti sui, ab expeditionibus bellicis per Regiam Mtem eximitur et liberatur. r. XVII, 349.

430. —— *sabbato Adalberti (23 apr.).* Rex, satisfaciendo ordinationi certae cum Dobeslao Kmytha de Vyssnycze, palatino Sandomiriensi, Petro de eadem, palatino Cracoviensi,

regni marsalco, ac Stanislao de eodem, palatino Belsensi et capitaneo Premisliensi, factae: Stanislao praedicto eiusque successoribus 800 fl. solvere promittit et usque ad solutionem summae praedictae censum certum annuum 50 marc. per unam marcam qualibet septimana de zuppis Bochnensibus inscribit. CK. XVII, 349.

431. *Cracovia, sabbato Adalberti (23 apr.).* Rex, ad petitionem Abrahae, praepositi in Busko, libertatem ab omnibus exactionibus ab Ioanne Alberto rege praepositurae in Bussko et villis eiusdem praepositurae Nossow, Pyotrow et Luczanow, in districtu Sandomiriensi sitis, tunc per bellicam profectionem destructis concessam, ad 5 annos innovat. CK. XVII, 349.

432. —— „ —— Mathias Wsdowski, exactor Sanocensis, absolutus est simpliciter ab expeditione bellica hac vice instituenda. r. XVII, 351.

433. —— *sabbato ante Marci (23 apr.).* Rex apud Petrum Salomonis, consulem Cracoviensem, 3000 fl. hung. in mutuum recipit, promittitque solvere eos in ratis certis, videlicet: pro festo Michaëlis (29 sep.) anni currentis 600 fl., pro festo Nativitatis Christi (25 dec.) anni eiusdem 600 fl., pro festo Paschae (16 apr.) anni 1503 fl. 600, pro festo Ioannis Baptistae (24 iun.) eiusdem anni 600 fl. et pro quartali Crucis (14 sep.) anni eiusdem 600 fl., de eoque Iacobum de Schydloviecz, thesaurarium regni, Lanciciensem et Sochaczoviensem capitaneum, certiorem facit. MD. XIX, 85.

434. —— „ —— Eidem Petro Salomonis super eandem summam 3000 fl. hung. datae sunt litterae similis tenoris, ut praecedentis, ad Paulum Czarny, zupparium Cracoviensem, ut eo securior de praedicta summa pro ratis in praecedentibus litteris assignatis sibi solvenda efficiatur. MD. r. XIX, 86.

435. —— *dominica in crastino Adalberti (24 apr.).* Rex pro meritis Salomon, consulis Cracoviensis, cum Nicolao, filio eius, domum, quam filius eius inhabitat, in circulo Cracoviensi sitam et contiguam famosi Zayfricz Bethman, ab hospitibus, in eadem statuendis, ad tempora vitae ipsorum absolvit. MD. XIX, 86.

436. —— *f. 2 Marci (25 apr.).* Regia Mtas Iacobo Syecliczky, castellano Byecensi et Agneti, consorti eius, de silvis, borris. mericis et nemoribus Byecensibus ac etiam de nemore castrensi Byecensi, quod sub civitate et castro illo situatur, ligna atque robora ad advocatiam, quam ipse Iacobus in eodem oppido Byecensi possidet, pro eiusdemque advocatiae aedificiis, necessitate et igne domestico, domorum omnium ad eandem advocatiam pertinentium, et insuper saxa, lapides, lateres et alias ruinae castri fracturas, in cemento, lapidibus ac lateribus exsistentes, pro advocatiae illius domibus et habitationibus, pecora, pecudes quascumque et quaecunque in advocatia ipsa Iacobus et Agnes praedicti habuerint, in pascuis glandinum aliorumque graminum, nemoralium et mericarum regiarum, ad castrum Byecz pertinentium, pascendi et pabulandi facultatem dedit et concessit usque ad tempora vitae Iacobi et Agnetis praedictorum duraturam. r. XVII, 350.

437. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis Cracoviae, f. 6 infra octavas Epiphaniarum (11 ian.) anno 1493 datas, super permissione carnificibus Cracoviensibus boves de Russia Cracoviam, pro macellis sine teloneis pellere confirmat. CK. XVII, 352.

438 —— „ —— Rex 4000 fl. apud proconsulem et consules Cracovienses in mutuum receptos in certis exactionibus civilibus assecurat. CK. XVII, 353.

439. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis gen. Sigismundo Stosch cum comitiva 300 equitum per 10 fl. ad unumquemque equum ad quodlibet quartale anni. MD. r. XIX, 86.

440. —— „ —— Rex nobilitati et omnibus indigenis terrae Ossvyaczimensis iura ipsorum, litteras, libertates et privilegia tam spiritualia, quam saecularia, a praedecessoribus suis et a ducibus super quibuscunque bonis data, confirmat. MD. XIX, 87.

441. —— *f. 3 post Adalberti (26 apr.).* Regia Mtas facto rationis calculo cum Paulo Czarny, capitaneo Novae Civitatis et zuppario Cracoviensi, super zuppis Drohobicensibus, teloneo Grodecensi et zuppis Dolinensibus, eum et successores eius quietavit. r. XVII, 354.

442. —— *f. 3 in crastino Marci (26 apr.).* Regia Mtas confirmavit litteras per Ioannem Albertum regem Nicolao Krzizkowsky super tribunatum Posnaniensem datas. r. XVII, 351.

443. —— „ —— Rex Nicolao de Curozvanky. palatino Lublinensi, 3000 fl. in $^1/_2$ grossis in mutuum receptos et 2000 fl., de bonis Padew ad aliqua bona tenutae eiusdem Nicolai translatos, ex certis condicionibus, inter regem et Stanislaum de Curozvanky, capitaneum Vyelunensem, ac inter ipsum Nicolaum et dictum Stanislaum, eius nepotem, in divisione bonorum, post mortem Petri de Curozvanky, castellani Sandomiriensis et thesaurarii regni, ad eos devolutorum, factis, super castro Syradz, ac oppidis Syradzi et Schadek et villis Brodnya, aliis quoque villis, praediis et molendinis, ad eadem pertinentibus, inscribit, promittitque solvere pro die dominico conductus Paschae (14 apr.) 1504 anni. CK. MD. XIX, 87.

444. —— *f. 3 post Marci (26 apr.).* Rex Henrico Slakyer, civi Cracoviensi, 1000

marc. pol. super bonis regalibus Rakouicze terrae Cracoviensis, apud Ioannem Stavissky redemptis, inscribit. CK. XVII, 351.

445. *Cracovia, f. 3 post Marci* (*26 apr.*). Rex Martino Kyerzkowsky, sagittario suo, laneum agri, cuius lanei medietas inter agros Andreae Sluzebnyk et Bartholomaei kmetonis, altera vero medietas inter agros Mathiae tabernatoris et Mathiae navigatoris iacet, in villa Nyepolomicze iure haereditario pro servitiis donat CK. XVII, 352.

446. —— *f. 4 post Marci* (*27 apr.*). Rex Severino Bethman, Ioanni Bonar, consulibus Cracoviensibus, et Erasmo Bethman, dicti Severini filio, de Cracovia, 4000 fl. in tribus ratis videlicet: 13 centena fl. pro Michaëlis (29 sep.). 13 centena pro Nativitatis Christi et 14 reliqua centena pro Pascha (16 apr.) proximis reddere promittit. XVII, 352.

447. —— „ —— Martinus Cuncza de Cracovia Sartor propter aegritudinem pedis ab expeditionibus bellicis institutis et instituendis, quas de sorte bonorum suorum in Borowno et Cbronow habitorum executurus esset, per Regiam Mtem absolvitur ad beneplacitum voluntatis regiae ita tamen, quod idoneas personas loco sui tenebitur expedire. r. XVII, 352.

448. —— „ —— Rex ad petita incolarum oppidi Skauina, privilegia ipsis a duobus praedecessoribus suis data, nuper casu vastationis oppidi illius amissa et testimoniis fidedignorum iuratorum reproducta, vigore quarum oppidani de Skauina quotiens res et merces vel sal de zuppis Vyeliciensibus ad Skauinam vel Osswyanczim ducerent vel reducerent, a solutione totalis telonei Cracoviensis, et cum res vel sal alienas ex Vyeliczka aut Skauina in Oswyanczim ducerent vel viceversa reducerent a medietate telonei Cracoviensis liberi essent, innovat. CK. XVII, 353.

449. —— „ —— Rex ad petita Pauli Czarny de Vitouicze, capitanei Novae Civitatis Corczyn et zupparii Cracoviensis, litteras Ioannis Alberti regis, Thoruniae, f. 5 ante Trinitatis (3 iun.) anno 1501 super tribunatum Cracoviensem eidem Paulo datas confirmat. CK. XVII, 354.

450. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, procuratori generali Cracoviensi, bona regalia castrum, oppidum et capitaneatum Osswyanczimiensem oppidumque Canthy et villas Dwory, Manovicze, Ossyek, Lanky, Byelany, Brzesczye, Brzezynka et Babicza de manibus Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, redimere consentit. CK. XVII, 354.

451. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn pro servitiis procurationem generalem Cracoviensem gerendam confert. CK. XVII, 355.

452. —— „ —— Rex controversiam certam, inter consules civitatis Cracoviensis et oppidanos Clepardienses ratione librae seu pensae generalis instituendae ac etiam propinationis vini et cervisiae swidnicensis ortam, disiudicat. CK. XVII, 355.

453. —— „ —— Data est absolutio bellica Nicolao et Stanislao de Lanczkorona, fratribus germanis indivisis, ad decursum unius anni duntaxat et litterae in forma cancellariae consueta datae sunt. MD. r. XIX, 89.

454. —— „ —— Rex ad preces Petri Cosska de Parwa Swynarsko et uxoris eius Barbarae litteras iudiciales in causa eiusdem Barbarae cum Iacobo Warzecha, vicario perpetuo ecclesiae collegiatae Novae Sandecz, de data in castro Cracoviensi, sabbato in vigilia Bartholomaei (23 aug.) anno 1500 sigillo Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis, munitas, confirmat. MD. XIX, 89.

455 —— *f. 5 post Marci* (*28 apr.*). Rex testificatur Vincentium de Przeramb, canonicum Gnesnensem, notarium regium, in certa causa Francisco iudaeo, Moyseschowa iudaeae de Kazimirz filio, certas iniurias indulsisse. XVII, 353.

456. —— „ —— Mtas Regia de certa sua scientia Ioanni Jordan de Zakliczyn, procuratori generali Cracoviensi, certum censum 15 marcarum in bonis ipsius haereditariis titulo reemptionis vendendum, obligandum et inscribendum admisit; quemquidem censum immunitati ecclesiasticae Sua Mtas asscripsit et ab omni onere saeculari liberavit. r. XVII, 354.

457. —— *die Vitalis* (*28 apr.*). Rex Paulo Cochman, civi Cracoviensi, libertatem domus illius in circulo Cracoviensi ab omnibus hospitibus et curiensibus admittit. XVII, 357.

458. —— „ —— Data est absolutio bellica Nicolao Zyelyensky actu presbytero, ita tamen ut faciat sufficientem de bonis suis expeditionem, infra hinc ad decursum unius anni et litterae in forma cancellariae sibi datae sunt. MD. r. XIX, 90.

459. —— *f. 5 ante Philippi et Iacobi* (*28 apr.*). Rex Ioanni Vyelkonoczki pro servitiis militaribus mensam quotidianam, 7 ulnas panni wratislaviensis pro tunica, pelliceum agnellinum et 2 marc. annuatim in zuppis Vyeliciensibus donat. CK. XVII, 353.

460. —— „ —— Regia Mtas oppidum Rubyeschow in terris Russiae per Turcos et Tartaros devastatum de iure polonico seu ruthenico et quovis alio in ius maydemburgense, quo civitas Leopoliensis gaudet, transfert. r. XVII, 356.

461. —— „ —— Rex pro meritis et ad supplicationem Erasmi Czyolek de Cracovia, praepositi Vilnensis et secretarii regii, Agneti Czyolkowa de Cracovia, matri eius, salarium 24 gross. pro victu in zuppa Vieliciensi annis singulis recipiendum ad tempora vitae donat. MD. XIX, 90.

462. *Cracovia, f. 6 ante Philippi et Iacobi (29 apr.).* Regia Mtas pro conservatione et defensione castri Rathno Iacobo Syekliczky, castellano et capitaneo Byecensi, nobiles Vassko cum fratre eius Czirsky, Tiburtium et Lomasium terrigenas districtus Rathnensis ab expeditionibus bellicis, donec Iacobus praedictus et successores sui de ipsis bonis exempti non fuerint, absolvit et liberavit. r. XVII, 354.

463. —— „ —— Rex Henrico Slakyer, civi Cracoviensi, 754 marc debiti per unum annum ratis quartalibus de fabrica seu cussione monetae persolvere promittit. CK. XVII, 356.

464. —— „ —— Rex Nicolao Czykowsky, gladifero Cracoviensi, libertatem ubique et quascunque res et merces emendi sine solutione teloneorum admittit. XVII, 356.

465. —— „ —— Regia Mtas Ioanni Covarsky, curiensi suo, pro 600 fl. pro servitiis per ipsum Ioannem et olim Stanislaum Covarsky, fratrem eius, exhibitis statiofiem 6 annorum e monasterio Wanchocensi annuatim solvi debitam dedit et contulit. r. XVII, 357.

466. —— „ —— Rex Creslaum de Curozwanky cancellarium, Iacobum de Schidlowyecz Sochaczoviensem et Lanciciensem capitaneum, thesaurarium, Mathiam de Drzevicza, praepositum Skarbimiriensem et scholasticum Cracoviensem, vicecancellarium, Paulum Czarny de Vitonicze, capitaneum Novae Civitatis Corczyn et zupparium Cracoviensem, Ioannem Bonar, consulem Cracoviensem, pro 3000 et Petrum Salomonis, consulem Cracoviensem, pro 1000 fl. fideiussores coram Ioanne Polak, castellano Gnesnensi, et Ioanne nepote suo, canonico Cracoviensi, de Karnkow, ponit eisque summam praedictam in capitaneatu Sanocensi demonstrat. CK. XVII, 358.

467. —— „ —— Rex facto rationis calculo cum Perocio Thedaldo de Florentiis nepote Arnolphi Thedaldi de Florentiis, super zuppis Vyeliciensi, Bochnensi, Premisliensi, Drohobicensi, Dolinensi et teloneo Grodecensi, 4000 marc. pol. remanserat ei obligatus, quam summam ei in zuppis Premisliensibus demonstrat. CK. XVII, 358.

468. —— „ —— Rex differentias certas et dissensiones ratione electionis consulum inter cives Kasimirienses et Pontis regalis alias Stradomienses, per medium Creslai de Curozwanky cancellarii, Iacobi Syekliczky, castellani et capitanei Byecensis, et Ioannis Jordan de Zakliczyn, procuratoris generalis Cracoviensis disiudicat, certam ordinationem et decretum hac in re dictorum commissariorum suorum confirmando. CK. XVII, 364. Aliae litterae eiusdem tenoris sub eademque data leguntur fol. 357 cum apposita nota: „cassatae propter variationem decreti ex inanimadvertentia notarii".

469. —— „ Regia Mtas ratam decrevit tutoriam a Catharina de Rychczycze, sanctimoniali s. Agnetis extra muros Cracovienses, vigore cuius Ioannes Milanowsky, subpincerna Leopoliensis, omnium et singulorum bonorum praefatae Catharinae, videlicet villarum Czarnokmycze, Davidkowcze, Lopotowcze, et aliorum, in terra Podoliae sitorum, ultra tertiam partem summae in eisdem villis inscriptae, Annae sorori suae et praefati Ioannis uxori donatam, tutor exsistit, de quibus 4 fl. hung. et postea, cum bona haec inhabitata fuerint, plus annuatim solvere debet. r. XVII, 365.

470. —— „ —— Rex in causa inter Fridericum Sthosch, tanquam actorem, ex una, et Annam, relictam Marci alias Marqwat, curiensis regii, et Stanislaum, filium eiusdem minorennem, tanquam reos, ex altera partibus, occasione omnium rerum, post praedictum Marqwath derelictarum, sententiam fert. MD. XIX, 90.

471. —— „ —— Rex, accepta in mutuum summa 3000 fl. hung. a Ioanne Polyak, castellano Gnesnensi, et Ioanne de Karnkow, canonico Cracoviensi, nepote eius, dictam summam pro festo Michaëlis (29 sep.) proximo reddere se obligat, in casu vero non solutionis intromissionem in capitaneatum Sanocensem eis et fideiussoribus suis dare pollicetur. CK. XX, 2.

472. —— „ —— Rex acceptis in mutuum 4000 marcis a Perocio, zuppam Premiliensem a festo Pentecostes proximo (15 mai) ei possidendam dat, quousque debitum praedictum plenerie percipiet (initium deest). XX, 4.

473. —— „ —— Creslaus de Curozwanky, episcopus Vladislaviensis et cancellarius regni, Iacobus de Schidlowyecz, regni vicethesaurarius ac Sochaczoviensis et Lanciciensis capitaneus, Mathias de Drzeuicza, praepositus Scharbimiriensis, scholasticus Cracoviensis et vicecancellarius regni, Paulus Czarny de Vitonicze, capitaneus Novae Civitatis Corczyn et zupparius Cracoviensis, et Severinus Bonar, civis Cracoviensis, omnes insimul ac in solidum pro 3000 fl. hung. et Petrus Salomonis, consul Cracoviensis, pro 1000 fl. hung. fideiubent Ioanni Polyak de Karnkow, castellano Gnesnensi, et nepoti eius Ioanni de Karnkow, canonico Cracoviensi, quod dictam summam tertia die post Michaëlis (1 oct.) solvant, si Mtas Regia eam non solverit aut intromissionem dictis creditoribus in capitaneatum Sanocensem realiter dare neglexerit. XX, 4.

474. —— *f. 6 ante Inventionis Crucis (29 apr.).* Rex ad supplicationem Creslai, episcopi Vladislaviensis, regni cancellarii, Bernardum Kossowsky, propter custodiam et provisionem castrorum episcopatus Vladislaviensis, ob defensionem et conservationem regni aedifica-

torum, ab omni expeditione bellica de bonis eius haereditariis et obligatis ad unum annum absolvit. XIX, 98.

475. *Cracovia, f. 6 ante Inoventionis Crucis (29 apr.).* Similes litterae datae sunt Michaëli Lassky, Ioanni Maleschowsky, Bernardo Virthel, Zavissio Malynskj, Petro de Lypye, in forma cancellariae solita. MD. XIX, 98.

476. —— *f. 6 ante Ascensionis Domini (29 apr.).* Regia Mtas ad vota principis Sigismundi Ioannem Pustotha, curiensem eius, ac Ioannem Zelechowsky, pupillum in tutoria eiusdem Pustotae exsistentem, ab expeditione bellica in proximiori futura liberavit. r. XVII, 357.

477. —— „ —— Rex pro servitiis Iacobo de Schydloviecz, regni thesaurario, tenutam villae regiae Krzeschow et aliarum villarum, ad eam ex antiquo pertinentium, in districtu terrae Premisliensis sitarum, ad tempora vitae donat (in margine nota: „non tunc regestrata quando scripta fuit, sed postea etc.“) MD. XIX, 98.

478. —— „ —— Rex Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, mandat, ut capitaneatum Sanocensem cum bonis tertia die post festum s. Michaëlis (1 oct.) Ioanni Polak de Karnkow, castellano Gnesnensi, vel Iohanni nepoti eius, canonico Cracoviensi, vel Creslao de Curozwanky, episcopo Vladislaviensi et regni cancellario, Iacobo de Schidlowyecz, regni vicethesaurario et Lanciciensi Sochaczoviensique capitaneo, Mathiae de Drzeuicza, praeposito Skarbimiriensi, regni vicecancellario, Paulo Czarny de Vitouicze, tribuno et zupario Cracoviensi ac capitaneo Novae Civitatis Corczyn, Iohanni Bonar et Petro Salomonis, consulibus Cracoviensibus, uti fideiussoribus regiis summae 3000 fl. hung., resignet, atque a iuramento ratione possessionis dicti capitaneatus, Ioanni Alberto regi praestito, in tali casu eum absolvit. MD. XIX, 91; XX, 1.

479. —— *f. 2 post Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex Martinum Casser de administratione telonei Cracoviensis ac de pecuniis per eundem ex ipso teloneo perceptis et distributis quietat. MD. XIX, 92.

480. —— „ —— Rex testificatur Petrum de Schydloviecz, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Gostinensem, Barbarae, filiae Erasmi Crupek, civis Cracoviensis, consorti suae, 4000 fl. hung. ratione dotis et dotalitii per medium in medietate villae suae Pleschow terrae Cracoviensis, in medietate auri, argenti et gemmarum, in tota curia in Pleschow, in medietate pecorum et totius suppellectilis domesticae et in medietate pecuniarum, quas in castro et civitate Gosthinyn inscriptas habeat, reformasse. MD. XIX, 93.

481. —— *f. 2 Rogationum (2 mai).* Data est quitantia Rey, cubicularii cardinalis Friderici, super 5 marc. pecuniarum ad rationem proventuum Nyepolomycensium. r. XIX, 92.

482. —— „ —— Datus est consensus ven. de Zalesse, canonico Plocensi, resignandi altare in ecclesia cathedrali Plocensi discreto Ioanni de Smarzovo et litterae in forma cancellariae datae sunt. r. XIX, 92.

483. —— „ —— Deputati sunt commissarii Andreas Saxynsky Lanciciensis, Albertus Glyadzyanowsky Brzezinensis, Ioannes Schamowsky Conariensis castellani, Ioannes Hynek de Vnyenyn, in absentia eius camerarius, et Adam Wozniczky, iudex Lanciciensis, ad faciendas granities inter bona regia Luboschovy tenutae Bernardi Lybyschowsky et inter bona Ioannis Rzepischowsky, venatoris Siradiensis, dicta Zavada haereditaria, ex una, et alia Ioannis Dunyn et fratrum eius germanorum, etiam haereditaria, dicta Nyebrovicze et Starzice, et litterae in forma cancellariae datae sunt. r. XIX, 92.

484. —— „ —— Rex Henrico Slyakyer, civi Cracoviensi, dat facultatem in toto regno inquirendorum omnis generis metallorum, minerarumque ad regiam et regni utilitatem ac regendi, ordinandi, instituendi et destituendi laboratores, in montibus Tatri laborantes, sub his condicionibus, quales in regnis Hungariae et Bohemiae circa huiusmodi subterraneos thesauros ab antiquo servari solitae sint. MD. XIX, 99.

485. —— *f. 3 Inventionis Crucis (3 mai).* Rex Nicolao Zatorsky, civi Cracoviensi, 230 fl. pro Henrico Mnychowsky, curiensi suo, pro festo Nativitatis Christi proxime futuro solvere promittit, mandatumque de eo ad Iacobum de Schidlowyecz, thesaurarium regni, dat.. R. MD. XIX, 92.

486. —— „ —— Rex pro servitiis Clementi Brandis de Grabischicze cum famulo expensam in zuppa Vieliciensi, necnon pellicium vulpinum aut 5 marc. ad illud emendum, pannum machliensem pro una veste, 3 pro alia et ad quodlibet quartale anni per 2 marc. singulis annis ad tempora vitae donat. MD. XIX, 92.

487. —— „ —— Rex pro servitiis nob. Ioanni de Regulis, medicinae doctori, consuli Cracoviensi, decimam lignorum ad usum eius emendorum, ex fluvio Visla regi provenientem, ad tempora vitae indulget. MD. XIX, 93.

488. —— „ —— Rex proconsuli et consulibus totique communitati civitatis Cracoviensis 3000 fl. hung., apud eos in mutuum receptos, super censu annuo seu proventu regio scotove nuncupato e praetorio Cracoviensi inscribit. MD. XIX, 94.

489. *Cracovia, f. 3 Inventionis Crucis (3 mai).* Rex Ioanni Tradkop, civi et mercatori Cracoviensi, pro Henrico Slaker 900 sexagenas grossorum inscribit, promittitque solvere pro festo Michaëlis (29 sep.) proxime futuro. MD. XIX, 94.

490. —— „ —— Rex ad supplicationes Nicolai Slabosch, capitanei Chanczinensis, et consortis eius Sophiae, bona regalia villam Kuchary districtus Cracoviensis in 1000 fl. hung. Georgio Lang, civi Cracoviensi et tenutario Proschoviensi, obligare consentit. MD. XIX, 94.

491. —— „ —— Rex per manus Erasmi Czyolek, praepositi Vilnensis et secretarii regii, certam summam a nob. Hymram Salomonis de Cracovia, tenutario Drohobicensi, pro pecudibus et pecoribus, per regem in capitaneatu Drohobicensi relictis et eidem venditis, recipit. MD. XIX, 95.

492. —— „ —— Rex post factam cum Paulo Czarny, Cracoviensi, utriusque salis Bochnensi et Vieliciensi zuppario, rationem et post datas quitantias super certis debitis, eundem zupparium de summa 3622 fl. hung. 25 gr. quietat, non admittitque eidem suscipere alias quitantias tam diu, quam diu debita, quae aliis regiis inscriptionibus reformata sunt, ad plenum exegerit. MD. XIX, 95.

493. —— „ —— Rex pro servitiis Paulo Czarny, zuppario Cracoviensi, 400 fl. hung. cum omnibus censibus super lapidea Ioannis Clethnar, consulis Cracoviensis, in platea fratrum penes collegium seu bursam Hungarorum in acie sita, Mathiae, plebano in Zarnowiecz, in actis spiritualibus et civilibus Cracoviensibus aut ubicunque alibi inscriptos et respectu debiti e proventibus orborae Ilkusiensis, per eum administratae, provenientes, ad se devolutos, donat. MD. XIX, 96 (fol. 91 eaedem litterae leguntur, datae sabbato ante Philippi et Iacobi ac nota: „cassata“ illustratae).

494. —— „ —— Rex Petro Salomon, consuli Cracoviensi, ius patronatus ecclesiae parrochialis in civitate regia Bochnya dioecesis Cracoviensis semel duntaxat, dum eandem per decessum vacare contigerit, dat. MD. XIX, 96.

495. —— „ —— Nobb. Ioannes Labacz et Ioannes Pustota, curienses ducis Sigismundi, ad vota suae serenitatis absoluti sunt ab expeditione bellica pro hac vice instituenda per Regiam Mtem, quibus litterae speciales, cuilibet seorsim datae sunt, propter servitia per eos domino duci exhibenda. r. XX, 5.

496. *Proschouicze, f. 3 Inventionis Crucis (3 mai).* Nicolaus Cvmeczki de Crvczyce absolutus est ab expeditione bellica ex quacunque causa in proximo instituenda, propter provisionem zupparum Cracoviensium. r. XX, 5.

497. *Sandomiria, f. 2 (dominica!) Stanislai (8 mai).* Felix Gylewsky, burgrabius in castro Czornsthyn, propter tutiorem provisionem castri liberatus est ab expeditione bellica proxime instituenda, ita tamen quod in eodem castro semper residere debebit. r. XX, 5.

498. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (10 mai).* Nob. Apollonia relicta olim Nicolai de Brandnicza de favore et benignitate regia liberata est a bello nunc vel in proximo instanti pro una vice duntaxat. r. XX, 5.

499. —— *f. 5 octava Ascensionis Domini (12 mai).* Rex ad petitionem ducis Sigismundi Marcissium de Wroczimovicze militem ab expeditionibus bellicis usque ad vitae tempora absolvit, hac tamen condicione, quod ipse Marcissius tempore belli in civitate Byecensi residere et pro illius defensione consulere debet. CK. XVII, 360.

500. —— „ —— Regia Mtas Brigittae de Dambrowka, relictae Nicolai de Barnnow, castellani Spiczimiriensis, censum annuum eclesiasticum 7 marc. pol. pro pecuniarum summa in talibus dari solita super bonis ipsius haereditariis Dambrowka et Gorky, in terra Lanciciensi sitis, personae aut personis spiritualibus vel saecularibus sub modo et in vim reemptionis vendendi et obligandi consensit. r. XVII, 360.

501. —— „ —— Ven. dominus Nicolaus de Barthnyky coram Mte Regia recognovit, quia Syemak de Barthnyky senio confectus exsistens, officio providendorum nemorum, venationum satisfacere commode non possit, et venaturam terrae Plocensis, quam obtinebat, Andreae filio suo resignaverit, quam quidem resignationem Regia Mtas ratam habet et decrevit eam vim roboris obtinere, mandando, cui interest, ut sibi de proventibus ratione eiusdem venatoriatus ipsum spectantibus respondeant. XX, 5.

502. —— „ —— Rex Ioannem Bonar, consulem Cracoviensem de omnibus generaliter perceptis, expensis et debitis suis et familiae suae regiae plenarie quietat. CK. XVII, 322.

503. ..... Mtas Regia, recognoscendo debitum nobilibus Georgio Hubati et Mathiae Polak rotmagistris pro servitio Valachico olim Mti Regiae praestito videlicet 900 fl. per 14 scotos eis pro festo Michaëlis futuro (29 sep.) solvere promittit. CK. r. XVII, 323.

504. —— *f. 5 ante Pentecostes (12 mai).* Rex Petro de Wroczimovicze, dapifero Cracoviensi, et consorti eius Catharinae de Brunow censum annuum 7 marc. super villis Maiori et Minori Brunow, in terra Siradiensi consistentibus, titulo reemptionis cuilibet ratione beneficii ecclesiastici vendere consentit. CK. XVII, 360.

505. *Sandomiria, f. 6 ante Pentecostes (13 mai).* Rex ad petitionem ducis Sigismundi domum Casperbar, civis Cracoviensis, ad cussionem publicam monetarum eligit et privilegiat. CK. XVII, 361.

506. —— „ —— Confirmatio omnium et singulorum privilegiorum et iurium per quoscunque reges et principes Poloniae concessorum Petro abbati et suo conventui monasterii s. Crucis in Calvo Monte super quaecunque bona et quascunque libertates et praerogativas per Regiam Mtem est data et gratiose concessa. r. XVII, 361.

507. —— „ —— Regia Mtas compatiendo damnis oppidanorum in Myelyecz, quae ex ignis voragine subegerunt, ipsis libertatem ad 10 annorum decursum dedit et concessit, eximendo eos ab omnibus et singulis contributionibus et exactionibus regalibus, mandando quibus interest, ut eos in praefata libertate conservent. r. XVII, 361.

508. —— *sabbato vigilia Pentecostes (14 mai).* Rex ad petitionem Dobeslai Chmyeleczki, agazonis Premisliensis, privilegium ei super villam haereditariam Chmyelyek in terra Premisliensi intra loca Kozybrod, Kyelyanow, Pothok, Glamboky Potok, Dluga Dambrowa, Posyenothyn, Pomalowa, Dambrowa Pogrzasska, Dluza, Pogrodzysko, fluvium Thnew cum utrisque ripis, Zazkow bor usque ad Kozybrod sitam, innovat, decretumque Nicolai Mnych, tenutarii Lubaczoviensis, commissarii regii, in causa inter Ioannem Chmyeleczky de Chmyelek haeredem et kmethones de Psse ratione certarum silvarum et pratorum in Chmyelek f. 3 post octavas Corporis Cristi (13 iun.) anno 1469 latum eidem privilegio annectit. CK. XVII, 362.

509. —— *f. 2 Pentecostes (16 mai).* Rex principi Frederico cardinali, fratri germano, ius patronatus et praesentandi ad praeposituram Stobnicensem Cracoviensis dioecesis et ad canonicatum Crusficiensem dioecesis Vladislaviensis, post cessum Mathiae de Staralomza, episcopi Chelmensis, qui eos nunc obtinet, concedit. R. XVII, 363.

510. —— „ —— Rex ad instantiam Nicolai canonici Sandomiriensis et plebani ecclesiae parrochialis in Wrzoss et Pauli dictae ecclesiae patroni et collatoris, de Gosczyschouicze germanorum, domum certam, ex opposito ecclesiae parrochialis Radomiensis inter domum Pauli Myecznyk et plateam parvam sutorum ab altera parte sitam, ad ecclesiam praefatam in Wrzoss et eius rectores pertinentem, ab omnibus exactionibus et datiis regalibus et civilibus absolvit. CK XVII, 363.

511. —— *f. 3 Pentecostes (17 mai).* Rex Mathiae de Drzeuicza, praeposito Skarbimiriensi, regni vicecancellario, executori testamenti Nicolai de Ostrow, palatini Sandomiriensis, censum 10 marc. per carnifices Cracovienses solvi solitum Andreae Gora, decretorum doctori, archidiacono Curzelouiensi per Ioannem Albertum regem titulo reemptionis venditum, de manibus eiusdem Andreae Gora redimere consentit. CK. XVII, 364.

512. —— „ —— Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, privilegium super pontale in Jaroslaw a mercatoribus universis exigi solitum, a praedecessoribus regiis sibi antiquitus concessum, confirmat. CK. XVII, 363.

513. —— „ —— Regia Mtas de certa scientia et voluntate Paulum Gosczyschowsky, exactorem terrae Radomiensis, ut eo commodius exactionibus illinc exigendis intendere possit, ab expeditione bellica pro hac vice duntaxat instituenda absolvit, mandando universis dignitariis et officialibus quorum interest, ut eum de non expeditione bellica non inquietent et non impediant etc. r. XVII, 363.

514. —— *f. 4 ante Trinitatis (18 mai).* Rex Jaroslao de Lassko, tribuno Siradiensi, molendinum braseale in Ssadek de manibus Iohannis et Iacobi molendinatorum modernorum redimere admittit. CK. XVII, 364.

515. —— *f. 6 ante Trinitatis(20 mai).* Regia Maiestas compatiendo paupertati Margarethae relictae Iacobi Thudorowsky de Thudorovyecz, ipsam a bellica expeditione, pro hac vice duntaxat instituenda, de medio laneo alias media hortulania absolvit. r. XVII, 364.

516. —— „ —— Regia Mtas Nicolao Nyezaczky bona regalia oppidum videlicet Thyrawa nuncupatum, in terra et capitaneatu Sanocensi situm, de manibus Iacobi Pyenyazek de Vitovicze, tribuni Sanocensis, redimendum consensit et intuitu servitiorum 160 flor. hung., quemlibet per 14 scotos computando, in eisdem bonis ei obligavit. r. XVII, 364.

517. —— „ —— Libertas civibus Cameneczensibus per Ioannem Albertum regem anno 1491 ad decursum 15 annorum ab omnibus contributionibus data confirmata est. r. XVII, 364.

518. —— *sabbato vigilia Trinitatis (21 mai).* Rex testificatur deodicatam virginem Catharinam Richcziczska de Richczicze, $^1/_3$ partem totius summae, quam habet in bonis regalibus Czarnokmycze, Dambkowcze et Lopotowcze in terra Podoliae et districtu Camenecensi inscriptam, Annae de eadem Richczicze, germanae suae, consorti Ioannis Milanowski de Milanow, subpincernae Leopoliensis, curiensis regii, donasse. CK. XVII, 364.

519. —— *in crastino Trinitatis (23 mai).* Rex Nicolaum Czykowsky, gladiferum Cracoviensem, curiensem suum, a residentia castri Sochaczoviensis, ad quam ratione tribunatus illius

tempore expeditionum bellicarum ac de omni expeditione bellica, ad quam, si in tribunatu non resideret, esset obligatus, absolvit. CK. XVII, 365.

520. *Sandomiria, in crastino Trinitatis (23 mai).* Rex Nicolaum Jordan de Zakliczyn, curiensem suum, pro servitiis a solutione omnium teloneorum regalium ab omnibus rebus cuiuscunque generis, quibus illum mercari et negotiari contigerit, absolvit. CK. XVII, 365.

521. —— „ —— Rex incolas oppidi Misslinicze circa veterem libertatem a solutione medietatis telonei a mercibus ipsorum ubilibet in regno, ipsis ab Ioanne Alberto rege donatam, conservat. XVII, 365.

522. —— *f. 4 vigilia Corporis Christi (25 mai).* Rex Spitconi de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, et Stanislao Kmytha de Visnycze, palatino Belsensi et capitaneo Premisliensi, mandat, ut testimonia fidedignorum de possessione villae Chmelek terrae Premisliensis per Dobeslaum Chmeleczki, agazonem Premisliensem, iure haereditario, sibi praesentent. CK. XXI, 258.

523. —— *f. 6 in crastino Corporis Christi (27 mai).* Regia Mtas Petro Spoth, tenutario villae Vola Crolewska terrae Lanciciensis, dictam villam, de manibus olim Adae Schydlkowsky in 300 fl. hung. redemptam, cuicunque obligare consensit. r. XVII, 366.

524. *Nova Civitas Corczyn, f. 2 infra octavas Corporis Christi (30 mai).* Rex Annae de Pampow, consorti Nicolai de Crethkow, palatini Junivladislaviensis, reformationem dotis et dotalitii ipsius in summis super bonis regalibus Rogozno inscriptis a praefato Nicolao marito facere consentit. CK. XVII, 366.

525. —— „ —— Rex Nicolao de Crethkow, palatino Junivladislaviensi et tenutario in Rogozno, villas regales Damb et Dobyegnyew de manibus Sassini Trambsky redimere consentit CK. XVII, 366.

526. —— *f. 3 infra octavas Corporis Christi (31 mai).* Rex. pro iurepatronatus praepositurae S. Michaelis in arce Cracoviensi, iuspatronatus ecclesiae parrochialis in oppido Gambyn, districtus Gostinensis et dioecesis Posnaniensis, capitulo ecclesiae cathedralis Vladislaviensis donat. CK. XX, 15.

527. —— *mense Maio.* Rex confirmat litteras Ioannis Alberti regis super bona mensae episcopalis Camenecensis, Sandomiriae datas (finis deest). XVII, 361.

528. —— „ —— Rex uti debitor principalis et Ioannes Rapstynsky de Rabsthyn, marsalcus regni, Ioannes Ossolinsky de Osolany, Stanislaus Dubczyczky de Brzezye, Paulus Czerny, zupparius Vyeliciensis et Bochnensis, uti fideiussores, recognoscunt se 1600 fl. hung. Janussio duei Osswyanczimensi et Zatoriensi debere (finis desideratur). b. XVII, 366.

529. —— *f. 6 post octavas Corporis Christi (3 iun.).* Rex Henrico Slakyer, cussori monetarum, idem salarium assignat, quod Casper Bar, consuli Cracoviensi, Ioannes Albertus rex assignavit. CK. XX, 16.

530. *Actum in Nova Civitate Corczyn dominica post octavas Corporis Christi (5 iun.). datum Cracoviae, sabbato ante festum Viti (11 iun.).* Rex ad supplicationem Ioannis Amor de Tharnow, palatini Sandomiriensis, oppidanos illius de Zochow a solutione omnium teloneorum regalium et exactionum ad 10 annos liberat. Ad relationem principis Friderici cardinalis. XIX, 96.

531. —— „ —— Rex pro meritis Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, salarium 100 marc. e proventibus zuppae Vieliciensis singulis annis ad tempora vitae donat et Paulum Czarny de Vithovicze, capitaneum Novae Civitatis Corczin et zupparium Cracoviensem, de eo certiorem facit. Ad relationem principis Friderici cardinalis. XIX, 97.

532. *Nova Civitas Corczyn, f. 2 post octavas Corporis Christi (6 iun.).* Rex cum consensu senatorum et nuntiorum de terris Cracoviensi, Sandomiriensi et vicinis rationem cudendae et probandae monetae mediorum grossorum praescribit et Henricum Slakyer, civem Cracoviensem, ad cudendam eam deputat. JL. XX, 9.

533. *Schidlow, f. 2 post octavas Corporis Christi (6 iun.).* Rex approbat contractum inter Stanislaum castellanum et capitaneum Leopoliensem, Petrum, Ottam et Raphaëlem, fratres germanos de Chodecz, et Erasmum Karsky, plebanum in Skossysska, notarium regium, initum, vigore cuius Erasmus Krczonow villam fratrum de Chodecz de manibus Ioannis Grodowsky exemerat ea condicione, quod ipsi fratres de praedicta villa Krczonow pro Erasmo expeditionem bellicam intercessuri essent. CK. XX, 16.

534. *Dzyerskouicze, f. 4 post octavas Corporis Christi (8 iun.).* Regia Mtas gen. Creslao Woyschyk 60 marc. pecuniarum per triennium de exactione 2 gross. terrae Cracoviensis percipiendas assignavit; quapropter mandavit Ioanni Jordan, ut easdem 60 marc. singulis annis trium annorum ab anno praesenti computandorum, anno praesenti incluso, eidem Creslao Woyschyk det et solvat ad rationem exactionis praedictae 2 gross. terrae Cracoviensis, de quibus est quittatus. r. JL. XX, 14.

535. *Lublin, dominica ante Antonii (12 ian.).* Rex Iacobo de Schidlowyecz, thesaurario regni, eadem salaria annua et septimanalia, uti praedecessores eius obtinebant, ratione administrationis monetariae Cracoviensis assignat. JL. XX, 10.

536. *Lublin, f. 2 ante Viti (13 iun.).* Ioannes Odrzywolsky ab expeditione bellica proxime instanti liberatus est et absolutus ita tamen, quod tempore expeditionis bellicae residere tenebitur in curia Opoczno. r. XX, 8.

537. —— „ —— Rex Mathiae et Martino Zolkyewskym 200 marcas et 130 fl. hung. pro festo Pentecostes (4 iun. 1503) solvere aut intromissionem in villam Dambicza et medietatem villae Tarkawicza dare re obligat. JL. XX, 9; XXI, 225.

538. —— „ —— Rex Nicolao Slabosch de Puthnyewicze et Sophiae de Tanczyn, uxori eius, omnia bona regalia, quae teneant, vel summas in eisdem inscriptas inter liberos, tam ipsorum coniugio procreatos, quam inter illos, quos ipse Nicolaus ex praemortua uxore procreaverat, libere distribuendi dat facultatem. JL. XX, 11.

539. —— „ —— Rex cives Lublinenses ab expeditione bellica de bonis Ponikvoda in perpetuum absolvit. JL. XX, 12, 126.

540. —— „ —— Rex debitum 1000 fl. hung., 1445 fl. in $^1/_2$ grossis, quos in paratis acceperat, et 48 fl. in $^1/_2$ gr. Ioanni Knor, civi Lublinensi, pro rege solutos, Nicolao Slabosch de Puthnyovicze et Sophiae de Thanczyn in exactionibus czopowe et 8 gross. terrarum Radomiensis, Opocznensis et Sandomiriensis certo modo inscribit. JL. XX, 13.

541. —— „ —— Rex Paulo de Gosczyssovicze, exactori terrae Radomiensis, mandat, ut perceptionem exactionis czopowe in terra Radomiensi Nicolao Slabosch de Puthnyovicze, capitaneo Chanczinensi, cedat. JL. XX, 13.

542. —— „ —— Iacobo Morawyecz rotmagistro et comitivae suae Regia Mtas, recognoscendo debitum 600 fl. pro residuitate servitii antiqui, eos sibi pro festo Paschae proxime futuro (16 apr.) solvere, ibidem et protunc etiam pro damnis ratione facta satisfactionem impendere in verbo regio promisit. r. XX, 14.

543. —— „ —— Rex stateram cum tragarstwo in Lublin civibus eiusdem oppidi perpetuo donat hac condicione, ut quolibet anno ad capellam regiam S. Trinitatis in arce Lublinensi barile vini pro festo Nativitatis Christi et cerae $1^1/_2$ lapidem pro festis Pentecostes et Simonis et Iudae (28 oct.) consules dare tenebuntur. JL. XX, 14, 126.

544. —— „ —— Rex cum Ioanne Strus rotmagistro et comitiva eius 200 sextariorum alias ssostakow certum condictamen ratione servitii militaris et pecuniae pro eo solvendae init. CK. XX, 16. NB. Litterae eiusdem tenoris datae sunt rotmagistris sextariis: Nicolao Creza cum comitiva 130, Petro Olessky cum comitiva 250, Petro de Chodecz, castellano Haliciensi, cum comitiva 150, Ioanni de Camyenyecz, capitaneo Belsensi, cum comitiva 150, Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, cum comitiva 300 sextariorum.

545. *Chelm, f. 2 ante Viti (13 iun.).* Ioannes de Syennycza iudex et Petrus Wlczko de Szwycze subiudex terrae Chelmensis in causa inter Paulum de Ostrow, tribunum Chelmensem, et Barbaram relictam Iacobi de Konyeczpole, tenutricem in Rakolupi et Teratyn ratione violentae inequitationis et damnorum decretum ferunt. XX, 332.

546. *Lublin, f. 2 Antonii (13 iun.).* Rex ad petitionem Andreae Roza, archiepiscopi Leopoliensis, litteras libertatis subditis bonorum mensae archiepiscopalis per Ioannem Albertum regem Cracoviae, f. 3 post Ascensionis Domini (14 mai) anno 1499 concessas, confirmat. JL. XX, 8.

547. —— „ —— Rex, satisfaciendo conventioni inter se et Conradum Masoviae ducem initae, Vincentium Przerembski, episcopum Plocensem, Ninognevum de Krzyssko, palatinum Plocensem, Andream de Radzeovicze, castellanum et capitaneum Sochaczoviensem, Nicolaum de Barthnyky, secretarium regium et custodem Plocensem, ad cognoscendas et definiendas iniurias inter mutuos subditos ortas commissarios deputat. JL. XX, 8.

548. —— „ —— Rex Erasmo Ciołek, praeposito Wilnensi et secretario suo, admittit aquam ex fluvio Rudawka ad hortum eius et piscinas prope ecclesiam s. Mariae in Arena, extra muros Cracovienses, per canale subterraneum conducere et de hoc Ioannem Jordan de Zacliczyn, procuratorem generalem Cracoviensem, certiorem facit. XX, 9.

549. —— „ —— Rex Casparum Czakyel, Lubicz Imbrych et Lucam Hussar cum comitivis eorum in servitio suo usque ad diem Michaëlis (29 sep.) retinere se obligat. R. XX, 11.

550. —— *f. 3 ante Viti (14 iun.).* Petrus Chlyewyczky, capitaneus in Cazimirz, ad vota principis Sigismundi, Glogoviae et Opaviae ducis, eiusdem Cazimirz tenutarii, ab expeditione bellica pro hac vice instituta exemptus et absolutus est. r. XX, 9.

551. —— „ —— . . . . . de Kazimirz data est libertas, ut liceat sibi rebus et mercibus cuiuscunque generis et maneriei exsistentibus mercari negotiarique per regnum, moribus et consuetudinibus regni salvis. r. XX, 9.

552. —— „ —— Rex, ad preces pro parte Augustini Glosskowsky, plebani in Plonsko, duas domos ibidem, unam penes hospitale pauperum et aliam ex opposito domus eiusdem, penes domum vicarialem per Petrum vicarium inhabitatam, sitas, una cum hortis iam pridem emptis et de iure theutonico in ius ecclesiasticum translatis, ecclesiae parrochiali donat, subiiciendo eas iurisdictioni ecclesiasticae et liberando ab omnibus exactionibus et oneribus civilibus. JL. XX, 11.

553. *Lublin, f. 3 ante Viti (14 iun.).* Rex consentit, ut Nicolaus Slabosch de Puthnyovicze et Sophia de Thanczyn, uxor eius, 2000 fl. in auro et in $^1/_2$ grossis Georgio Lang, consuli Cracoviensi, in bonis regalibus Cozicze inscribant. JL. XX, 12.

554. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Slabosch cum Sophia, qui supra, Nicolao Korzensky bona regalia oppidum Koschicze in 1000 fl. in $^1/_2$ grossis inscripsisse. JL. XX, 13.

555. —— „ —— Rex 300 fl. hung. a Paulo Camyenyeczky de Pomyanowo in mutuum acceptos pro festo Nativitatis Christi reddere, si vero eos Georgius Crupsky, capitaneus Chelmensis, pro rege, uti fideiussor suus, solverit, extunc 300 fl. hung. dicto Georgio in civitate et castro Chelmensi inscribere pollicetur. JL. XX, 18.

556. —— „ —— Regia Mtas petitionibus annuens sororum germanarum de Buczacz: Catharinae Petri Olessky, Beatae Andreae Procop Gosdzky et Annae Ioannis Syenyensky consortium, tenutariarum villae regalis Bamlaw, dictam villam cuicunque subditorum regni obligare consentit, iuribus et stationibus regalibus salvis. r. XX, 18.

557. —— *f. 3 vigilia Viti (14 iun.).* Regia Mtas Nicolao Poross, advocato Vrzandoviensi, libertatem a medietate expeditionis bellicae dedit tam diu, donec durabit libertas oppidanis Vrzandoviensibus data. r. XX, 8.

558. —— „ —— Rex 150 marc. a Stanislao Ozarowsky et 70 marc. a Stanislao Gyelczyczky (Gyelczvyczky), per Nicolaum de Osstrow, palatinum Sandomiriensem et capitaneum Lublinensem, mutuatos, pro festo Nativitatis Christi proximo solvere promittit, in casu vero non solutionis intromissionem in villam Palecznycza primum Stanislao Ożarowsky, deinde vero Catharinae de Babyn, viduae dicti Stanislai Gyelczyczky, ad extenuationem debitorum dictorum dare se obligat. JL. XX, 12.

559. —— *f. 4 Viti (15 iun.).* Nicolao Slabosch de Puthnyovicze, capitaneo Chanczinensi, et Sophiae de Thanczin, consorti eius, datus est consensus bona Cozycze et Cuchari regalia tenutae ipsorum cuicunque subditorum regni cuiuscunque status et condicionis existentium in summis pecuniarum iuste et legitime inscriptis obligandi et inscribendi, simpliciter in forma cancellariae. r. JL. XX, 9.

560. —— „ —— Rex 1000 fl. hung. (1770 fl. pol.) in mutuum a Stanislao Curopathua de Laczuchow, castellano Chelmensi, acceptos pro festo Nativitatis Christi reddere promittit et in casu non solutionis intromissionem eidem in castrum et civitatem Lublinensem cum villis Zukow, Krczonow, Janovicze Maiori, Szwydnyk et Wrothkow dare se obligat. JL. XX, 10.

561. —— „ —— Stanislaus Zolkyewsky, succamerarius Belzensis, liberatus est ab expeditione bellica propter officium exigendarum exactionum sibi commissarum tam diu, donec praedicta exactio durabit. r. XX, 11.

562. —— „ —— Data est absolutio ab expeditione bellica proxime futura duntaxat Ioanni et Stanislao, germanis de Sprowa. r. XX, 11.

563. —— „ —— Rex significat, quia Nicolaus de Dambrovicza Firley, vexillifer Cracoviensis et capitaneus Lublinensis, proficiscens ad Turcarum imperatorem in negotiis reipublicae, Annam de Myelecz, consortem suam, et Stanislaum Myeleczky, fratrem eius (qui si mortuus fuerit, tunc Procopium Ossolynsky) in tutores liberorum et bonorum suorum mobilium et immobilium, quas in terra Sandomiriensi et Lublinensi habeat, constituerit. JL. XX, 12.

564. —— „ —— Rex Raphaëlem de Syenyawa vexilliferum Haliciensem nominat. JL. XX, 16.

565. —— „ —— Oppidani Crassnostavenses liberati sunt a podvodis ad unum annum, propterea quia intendunt munitioni et fossae circa circum oppidum. r. XX, 16.

566. —— „ —— Rex ad petitiones cardinalis Friderici, fratris sui, Caspero et Petro Cnuth germanis, haeredibus de Schelyn, oppidum Hamersthyn cum villis Byalbork, Domislaw, Walkemwolth et Hannusfelth districtus Szlochoviensis ab eis exemptum, ad vitae tempora possidendum donat. JL. XX, 9; R. XX, 68.

567. —— „ —— Rex testificatur Ioannem Ossolynssky, curiensem regium, proficiscentem ad Magnum Ducatum Lithuaniae cum rege, Annam Rzeschowska, consortem suam, Andream Rzeschowsky germanum, Nicolaum Firley de Dambrovicza, vexilliferum Cracoviensem et capitaneum Lublinensem, et Nicolaum Plechowsky tutores puerorum suorum et bonorum nominasse. JL. XXI, 1.

568. —— *f. 2 post Viti (20 iun.).* Rex Ioannem et Stanislaum de Sprowa, capitaneos Opocznenses, pro hac vice ab expeditione bellica absolvit. XX, 13.

569. *Brzesczye Lithuaniae, f. 2 ante Ioannis Baptistae (20 iun.).* Rex Nicolao Phirley de Dambrowicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, mandat, ut executionem decreti in causa inter Annam de Couska Vola, consortem Gabrielis de Thanczyn, et Iacobum Morawyecz, vexilliferum Lublinensem, ratione perlucrorum, suspendat, donec causa denuo in iudicio Cracoviensi definiatur. R. XX, 13.

570. —— „ —— Rex Creslao de Curozwanky, episcopo Vladislaviensi et cancellario,

e zuppis Cracoviensibus 15 bancos, 15 vasa alias cebri et 15 mensuras minuti salis ad tempora vitae singulis annis percipiendos donat. JL. XX, 15.

571. *Brzesczye Lithuaniae, f. 2 ante Ioannis Baptistae (20 iun.).* Albertus Policzky Posnaniensis, Albertus Kaczkowski Junivladislaviensis terrarum exactores liberati sunt ab expeditione bellica proxima duntaxat vel saltem exactionibus per eos colligendis durantibus. r. XX, 15.

572. —— „ —— Facta est confirmatio libertatis oppidanis in Sambor, per olim Regiam Mtem datae, in forma cancellariae solita. r. XX, 15.

573. —— *f. 3 ante Ioannis Baptistae (21 iun.).* Rex litteras Ioannis Alberti, Cracoviae, f. 3 post Conductus Paschae (20 apr.) anno 1501 datas, quibus cives de Hrodlo ab omnibus censibus liberantur, confirmat. JL. XX, 14.

574. —— „ —— Anna relicta Sandiuogii de Stepankouicze ab expeditione bellica ad unius anni decursum liberata est. r. XX, 14.

575. —— „ —— Regia Mtas recognoscendo debitum 100 fl. civibus Lublinensibus, apud eos mutuatorum, promisit illud eis solvere. XX, 14.

576. —— „ —— Rex Petro Nyemyglowsky, capitaneo Ravensi, 400 marc. in capitaneatu Ravensi inscribit. JL. XX, 15.

577. —— „ —— Rex Petro de Wroczimovicze, dapifero Cracoviensi, maldratas oppidorum Siradiensis et Schathkoviensis per duos annos percipiendas donat. JL. XX, 17.

578. —— *f. 4 ante Ioannis Baptistae (22 iun.).* Rex litteras libertationis a censibus et exactionibus ab Ioanne Alberto rege oppido Parczow datas confirmat et libertationis terminum ad 2 annos prorogat. JL. XX, 14.

579. —— „ —— Rex nob. Andream de Schadurky, civem Lublinensem, ab expeditione bellica liberat ea condicione, quod tempore expeditionis unum sagittarium in arce Lublinensi propriis impensis tenere sit adstrictus. JL. XX, 15.

580. —— „ —— Rex, orta controversia inter nob. Andream Schadurka, molendinatorem Lublinensem, et Nicolaum de Dambrouicza, vexilliferum Cracoviensem et capitaneum Lublinensem, ratione piscinae, insulae cum 3 hortulanis et alio hortulano, qui sedet inter montes Grodzyssko et Szyronyawa gora nuncupatos, piscaturae et hortorum, vetera privilegia, alterum antiquum, alterum Casimiri IV regis, per dictum Andream Schadurka praesentata, cassat, novumque privilegium super molendinum Lublinense eidem Andreae donat. JL. XX, 17, 122.

581. —— „ —— Rex, ad petitionem Jaroslai de Lassko, tribuni Siradiensis, oblatas nomine Zuzannae, consortis eius, et Margarethae Dzybaltowska, germanarum de Bankowa Gora, quae adverso casu privilegium super advocatias in villis regalibus Zawadi et Conari post mortem patris Sbignei Bank de Bankowa Gora, castellani Rosperiensis, amiserant, cognita inquisitione Ioannis de Przeramb castellani, Vincentii de Chartlupya succamerarii et Iacobi de Wozniky, iudicis terrae Siradiensis, commissariorum ad id specialiter deputatorum, novum privilegium super easdem advocatias, transferendo eos de iure polonico in ius theutonicum, dictis sororibus donat. JL. XX, 20.

582. —— *f. 5 vigilia Ioannis Baptistae (23 iun.).* Rex satisfaciens Petro Wolczek, subiudici Chelmensi, pro servitiis per olim filium eius Andream sibi praestitis, 248 fl. pro festo Nativitatis Christi ei solvere pollicetur. XX, 17.

583. —— „ —— Regia Mtas, attendens aegram valetudinem et senium Petri Volczek, subiudicis Chelmensis, ipsum ab expeditione bellica proxime instanti absolvit, ita tamen quod sufficientem expeditionem per valentes et rei militaris non expertes personas ad bellum expedire tenebitur, mandans praesentibus cui interest eam liberationem sic conservari et ipsum non inquietare. r. XX, 17.

584. *Camyenyecz Lithuaniae, f. 6 Iohannis Baptistae (24 iun).* Rex Lucae civi Chelmensi ad eximendam $^1/_3$ partem molendini ante civitatem Chelmensem in fluvio Vher siti de manibus Catharinae, consortis olim Nicolai Pssonka, civis Chelmensis, consensum dat. JL. XX, 18.

585. —— „ —— Regia Mtas Ioanni Byelawsky consensit 500 marc. pecuniarum ratione dotis et dotalitii Margarethae de Brzezno, consorti eius legitimae, super bonis regalibus Sroczko inscribendi (in margine notae: „hae litterae consensus in eodem Regestro inferius continentur inter litteras anni sequentis“ et „vide in anno sequenti sub eadem data“). r. JL. XX, 18.

586. —— „ —— Rex consentit Ioanni Byelawski de Dobrzelyn, tenutario in Seroczko, 500 marc. dotis et dotalitii Margarethae de Brzezno, consorti eius, in villa Lesskovicze et advocatia in Sroczko inscribere (cassatae). JL. XX, 45.

587. *Novogrodek, f. 3 infra octavas Visitationis V. M. (5 iul.).* Rex litteras Ioannis de Tharnow, palatini Sandomiriensis et capitanei Russiae, in Glinyany die Marci (24 apr.) anno 1409 datas, limitationem bonorum regalium Podworcze et nobilium Nowosyelcze in se continen-

tes, ruthenicis characteribus scriptas et in latinum iussu suo translatas, ad preces Stanislai Danidowsky, confirmat. JL. XX, 19.

588. *Novogrodek, f. 5 infra octavas Visitationis V. M.* (*7 iul.*). Regia Mtas Stanislaum Dersnyak de Rokythnycza, succamerarium Premisliensem, absolvit a bellica expeditione proxime instanti, ita tamen, quod certos servitores expedire debebit sic veluti solus personaliter interesset r XX, 19.

589. —— *f. 2 ante Margarethae* (*11 iul.*). Rex Adam, vicarium perpetuum ecclesiae metropolitanae Gnesnensis et regium in Rubyeschow et Sokale advocatum, cui Ioannes a Lassko, supremus secretarius regius, hinc et ubique regem sequens, negotia sua et curam bonorum temporalium commisit, ab expeditione bellica ad unum annum liberat. XX, 18.

590. —— „ —— Mathias de Milessky, plebanus in Sandzino, ex causa superius proxime descripta liberatus est a bello ad unius anni decursum. r. XX, 18.

591. —— „ —— Regia Mtas Alexandrum Orzechowsky ea de causa, quia Stanislaus filius eius cubicularius noster huc in hac quoque expeditione bellica Lithuaniae nobis servit, qui pro praedicto genitore suo bellum in regno nostro intercessurus esset, ab expeditione bellica nunc instanti in terris Russiae ad regnum pertinentibus, quam ab aliis expeditionibus bellicis, quaecunque in regno nostro instituerentur et fierent, interim donec ipse Stanislaus cubicularius in servitio Suae Mtis fuerit, absolvit et exemit r. XX, 19.

592. —— „ —— Rex Hieronimum, Petrum et Martinum germanos indivisos in Chorzenicze, uti servitores suos, ab expeditione bellica absolvit. XX, 19.

593. —— „ —— Ioannes Karvowski cum Ioseph fratre indiviso ex causa super proxime scripta liberati sunt a bello. r. XX, 19.

594. —— „ —— Ioannes Ribyensky una cum Ursula genitrice sua tanquam cum eo indivisa ex causa superius scripta liberatus est a bello. r. XX, 20.

595. —— *f. 6 Divisionis Apostolorum* (*15 iul.*). Ven. Stanislaus de Gorka, notarius Regiae Mtis, una cum fratre suo nob. Bernhardo germano indiviso coniugeque eiusdem Bernhardi absolutus est a bello, eo quod idem Stanislaus cum Sua Mte in lithuanicam expeditionem profectus est. r. XX, 20.

596. —— *dominica Alexii* (*17 iul.*). Rex, de consensu consiliariorum, pro solvendis stipendiariis in Camyenyecz, oppidum Mlawa cum villis Iacobo de Glynky, capitaneo Wisnensi, pro 1000 fl. hung. iure reemptionali alias na viderkoff vendit. JL. XX, 21.

597. *Jarosław, f. 2 in crastino Alexii* (*18 iul.*). Spitheo de Jarosław, castellanus Cracoviensis, et Stanislaus Kmytha de Vysnyeze, palatinus Belsensis et capitaneus Premisliensis, per regem ad hoc deputati, examinatis certis testibus et granitiebus, villam Chmelek Dobeslao Chmeleczki, agazoni Premisliensi, iure haereditario pertinere testificantur. XXI, 257.

598. *Novogrodek, f. 2 Arnolphi* (*18 iul.*). Rex vexilliferatum terrae Visnensis creat et Lucam de Glinky vexilliferum Visnensem nominat. JL. XX, 20.

599. —— „ —— Petrus de Skovyerzyn et Andreas de ibidem, filius eius indivisus, liberati sunt a bellica expeditione ex quacunque causa contra quoscunque hostes per Regiam Mtem et consiliarios eius mota aut movenda, eo quod idem Andreas exsistens notarius Regiae Mtis in lithuanicam expeditionem profectus est. JL. XX, 20.

600. *Camyenyecz, f. 2 Arnolphi* (*18 iul.*). Stanislaus de Chodecz, castellanus et capitaneus Leopoliensis, Haliciensis, Trzebovliensis et Camyeneczensis ac Russiae et Podoliae campiductor generalis, ad petitionem Ioannis Ratholt de Boryskowcze, Calynye et Knyasche, litteras Ioannis Alberti regis, Cracoviae, f. 5 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.) anno 1499 datas, intromissionem Ioanni Ratholt in bona Boryskowcze post mortem Ioannis Boryskowsky admittentes, in librum castrensem transgressari iubet et ministerialem eidem Ratholtho ad intromittendum addit. XX, 140.

601. *Novogrodek, f. 6 Magdalenae* (*22 iul.*). Martinus Vyrzbyantha de Pszyssowa districtus Sandeczensis liberatus est a bellica expeditione instanti generali particularique in regno Poloniae indicendis, interim donec filius suus Felix cum Regia Mte in Magno Ducatu Lithuaniae perseveraverit, eidem Mti Regiae servitia impendendo. r. XX, 21.

602. —— *f. 4 post Iacobi* (*27 iul.*). Rex Janussio Svyrczowski, curiensi suo, villam Sthayne terrae Chelmensis de manibus Sophiae relictae Zauissii Rozae de Borzyschovicze, succamerarii Chelmensis, liberorumque eius eximere admittit. JL. XX, 21.

603. —— „ —— Eidem Janussio similis consensus super exemptionem villae regalis Rvaschow terrae Chelmensis de manibus Ioannis Senniczki, indicis Chelmensis, datus est. JL. r. XX, 21.

604. *Camyenyecz, f. 6 ante Petri ad vincula* (*29 iul.*). Iacobus de Obarow index et Victorinus de Podphilipye, subiudex terrae Podoliae generales, ad petitiones Ioannis Ratholt, litteras Ioannis Alberti regis, Cracoviae f. 5 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.) anno 1499

datas, intromissionem eidem Ioanni in bona Boryskowcze admittentes, in librum terrestrem iudicialem Camyenyeczensem, inscribi admittunt. XX, 141.

605. *Mynsko, f. 2 Petri ad vincula (1 aug.)*. Rex Iacobo Syekliczky, castellano et capitaneo Byecensi, villam Hoscza nob. Ioanni Ludgerzs in summa capitali obligare consentit. JL. XX, 21.

606. —— „ —— Rex Iacobo de Schidlovyecz, regni thesaurario, mandat, ut pro die Iacobi proximo (25 iul. 1503) 2000 fl. hung., pro comparatione argenti ad monetariam et pro cudenda moneta nova mutuatos a Spitcone de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, eidem solvat. XX, 22.

607. —— „ —— Rex dat consensum nob. Ioanni Ludgerzs villam Hosscza iisdem condicionibus tenere, quibus eam Iacobus Syekliczky, castellanus et capitaneus Byecensis possidebat. XX, 22.

608. *Cracovia, f. 3 in crastino Petri ad Vincula (2 aug.)*. Rex decretum Ioannis Alberti regis in causa inter Casimirum Teschinensem et Conradum Masoviae duces, vigore cuius duci Casimiro intromissio in domum lapideam Cracoviae ducis Conradi data erat, ratificat. XVII, 311.

609. *Mynsko, f. 4 ante Dominici (3 aug.)*. Regia Mtas ad preces Iacobi Syeklyczky, castellani et capitanei Byecensis, oppido Lanczna, in Lublinensi terra sito, per Tartaros exusto, immunitatem seu libertatem ad 10 annos duraturam ab omnibus exactionibus et contributionibus reipublicae et regalibus dedit et concessit (deletae). JL. XX, 22.

610. *Iunivladislavia, f. 5 vigilia Mariae ad nives (4 aug.)*. Stanislaus Cosczyeleczky, castellanus Iunivladislaviensis et capitaneus Nyeschauiensis, Petrus Sropsky, vicepalatinus Iunivladislaviensis, et alii commissarii, a cardinale Frederico primate deputati, in causa inter Mathiam Lubyarsky, quondam proconsulem, et Paulum Crethek, modernum proconsulem Iunivladislaviensem, occasione summae 113 marc. pol. sententiam ferunt. XX, 250.

611. *Mynsko, f. 6. Mariae Nivis (5 aug.)*. Rex, mutuatis 400 fl. per 14 scotos a Petro Nyemyglowsky, capitaneo Ravensi, pro solvendis stipendiariis in Camyenyecz, eidem dictam summam in castro Rawa et villis inscribit. JL. XX, 23.

612. —— *sabbato Transfigurationis Iesu (6 aug.)*. Nicolaus Lissowsky absolutus est ab expeditione bellica proxime instituenda, ita tamen quod tempore expeditionis eiusdem bellicae in castro Byecensi personaliter residere tenebitur. XX, 23.

613. *Lublin, f. 6 ante Assumptionis V. M. (12 aug.)*. Petrus Pssonka de Babyn iudex et Stanislaus Chobrzenski de Lazisska subiudex terrae Lublinensis recognoscunt, quia Stanislaus Curopathwa de Laczuchow, castellanus Chelmensis, bona haereditaria: Laczuchow, Laczuchowska Wolya, Zawkrzow, Myeleyow, Rogalicze, Czyechanki in Lublinensi, Gawlow et Slonka in Cracoviensi, ac etiam obligatoria tenutae suae: Parczow, Colechouicze, Colechowska Volya, Gedlinicza et villam ante Parczow in Lublinensi, Stolp, Stolpska Wolya, Danianicz, Mostek, Ruda et alia Ruda, teloneum in Wlodawa et Strachoslaw in Chelmensi districtibus iacentia, Barbarae uxori suae reformaverit et donaverit. XX, 52.

614. *Mynsko, f. 3 infra octavas Assumptionis V. M. (16 aug.)*. Rex oppido Cozirinek terrae Lublinensis tenutae Stanislai, Andreae, Nicolai et Bartholomaei de Cazanow, voragine ignis in favillam redacto, libertatem 10 annorum ab exactionibus donat. JL. XX, 24.

615. —— *f. 4 infra octavas Assumptionis V. M. (17 aug.)*. Rex, acceptis in mutuum ..... millibus fl. hung., Lucae Watzelrode, episcopo Varmiensi, dictam summam in oppido Derschaua cum villis inscribit. JL. XX, 23.

616. —— „ —— Rex mutuata a magistris civium et consulibus Gedanensibus 10000 fl. hung. in medietate census per eos regi solvi soliti inscribit accipienda non prius, donec Severinus Bonar debitum suum in hoc censu inscriptum tollet. JL. XX, 23.

617. —— „ —— Rex mutuata a magistris civium et consulibus Gedanensibus.... millia fl. hung. in castro Puczek et villis eius inscribit. JL. XX, 23.

618. —— „ —— Rex mutuata a Reynoldo Felstethe, cive Gedanensi.... millia fl. hung. in oppido Derssaua et villis ei inscribit. JL. XX, 23.

619. —— „ —— Rex 20000 fl. hung. a magistris civium et consulibus Gedanensibus mutuata, in censu annuo 2000 fl. regi solvi solito inscribit accipienda non prius, donec Severinus Bonar debitum suum in hoc censu inscriptum tollet. JL. XX, 24.

620. —— „ —— Rex mutuata a magistris civium et consulibus Gedanensibus .... millia fl. hung. in censu annuo regi solvi solito inscribit accipienda non prius, donec Severinus Bonar debitum suum in eodem censu inscriptum tollet. JL. XX, 24.

621. —— *f. 6 post Assumptionis V. M. (19 aug.)*. Rex pontale in civitate Rubyeszow sti ante pro reparatione pontium exigere permittit. JL. XX, 25.

622. —— „ —— Regia Mtas oppidanis Rubyeschoviensibus libertatem exactionis czo-

powe ad unius anni decursum dedit, sed his duntaxat, qui aliunde advectam cervisiam vendunt vel propinant, qui vero domi braxatam habent, illa libertate careant. r. XX, 25.

623. *Mynsko, f. 4 Bartholomaei (24 aug.).* Rex notum facit, quia auxilium hominum capitaneatus Chelmensis circa aedificandum per Georgium Crupsky, capitaneum Chelmensem, castrum in consuetudinem trahi non debeat, qua obnoxii essent postea tales tollerare labores. JL. XX, 24.

624. —— „ —— Rex notum facit cives Chelmenses iussu regio ad aedificationem castri Chelmensis adactos in posterum ad eiusmodi labores obnoxios non esse. JL. XX, 25.

625. —— *f. 6 post Bartholomaei (26 aug.).* Rex oppido Rubyeszow libertatem 12 annorum ab exactionibus, 2 annorum a teloneis, 5 annorum a podvodis donat. JL. XX, 24; XXI, 359.

626. —— „ —— Rex Petrum de Morawyany, curiensem suum, una cum matre Elisabeth bona habentem, uti servitorem suum, ab expeditione bellica in regno Poloniae indicenda liberat. JL. XX, 25.

627. —— *sabbato post Bartholomaei (27 aug.).* Rex Hieronimo de Lanzenicze oppidum Ricziuol cum villis de manibus Elisabeth de Prawkouicze, relictae Pacosii Swolsky redimere consentit. JL. XX, 25.

628. —— *f. 2 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.).* Rex, ad petitiones Pauli Camyenyeczky de Pomyanow, advocati Chelmensis, loco antiqui privilegii per Vladislaum II regem donati et igne conflagrati, novum privilegium super advocatia Chelmensi ei donat. JL. XX, 25.

629. —— „ —— Rex Stanislao Schaffranyecz, succamerario curiae suae, 1000 fl. pro servitio Ioanni Alberto regi praestito pro festo Bartholomaei proximo (24 aug. 1503) solvere promittit. XX, 26.

630. —— „ —— Rex Paulo Camyenycki de Pomyanow, advocato Chelmensi, privilegium novum super advocatiam in civitate Chelmensi cum villa Zoltaucze et campo Wylwynow (Wolwynow), quod a rege Vladislao II habuerat, sed incendio conflagratum est, iure mariemburgensi, duos laneos inter laneos civitatis, quos advocatus ex antiquo tenet, sextum denarium de censibus civitatis, tertium de omni re iudicata, balneum civile seu commune, censusque de eo provenientes annuos et septimanales, propter quod balneum nullum privatum balneum quispiam inibi habere potest, cameras seu institas mercatorum, carnificum, sutorum et aliorum artificum cum omni earum proventu annuo, piscinam Kosthkow cum molendino, donat. JL. XXI, 48.

631. —— *f. 2 ante Nativitatis V. M. (5 sep.).* Georgius Crupski, capitaneus Chelmensis, et servitores ipsius, videlicet: nob. Nicolaus Smyothanka, Stanislaus Cziczowsky et Theodorus Andreowski, liberati sunt a bellica expeditione praesenti, in regno Poloniae pro hac vice instituta, pro eo quod sunt hic in servitio Regiae Mtis. r. XX, 26.

632. —— *f. 5 Nativitatis Mariae (8 sep.).* Florianus Drzemlik de Dolhoborodi, curiensis regius, ab expeditione bellica liberatus est, quia cum Regia Mte profectus est hic in expeditionem Magni Ducatus Lithuaniae pro hac vice dumtaxat. r. XX, 26.

633. —— „ —— Thomas Okun de Grodzyscze, castellanus Ravensis, propter senium et aegram valetudinem et signanter quia Andreas et Stanislai, filii sui, hic in expeditione Magni Ducatus Lithuaniae perseverant, una cum eodem patre suo, tanquam indiviso, absoluti sunt ab expeditione bellica pro hac vice duntaxat. JL. r. XX, 27.

634. —— *f. 2 ante Exaltationis Crucis (12 sep.).* Rex Petro Gorski, tenutario Schlochoviensi, curiensi suo, dicta bona cuicunque subdito regni fideli obligare consentit. JL. XX, 27.

635. —— „ —— Regia Mtas Albertum scholasticum Vladislaviensis et cancellarium Posnaniensis ecclesiarum, Petrum tenutarium in Schlochow, curiensem suum, Ioannem et Mathiam, germanos de Gora, tenutarios Wschovenses, a praesenti expeditione bellica in Regno indicta pro hac vice absolvit ex ea causa, quia ipse Petrus exsistens cum aliis suis fratribus indivisus hic in expeditione bellica Lithuaniae perseverat, qui si in Regno esset, bellum pro se et fratribus suis serviret. r. XX, 27.

636. —— „ —— Rex hon. Andream Mroczek, notarium suum, de 1000 fl. hung. ab Iacobo de Glynky, capitaneo Visnensi, in mutuum acceptis, et certo modo iuxta mandatum regium expositis, quietat. JL. XX, 27.

637. —— *f. 3 ante Crucis (13 sep.).* Rex Nicolao de Cosczelyecz, castellano Cruschuiciensi, et Catharinae de Schamotuli, consorti eius, summam 260 fl. in teloneo aquatico Novae Nyeschowa inscriptam, Andreae de Oporow obligare consentit. JL. XX, 27.

638. —— „ —— Andreas Oporowsky a praesenti expeditione bellica absolutus est pro hac vice duntaxat, quia tempore expeditionis bellicae in castro Schlochow personaliter residere pro castri ipsius provisione tenebitur. JL. r. XX, 27.

639. *Mynsko, f. 3 (4!) Exaltationis Crucis (14 sep.).* Rex Nicolaum Somerwalt, proconsulem Elbingensem, burgrabium Elbingensem creat. JL. XX, 27.

640. —— „ —— Regia Mtas praesentavit Lucam, vicarium ecclesiae parrochialis Bidgostiensis super plebaniam in Fordan, per resignationem Czestek plebani in ibidem vacantem, hortando Creslaum de Curozwanky, episcopum Vladislaviensem, tanquam loci ordinarium, ut cum resignatio eiusdem plebaniae in manibus suis facta fuerit, eundem Lucam ad eam investiat. XX, 28.

641. —— „ —— Rex arrestum proventuum de civitate Choynycze, ad tenutam Schlochoviensem pertinentium, annihilat et civibus mandat, ut de proventibus Petro Gorski, capitaneo Schlochoviensi, respondeant. JL. XX, 28.

642. —— *in octava Nativitatis V. M. (15 sep.).* Rex hon. Theodoricum Przybranowsky de 120 fl. Stanislao Cosczyelyeczky, castellano Juniwladislaviensi et capitaneo Nyeschoviensi, pro servitiis regiis solutis quietat. XX, 28.

643. —— *f. 6 post Exaltationis Crucis (16 sep.).* Rex testificatur Ioannem Dambrowsky, curiensem regium, omnes pecunias pro servitio sibi a rege debitas, equos, arma et argentum, quos habeat Sophiae, filiae olim Martini Probolowsky, consorti suae, inscripsisse et donasse. JL. XX, 28.

644. —— *sabbato post Exaltationis Crucis (17 sep.).* Rex a Friderico cardinali, archiepiscopo Gnesnensi, fratre suo, petit, ut Ioannem de Sluzow, cancellarium Cruschuiciensem, ad canonicatum vel praebendam in ecclessia metropolitana Gnesnensi vel in collegiata s. Georgii in castro Gnesnensi primum vacaturum instituat, ratione huius, quod dictus Ioannes ecclesiam parrochialem in Elbingo ad vota consulum civitatis eiusdem magistro Iacobo, canonico Culmensi, cesserat. XX, 28.

645. —— *f. 2 post Exaltationis Crucis (19 sep.).* Regia Mtas hon. Andreae Mroczek notario promisit 50 fl. solvere pro festo Nativitatis Domini proximo pro equis. r. XX, 28.

646. —— *die Michaëlis (29 sep.).* Venerat coram nuntius (civitatis Wratislauiensis) cum legatione, quae in regestro legationum continetur. n. XX, 32 (sequuntur apographa litterarum: Ludovici Hungariae et Poloniae regis de anno 1372 et duarum Benedicti abbatis B. V. Mariae in Arena Wratislaviensi de anno 1499, inferius in Supplemento regestratarum).

647. —— *f. 6 Hieronimi (30 sep.).* Regia Mtas consensit gen. Andreae de ..... curiensi suo, villam Dzyerskouicze ad oppidum Vrzandow terrae Lublinensis Nicolao Bystram in 1000 fl. obligare (cassatae). r. XX, 39.

648. *Vilna, f. 3 ante Simonis et Iudae (25 oct.).* Rex censum annuum, quem iudaei civitatis Leopoliensis annis singulis sibi solvere consueverunt, Ioanni de Buczacz seniori, curiensi suo, et Annae de Sprowa, relictae Iacobi de Buczacz, palatini Russiae, matri eius, per medium donat. XX, 33; XXI, 63.

649. —— „ —— Rex Stephano Phalko, physico suo, curiam cum villis Strepaw et Byelaw, cum silva et lacu Glambokye districtus Derschoviensis de manibus successorum Mathiae Marscheda, civis Gedanensis, redimere consentit et 200 fl. hung. ei in dictis bonis inscribit. XX, 34.

650. —— „ —— Rex mutuatis 3000 fl. apud Andream de Radzeovicze, castellanum Sochaczoviensem et capitaneum Plocensem, dictam summam ei in civitate Plocensi et oppido Byelsko certis sub condicionibus inscribit. XX, 35. NB. Contractus non erat conclusus, itaque neque litterae expeditae infrascriptae.

651. —— „ —— Rex Stanislaum, plebanum in Vitepsko, et Valentinum, canonicum et altaristam in ecclesia Vilnensi, germanos de Cuchari, ab expeditione bellica absolvit. JL. XX, 36.

652. —— *f. 4 ante Simonis et Iudae (26 oct.).* Magistro Stanislao, custodi Vilnensi, datus est salvus conductus ad Regem veniendi Vilnam et ibi secure negotia sua disponendi, manendi ad festum Nativitatis Christi, quibus dispositis vel non dispositis redeundi. r. XX, 34.

653. —— *f. 4 in crastino OO. SS. (2 nov.).* Stanislaus de Pszary, terrigena terrae Cracoviensis, liberatus est a bellica expeditione nunc in Regno instituta, pro eo, quia suus filius Laurentius in Magno Ducatu Lithuaniae bellum solvit, qui nisi hic id solvisset, pro genitore in Regno intercessisset. JL. r. XX, 34.

654. —— „ —— Stanislaus de Minori Podczachi, terrigena terrae Gostinensis, liberatus est ab nunc in Regno instituta expeditione bellica pro eo, quia Nicolaus et Andreas, filii eiusdem Stanislai, ab eo indivisi, in MDLithuaniae Regiae Mti serviunt, bellum contra Mosskos agentes, qui nisi id solvissent, extunc in Regno pro patre bellum intercessuri essent, aut alter eorum intercedendo. r. XX, 34.

655. —— *f. 4 ante Martini (9 nov.).* Rex magistro Ioanni de Osswyanczim, theologiae professori, canonico Cracoviensi et plebano in Prossowicze, fundum terrae ibidem in posteriori plateae pistorum et penes hortos civium Podobny, Zuropank, Zabłoczki, Sycowa, Sczuczka pro piscina erigenda donat, iuri ecclesiastico eum subiiciendo. JL. XX, 38.

656. *Vilna, f. 6 Martini (11 nov.).* Datus est consensus Felici Ozyablowski ad petitionem Iacobi Syekliczki, castellani Byecensis, redimendi villam Lipniki districtus Byeczensis de manibus Stanislai Lissowski in summis pecuniarum in litteris originalibus descriptarum. r. XX, 34.

657. —— *f. 3 post Briccii (15 nov.).* Nicolaus Cotowski absolvitur a bello pro praesenti in regno nostro instituto, quia filii sui proficiscuntur cum Iacobo Syekliczki in Hungariam, qui pro patre suo bellum servivissent, si in Regno fuissent. XX, 34.

658. —— „ —— Felix Ozyablowski absolvitur a bello nunc in Regno instituto propter hoc, quia proficiscitur cum Iacobo Syekliczki in Hungariam. XX, 34.

659. —— *sabbato Elisabeth (19 nov.).* Rex Jaroslao de Lassko, tribuno Siradiensi, molendinum equestre Ssadcoviense de manibus prov. Ioannis Victoris eximere consentit. JL. XX, 38.

660. —— *f. 4 Clementis (23 nov.).* Rex Stanislao Jarosski tribunatum Cracoviensem, quem Spithko de Jaroslaw, castellanus Cracoviensis, possidet, exspectative donat, litterasque prioris donationis in personam Ioannis Rapsthynski de Thanczyn, marsalci curiae regiae, post coronationem f. 2 infra octavam Circumcisionis Domini (3 ian.) anno praesenti datas, annihilat. JL. XX, 36.

661. —— *penultima Novembris (29 nov.).* Rex sententiam bannitionis contra Gregorium Materna, civem Gedanensem, qui multa scelera, latrocinia et scandala patraverat, ab Ioanne Alberto rege latam, confirmat. XX, 37.

662. —— *f. 3 vigilia Andreae (29 nov.).* Rex vicariis ecclesiae cathedralis Posnaniensis censum ecclesiasticum pro 300 fl. in bonis haereditariis et saecularibus reemptionis titulo pro usu eorum emere consentit et dictum censum ad decursum 10 annorum ab omnibus oneribus et expeditionibus bellicis liberat. JL. XX, 37.

663. —— *f. 4 Andreae (30 nov.).* Data est exactio frumentaria alias sepniczsthwo in castro Cracoviensi hon. Nicolao Dobiesska, dum modo hon. Leonardus in praesentiarum tenens sufficientem rationem coram archiepiscopo Leopoliensi et ven. Mathia de Drzeuicza de perceptis fecerit. r. XX, 38.

664. *Cracovia, f. 4 vigilia Conceptionis V. M. (7 dec.).* Rex Henricum Mychowsky in servitium, quod eidem a tempore expirationis servitii incipiet, suscipit cum comitiva 400 armatorum equitum et 100 equitum sextariorum, cui super singulum equum et hominem armatum per 10 fl. et super quemlibet sextarium per 6 fl. ad quartale anni solvere promittit. MD. XIX, 99.

665. —— „ —— Similes litterae datae sunt Stanislao Haliczki, castellano et capitaneo Leopoliensi, super 100 equites sextarios; item Petro Haliczky super 150 equites sextarios; item Ioanni Strus super 200 equites sextarios; item Chwal super 112 equites sextarios; item Ioanni Camyenyeczky super 150 equites sextarios; item Petro Olesky super 250 equites sextarios; item Crzeczowsky super 100 equites. MD. r. XIX, 99.

666. *Vilna, f. 3 Luciae (13 dec.).* Regia Mtas Ioanni Ossolinski, curiensi suo, dedit dapiferatum terrae Sandomiriensis, dummodo per cessum vel decessum gen. Owadowski vacaverit, in vim gratiae exspectativae. r. XX, 39.

667. —— *f. 4 post Luciae (14 dec.).* Rex Ioanni de Ossolyn, curiensi suo, censum annuum per cerdones Cracovienses solvi solitum donat. JL. XX, 39.

668. —— *f. 5 post Luciae (15 dec.).* Regia Mtas, petitionibus Lucae Watzelrode, episcopi Warmiensis, annuendo, admisit praeconsuli et consulibus civitatis Thorunensis bona regalia castrum et civitatem Swecze cum villis Lucae de Allen, tenutario Rogosnensi, ipsius episcopi ex sorore nepoti, resignare. XX, 40.

669. —— „ —— Rex Lucae de Allen impensa pro restauratione castri Rogozno, tenutae eius, in eo ipso castro inscribere promittit. JL. XX, 40.

670. —— *f. 6 post Luciae (16 dec.).* Rex Nicolao Naramowski, molendinatori Calissiensi, duas rotas molendi in Calisch erigere admittit: unam — pro oleis de granis omnis seminis exprimendis, pro miliisque ac pultibus de scruto faciendis, ratione cuius unum lapidem olei boni et milii scrutorumque chorum unum singulis anni regi dare debeat; alteram—fabrilium instrumentorum mundificativam alias slefarnya, per quam acuantur varia instrumenta ferrea, ratione cuius unam marcam pecuniarum regi annualiter solvere sit adstrictus. XX, 40.

671. —— *f. 3 vigilia Thomae apostoli (20 dec.).* Rex significat, quia Nicolaus Naramowski, molendinator Calissiensis, Jaroslaum de Lassko, tribunum Calissiensem, Albertum Soboczki et Nicolaum Crococzki, tutores relictae, liberorum et bonorum suorum omnes tres in solidum constituerit. XX, 55.

672. —— *f. 5 in crastino Thomae (22 dec.).* Rex, Casparo de Lesczno, succamerario Calissiensi, et Raphaeli, nepoti eius, filio olim Raphaëlis de eadem Lesczno, castellani Posnaniensis, tenutarii Radzeoviensis et regis Ioannis Alberti curiae marsalci, 200 fl. hung. et 62 marc.

argenti, sibi pro cudenda moneta nova in mutuum datos, in oppido Radzeow cum villis inscribit. JL. XX, 41.

673. *Vilna, f. 6 ante Natalis Domini (23 dec.).* Regia Mtas consensit Iacobo Paczynski, notario terrae Gostinensis, resignandi eum ipsum notariatum Dobeslao de Paczina terrigenae terrae illius Gostinensis. r. XX, 41.

674. —— *f. 2 Stephani (26 dec.).* Rex Petro Misskowski de Mirow, palatino Lanciciensi, 4400 fl. per 14 scotos pro servitiis et impendiis tempore Ioannis Alberti regis pro defensione terrarum Russiae, dum capitaneum Leopoliensem gereret, in oppido Schadek cum villis inscribit. JL. XX, 39.

675. —— „ —— Regia Mtas Andream de Radzeovicze, castellanum Sochaczoviensem et capitaneum Plocensem, a vinculo iuramenti, quod circa susceptionem eiusdem capitaneatus et castri Plocensis Ioanni Alberto regi et successoribus regibus Poloniae praestiterat pro eisdem castro et capitaneatu fideliter servandis, absolvit et liberum dimisit. r. XX, 42.

676. —— *f. 4 Innocentium (28 dec.).* Rex Georgio de Crupe (Crupski), capitaneo Chelmensi, capitaneatum terrae, civitatis et castri Belzensis et Hrodlensis, quem Ioannes Camyenyeczki in gubernatione tenet, donat. XX, 41.

677. —— „ —— Rex Ioannem Camyenyeczki, capitaneum Belzensem et Hrodlensem, a iuramento regi Ioanni Alberto pro capitaneatibus his fideliter servandis praestito, absolvit. JL XX, 41.

678. —— „ —— Regia Mtas Ioanni Rapsthynski de Thanczyn, curiae suae marsalco et capitaneo Sandomiriensi, capitaneatum terrae, civitatis et castri Plocensis, quem in praesentiarum Andreas de Radzeow, castellanus Sochaczoviensis, tenet, dedit et contulit. r. XX, 41.

679. —— *infra octavas Natalis domini (26—30 dec.).* Rex Ioannem de Przeramb, castellanum, Jaroslaum de Lasko, tribunum, Iacobum de Cruszow, subiudicem et Swyathoslaum de Ostrow, terrigenam terrae Siradiensis, nominat commissarios in causa, utrum Erasmus, civis Calissiensis, propinquior sit post mortem nob. Ioannis Sosthek (Schostek), molendinatoris Siradiensis, successor molendinorum: unius aquatici sub castro Siradiensi, alterius Kolowski in fluvio Vartha, quae dictus Erasmus nob. Nicolao Naramowski, molendinatori Calissiensi, vendiderat. JL. XXI, 68.

1503.

680. *Vilna, f. 5 vigilia Epiphaniae (5 ian.).* Rex Conrado Grewe de Brünsslik, mercatori Posnaniensi, litteras emunitatis a creditoribus alias zelasny listh ad decursum 2 annorum dat. JL. XX, 43.

681. —— „ —— Rex Paulo Jassenski oppidum Capinoss (Kapyncs) cum villis Vilkow, Vyecze (Vylkowycze), Nouawyess, Grocholye, Glusk Maior et Minor obligatum nulli redimere ad tempora eius vitae admittere pollicetur. XX, 43; XXI, 13.

682. —— *f. 3 infra octavas Epiphaniae (10 ian.).* Regia Mtas consensit Lucae Locca de Egel, vexillifero Mariemburgensi, villam regalem Sroppe de manibus fam. Ioannis Riter, civis Elbingensis, et puerorum eius redimere. JL. r. XX, 43.

683. —— „ —— Rex consentit Michaëli Zelislawski, curiensi suo, et uxori eius Annae, filiae Agnetis et Sebastiani, capitanei Gneuensis, bona Gnyew de manibus eiusdem Agnetis redimere. JL. XX, 43.

684. —— „ —— Rex Georgio Crupski, Belzensi et Chelmensi capitaneo, 600 fl. debiti pro servitiis pro festo Purificationis V. Mariae proximo (2 feb.) solvere aut ex proventibus tenutae Hrodlensis accipere demonstrat. JL. XX, 46.

685. —— „ —— Rex, indemnem volens facere Georgium Crupski, Chelmensem et Belzensem capitaneum, pro debito 300 fl. hung. Paulo Camyenski, advocato Chelmensi, solvendo, dictam summam inscriptam in civitate Chelmensi in tenutam Hrodlensem et villas Syestrzicze, Poridrobyn, Strzelcze, Losskow, Nova Vidernycza, Cladnyow, Dubna et Zablocze transfert. JL. XX, 46.

686. —— „ —— Rex Georgio Crupski, Chelmensi et Belzensi capitaneo, 438 marc., in munitionem et aedificia castri Chelmensis expositas, super civitate Chelmensi, incolis Blonyany villisque Sczebrzisska (Serebrzyscze), Ruda Ochorza, Rozdzalow, Smodz et Bussno inscribit. JL. XX, 46.

687. —— „ —— Rex Georgio Crupski, capitaneo Chelmensi et Belzensi, tenutarioque Hordlensi, pro servitiis bona regalia Hordlo cum villis redimere consentit eademque ad vitam cum condicione castrum in ibidem propriis pecuniis restaurandi possidenda ei donat. JL. XXI, 215.

688. —— *f. 4 infra octavas Epiphaniae (11 ian.).* Rex Georgio Crupski, capitaneo Belzensi et Chelmensi capitaneo, litteras indemnitatis super 100 equites dat. R. XX. 43.

689. ..... *mense Ianuario.* Rex inscriptionem 1404 fl. hung. Stanislao Maldrzyk, tribuno Leopoliensi et capitaneo Samboriensi, et Margarethae, consorti eius, in oppido Drohobicz cum villis die dominico Michaëlis (29 sep.) anno 1499 factam, in villas Lyethna, Myedzynycze, Rylecz, Horuczka et in medietatem villae Hownya, terrae Premisliensis, cum omnibus utilitatibus et exemptionibus alias wkupy ac glandino alias żyr pro pascendis porcis transfert (finis deest). XX, 44.

690. *Vilna, f. 6 Scholasticae (10 feb.).* Rex Petro Gorski, tenutario Szlochoviensi, tria molendina, unum equestre in Szlochow braseorum molendorum, secundum in fluvio Bra in villa Gwyazdi pro frumentis et pro dividendis roboribus, quod aliter sarra dicitur, et tertium minerae ferri, quod aliquando ruda, aliquando hamer appellari consuevit, erigere admittit. JL. XX, 45.

691. —— „ —— Rex Petro Gorski tenutario Szlochoviensi, oppidum Hamersthyn cum villis Hannusfelth, Domaslaw, Falkenwalth de manibus Caspari Künth (Knuth), oppidum Balde alias Katlbork de manibus Petri Künth, villam Mossyna de manibus nob. Czestek, villam Straczona de manibus Mathiae Zarambka de Jablonow, item 10 mansos in villa Stheyborn de manibus nobb. Simonis Redhaze et Andreae Schulcze, molendinum Puschiuol de manibus nob. Ioannis Dunvers et praedium Crassnycza de manibus nob. Ottae Wirzbyantha redimere consentit. JL. XX, 45.

692. —— *f. 6 post Valentini (17 feb.).* Datus est notariatus terrestris Chelmensis hon. Iacobo Gorzkowski post mortem Nicolai Voyczeski vacans, in forma cancellariae solita. r. XX, 45.

693. —— *f. 3 ante Petri (21 feb.).* Rex Nicolao Firley de Dambrowicza, vexillifero Cracoviensi, pro servitiis in itineribus remotissimarum partium ad principes christianos atque in Graeciam et Thraciam ad imperatorem Turcarum, etiam patri et fratri suo praestitis, capitaneatum Lublinensem cum exactione 2 gross. anni 1502 et 1503 usque ad solutionem 1800 fl. super villis Krczonow, Zukow, Swydnyk, Janowycze, Wrodlkow, molendinis et piscinis Lublinensibus, censu suburbiorum Czwarthek, Podgrodzye, Tatari, balneo et teloneo aggerali inscriptorum, certis condicionibus adiectis, possidendum donat. XXI, 188.

694. —— „ —— Rex Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, 1000 fl. hung et 800 fl. in $^1/_2$ gros., Stanislao Curopatwa de Laczuchow, castellano Chelmensi solutos, in villis Krczonow, Swidnyk, Janowcze et Vrodlkow, in molendinis et piscinis Lublinensibus, censu suburbiorum Czvyartek, Podgrodzye, Tatari et in balneo inscribit. XXI, 189.

695. —— *f. 3 vigilia Petri ad cathedram (21 feb.).* Rex Nicolao Firley de Dambrowicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, 1000 fl. auro et 800 fl. in $^1/_2$ grossis, iussu regio Stanislao Curopathwa de Laczuchow, castellano Chelmensi, solutos, in villis Krczonow, Swidnyk, Janouicze et Vrodlkow terrae Lublinensis, necnon in molendinis et piscinis circa Lublinensem civitatem exsistentibus, item in censu suburbii Lublinensis utriusque Czwarthek, Podgrodze, Tatari, balneo castrensi et aggerali Lublinensi alias grobelne inscribit. JL. XX, 47.

696. —— „ —— Rex Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, villas Lasskouicze et Czolna, in capitaneatu Lublinensi sitas, ad tempora vitae possidendas donat. JL. XX, 47.

697. —— „ —— Regia Mtas Ioanni Polak de Carnkow 1600 fl. in moneta communi pro festo Michaëlis proxime futuro (29 sep) pro servitiis, impensis et damnis in servitio Lithuaniae versus Smolensko perpessis, quae praestitit, verbo regio soluturam se submisit et litteras manu propria subscripsit. r. XX, 49.

698. —— *f. 4 Petri ad cathedram (22 feb.).* Rex Nicolao Firley de Dambrouicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, pro servitiis intra et extra regnum, praesertim pro itineribus remotissimarum partium ad principes christianos atque in Graeciam et Traciam ad imperatorem Turcarum, capitaneatum Lublinensem donat usque ad solutionem summae 1800 fl. praecedentibus litteris inscriptae, dat ei etiam exactionem 2 gross. annorum 1502 et 1503 pro munitione castri Lublinensis conservanda, etiam biennio hoc elapso Nicolaus Firley exactionem hanc exigere debebit et postea rationem reddere pro summis ex ea provenientibus et pro aedificatione et restauratione castri conversis. JL. XX, 39.

699. —— „ —— Rex Nicolao Firley, capitaneo Lublinensi, consentit, ut bona eiusdem capitaneatus de manibus variorum personarum eximat. r. XX, 49.

700. —— „ —— Rex Nicolaum Firley de Dambrovicza, vexilliferum Cracoviensem et capitaneum Lublinensem, de omnibus perceptis dicti capitaneatus usque ad dominicam Laetare proximam (26 mar.) quietat. JL. XX, 49.

701. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis nob. Iwasskoni armeno, cubiculario et interpreti regio, in loco campestri circa Czarnowcze in Moldavia, dominica ante OO. SS. (29 oct.) anno 1497 super bona nobilium Domazirsczi ei donata datas, confirmat. JL. XX, 50.

702. —— „ —— Rex Ioanni Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi, villas

Lasskouicze et Czolna capitaneatus Lublinensis ad vitam possidendas donat, successoribus vero eius 100 marc. solvere se et successores suos obligat. XXI, 189.

703. *Vilna, f. 6 Mathiae (24 feb.)*. Rex nob. Iwasskoni, cubiculario et intepreti suo, attentis servitiis, quae ad mandata regum in Turciam et Tartariam itinera multotiens obeundo exhibuerat, domum in civitate Leopoliensi, quam possidet prov. Nicolaus Kozinko in Circulo inter domos Petri Wlosathi et Romanon, in quantum ad se devoluta esset, iure haereditario donat. JL. XX, 50.

704. *Iunivladislavia, f. 6 Mathiae (24 feb.)*. Ioannes Grochowski, canonicus Gnesnensis, Albertus de Caczkovo iudex, Vincentius Gąska subiudex Iunivladislavienses et Nicolaus Cobyeliczki, thesaurarius Iunivladislaviensis, commissarii per Creslaum de Kurozwanki, episcopum Vladislaviensem et regni cancellarium deputati, certam concordiam inter consules et communitatem civitatis Iunivladislaviensis, ex una, et prov. Mathiam Kozazyya (Koszazyya), concivem eorum, parte ex altera, ratione variarum discordiarum, rixarum et damnorum constituunt. XX, 259.

705. *Vilna, f. 2 post Mathiae (27 feb.)*. Regia Mtas nob. Iwasskoni et incolis villarum Cozicze et Gnyemyelino tenutae eius in silvis, nemoribus, quercetis villarum capitaneatus Leopoliensis scrophas, porcos et sues in glandinibus alias na zirze ad tempora vitae ipsius tenere permittit. JL. r. XX, 51.

706. *Posnania, f. 4 post Invocavit (8 mar.)*. Ambrosius de Pampow, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, significat, quia Hedvigis relicta Alberti Gorsky, castellani Landensis et capitanei Wschowensis, cum Alberto cancellario Posnaniensi et Petro filiis suis de Gora, capitaneis et tenutariis Wschowensibus, cum consensu regio, stationem regiam in Wschowa in summa 60 marc. annuatim pro 400 marcis, uti summa dotis Catharinae, filiae dictae Hedvigis, Andreae Opporowski vendiderunt. XX, 114.

707. *Vilna, f. 5 ante Gregorii (9 mar.)*. Rex Christophoro de Lawno, tenutario in Skarszowa, certas sortes oppidi Skarszowa districtus Derssouiensis, de manibus Nicolai, Ioannis et Christophori, filiorum olim Andreae de Borssaw, castellani Gedanensis, et de manibus Nicolai Bandowsky, item villas Przedkouo, Czayssaw, Caylaw et Kossowo de manibus viduae et liberorum olim Laurentii Crokowski alias Cassuba redimere consentit, et 286 fl. pro servitiis ac 100 fl. pro aedificiis instaurandis in eadem tenuta ei inscribit. JL. XX, 51.

708. —— „ —— Rex Ioanni de Volikow, succamerario Pomeraniae, consentit, ut mediam silvam cum lacubus, quae quondam ad civitatem Gedanensem pertinebat, de manibus Pauli alias Passek Kaczki, iudicis districtus Gedanensis, item villam Colczkowo, villam Wissoko et molendinum Rzgynski de manibus tenutariorum eximat. JL. XX, 52.

709. —— „ —— Regia Mtas Ioanni de Wolikow, succamerario Pomeraniae, consentit ut villas Lybnow et Rudno in districtu Gneuensi de manibus fam. Tidman Gize, consulis Gedanensis, eximat. r. XX, 52.

710. —— „ —— Regia Mtas, ad vota Lucae (Watzelrode) episcopi Warmiensis, consensit Lucae de Allen, tenutario in Rogozno, villam Gorino districtus Rogoznensis de manibus Petri Nyewyerski redimere. r. XX, 52.

711. *In conventione generali Piotrkoviensi, dominica Reminiscere (12 mar.)*. Articuli pro defensione reipublicae per dominos consiliarios regni, innitendo antiquis constitutionibus, ex unanimi communitatum omnium terrarum consilio, constituti et per omnes approbati. XIX, 101.

712. *Vilna, dominica Gregorii (12 mar.)*. Rex reformationem Barbarae per maritum eius Stanislaum Curopathwa de Laczuchow, castellanum Chelmensem, coram actis terrestribus Lublinensibus f. 6 ante Assumptionis V. M. (12 aug.) anno 1502 recognitam confirmat. JL. XX, 52.

713. —— „ —— Rex Michaëli de Zelislaw, capitaneo Gneuensi, notum facit se vadium 1000 fl. inter eum et Sebastianum de Legendorff interposuisse. XX, 53.

714. —— „ —— Rex Mathiam Felsdorff, tenutarium in Stargarth, ad iudicium conventionale Prussiae citat et 1000 fl. hung. vadii super eum inscribit. XX, 54.

715. —— „ —— Interpositum est vadium 1000 fl. hung. inter Michaëlem Zelislawski et Fabianum filium Ruperti Rabbe. r. XX, 54.

716. —— „ —— Interpositum est vadium 1000 fl. hung. inter Michaëlem Zelislawski et Ioannem Ssorcz, filium Petri, tenutarii in Kissow. r. XX, 54.

717. —— „ —— Vadium 1000 fl. hung. insinuatum est Nicolao Baldowski, complici Sebastiani de Legendorff. r. XX, 54.

718. —— „ —— Vadium 1000 fl. hung. insinuatum est Catharinae de Coscyelecz, relictae Ottonis tenutarii in Ossyek, quia familiares eius una cum Sebastiano de Legendorff interfuerint. r. XX, 54.

719. —— *f. 2 in crastino Gregorii (13 mar.)*. Rex Sebastianum de Legendorff ad conventionem in Prussia citat et certiorem facit se inter illum et Michaëlem de Zelislaw vadium 1000 fl. hung. inscribere iussisse. XX, 53.

720. *Vilna, f. 3 post Gregorii (14 mar.).* Regia Mtas consensit Sigismundo Stosch, curiensi suo, censum 200 fl. et 20 marc., in suppis Cracoviensibus et 100 fl. in iudaeis Cracoviensibus donatum, certis sub condicionibus ad triennium obligare. r. XX, 52.

721. —— „ —— Data est exspectativa Stanislao Grzywa de Passykonye super tribunatum Plocensem, quandocunque ipsum tribunatum per cessum vel decessum Ioannis Trambsky, moderni eius possessoris, contigerit vacare. r. XX, 53.

722. —— *f. 6 ante Oculi (17 mar.).* Rex oppidanis oppidi de Jaroslaw, a Tartaris igne absumpti, 10 annorum libertatem ab exactionibus donat. JL. r. XX, 54.

723. —— *sabbato ante Oculi (18 mar.).* Rex Ioanni Rapschthinski, marsalco curiae, Sandomiriensi et Plocensi capitaneo, 3000 fl. pro servitiis et damnis die Michaelis proximo (29 sep.) solvere aut intromissionem in villas Padew, Jasslany, Splaw, Splawska Volya et Nyssko capitaneatus Sandomiriensis dare se obligat. JL. XX, 55.

724. *In conventione generali Piotrcoviensi, f. 3 post Laetare (28 mar.).* Nuntii infrascripti terrarum sic ut inferius quitantiis expediti sunt ratione expensae, in conventione factae per dominos consiliarios status utriusque: nuntiis terrae Cracoviensis ad Ioannem Jordan de Zacliczin, Cracoviensis terrae exactorem, ad rationem actualium marc. 80; nuntiis Sandomiriensibus ad Slabosch ad rationem actualium marc. 80; domino Cola, palatino Russiae, ad Dersnyak marc. 15; eidem ad Stanislaum Zolkewsky, Leopoliensem exactorem, ad rationem actualium marc. 15; nuntiis Lanciciae ad Drzeuyeczky ad rationem actualium marc. 16; nuntiis Cuyawiensibus ad Caczkowsky marc. 16; nuntiis Rawensibus ad Stanislaum Syrchowsky ad rationem actualium marc. 8; nuntio Ploczensi Grambeczky, qui et exactor est, ad se ipsum marc. 10; nuntiis Premisliensibus ad Dersnyak cum Sanoczensi marc. 20; nuntio Dobrinensi marc. 8; nuntio Sanoczensi ad Wzdowsky marc. 10; episcopo ad Latalsky super exactionem actualium pro expensis in Lithuania fl. 200; notariis cancellariae ad eundem marc. 15. n. XIX, 105.

725. —— „ —— Litterae universales consiliariorum regiorum pro defensione publica ad capitaneos missae sunt, ut pro festo Stanislai (8 mai) proxime venturo circa N.N. cum omni apparatu bellico iuxta bonorum cuiuslibet facultatem convenirent, servitiumque suum palatino et castellano loci demonstrarent. XIX, 105.

726. —— „ —— Epistola consiliariorum regni ad Nicolaum de Camyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem generalem, ut quilibet terrigena terrae Cracoviensis et districtuum eiusdem pro festo Stanislai proxime venturo (8 mai) in Woynycz se armatus eo modo, quo quisque bellum servire tenetur, conferat et ibidem se palatino suo et castellano revidendum demonstret. XIX, 105

727. —— „ —— Litterae universales consiliariorum regni ad terrigenas et incolas terrarum Maioris Poloniae, ad expeditionem bellicam de iure obligatos, ut, quamprimum per primas restium litteras requisiti fuerint, ad arma quilibet consurgat et pro conducendis servilibus, in praesidiis terrarum Russiae locandis, exactionem fertonum de quolibet laneo possessionato pro festo Pentecosten proxime venturo (4 iun.) exsolvet. XIX, 106.

728. —— „ —— Epistola consiliariorum regni ad Ambrosium Pampowski, palatinum Siradiensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, de laudata in hoc conventu expeditione bellica et exactione fertonum pro conducendis servilibus, in praesidiis Russiae locandis, de quolibet laneo possessionato pro festo Pentecosten proxime venturo (4 iun.) exsolvenda. XIX, 106.

729. —— *f. 4 ante Iudica (29 mar.).* Ioannes de Przeramb castellanus, Jaroslaus de Lasko tribunus, Iacobus de Cruszow subiudex Siradienses, et Swyathoslaus de Ostrow commissarii, a rege deputati, Erasmo, civi Calissiensi, occasione molendinorum: unius antiqui sub castro Siradiensi, alterius Kolowski in fluvio Vartha, post mortem nob. Ioannis Schostek, molendinatoris Siradiensis, ad praefatum Erasmum iure propinquitatis devolutorum, ad testimonium nob. Ioannis Zbyerskj dicti Czarnutha, annorum 80, Petri Dlugy, Ioannis de Cuczkow, Nicolai de Guthow, Bartholomaei de Janykow et Simonis de Iedlecz, quod dictus Erasmus olim Ioannis Schostek est germanus de patruelibus et successor, decernunt. XXI, 68.

730. *Vilna, f. 6 ante Iudica (31 mar.).* Lucae Sokolowski datus est notariatus, postquam per cessum vel decessum Andreae Grad de Lubowcz, moderni eius possessoris, vacauerit r. XX, 55.

731. —— *f. 3 post Iudica (4 apr.).* Regia Mtas Florianum, Gnevossium et Ioannem, germanos de Chrastow ab expeditione bellica in regno futura liberavit, inquantum ipsi fratres indivisi et ipse Gnevossius, curiensis Suae Mtis exsistens, personaliter servitiis intendet Regiae Mtis aut in curia, aut si ubi per Suam Mtem destinatus esset. JL. r. XX, 56.

732. —— *f. 4 post Iudica (5 apr.).* Regia Mtas consensit Olechno Skorutha de Mlodaticze, succamerario Chelmensi, villam regalem Brzesczicko de manibus Dorotheae relictae Venceslai de Nyeborow, palatini Belzensis, redimere. r. XX, 55.

733. —— *dominica Palmarum (9 apr.).* Rex Ulrico de Elzendorff, mercatori in Lomza, salvum conductum ad annum praesentem duraturum donat. JL. XX, 56.

734. *Vilnae, f. 2 post Palmarum (10 apr.)*. Datus est consensus Nicolao Gardzina, palatino Calisiensi, obligandi villam Glinno Bartholomaeo Barthachowski, in forma cancellariae solita. r. XX, 56.

735. *Cracoviae, de mandato Regiae M[ies]tis. f. 5 Magna (13 apr.)*. Rex nob. Henrico Mychowsky, 400 equitum armatorum et 100 sextariorum rotmagistro pro servitio, in terris Russiae exhibito, 6400 fl. per 14 septim. et 850 fl. per $^1/_2$ septimanam computatam, et pro damnis in eodem servitio perceptis 193$^1/_2$ fl. tenetur, medietatemque summarum pro servitio in 3 septimanis post festum Michaëlis (29 sep.) proxime venturum, reliquam vero medietatem pro festo Epiphaniarum domini proxime venturo (6 ian. 1504) et summam supradictam pro damnis pro festo Ioannis Baptistae proxime futuro (24 iun.) solvere promittit. Ad relationem Iacobi de Buczacz, secretarii regii. XX, 167.

736. *Vilnae, f. 2 Paschae (17 apr.)*. Rex civibus Gnesnensibus ob ignis damna passis 16 annorum libertatem ab omnibus exactionibus et a czopowe ad usum quartale anni donat. 31. XX, 56.

737. —— *f. 6 ante Adalberti (21 apr.)*. Regia M[ies]tas Georgio Marc, consuli Gedanensi, consensit villam Pessilia de manibus Georgii de Baysen aliorumque Nicolai de Baysen, tenutarii Stumensis et palatini Marienburgensis, successorum eximere. r. XX, 56.

738. —— *dominica Conductus Paschae (23 apr.)*. Regia M[ies]tas consensit Ioanni Bytkowski de Dobrzelin, tenutario in Brzeszko, 1000 marc. dotis et dotalicii Margarethae de Podsobodzicze, uxori eius, in villis Lenkowicze et Brzeszko cum advocatia inscribere. r. XX, 56.

739. —— *f. 3 Marci (25 apr.)*. Regia M[ies]tas egr. Stephano Pholen, physico suo, consensit villas regales Libenow, Buden, Garczmen districtus Gedanensis de manibus fam. Thudensi Gimmer, consulis Gedanensis, redimere. r. XX, 57.

740. —— *f. 6 post Marci (28 apr.)*. Regia M[ies]tas oppido Zawichost et villis Iamnycani, Dorozin, Pystrowicze, Suchlewicze, Czemin, Moniecz, Borow, Petrungy et Ostrow ad oppidum illud pertinentes, igne et ab hostibus vastatis, libertatem ab exactionibus 8 annorum, a laborinuvero et podvodis 3 annorum donat. r. XX, 57.

741. —— *f. 6 Vitalis (28 apr.)*. Consensus Ioannicoi [illegible] eximendi villam Orzyany datus est, quam villam possidet quondam Pyeniakowski in capitaneatu Camenecensi. r. XX, 56.

742. *Cracoviae, ad litteralem mandatum Regiae M[ies]tis, f. 2 Philippi et Iacobi (1 mai.)*. Rex Iacobo de Schidlowyecz, capitaneo Lanciciensi et regni thesaurario, bona regalia villarum Czeczow, Zyrzawa, Jadlowka, Borek, Damirowka, Byenkowicze et medietatem villae Ostrow de manibus nobb. Ioannis et Petri Gywadzy germanorum eximere admittit. 1. VII, XX 111.

743. *Vilnae, f. 2 die Philippi et Iacobi (1 mai.)*. Rex Ioanni de Lasko, cancellario Gnesnensi, canonico Cracoviensi et supremo secretario suo, domum aream et curiam in suburbio Premisliensi supra viam ex oppido dicto versus molendinum aquaticum regium in dextra parte et ex opposito curiae regiae sitas iure hereditario donat. XX, 87.

744. —— *f. 3 Sigismundi (2 mai.)*. Rex Nicolaum de Camyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem, campiductorem exercituum regni generalem nominat. XX, 165.

745. —— *f. 5 Floriani (4 mai.)*. Datus est castellanatus terrae Dobrzynensis . . . . (agna deletum) in eadem terra gen. N. Sokoloweski. r. XX, 57.

746. —— , —— Datus est castellanatus Rypinensis generoso . . . . . (agna deletum) dignitatis generosi Radzikowski. r. XX, 57.

747. —— , —— Datus est vexilliferatus maior terrae Dobrzinensis Nicolao Rayski. r. XX, 57.

748. —— , —— Datus est consensus Lucae de Gorka, castellano Poznaniensi, obligare castrum Inowloclavien. [illegible] regii, qui [illegible] [illegible] Przanowski, palatini Siradiensis, praestare debebit. r. XX, 56.

749. —— *f. 6 Gotthardi (5 mai.)*. Data est castellania Zawichostensis Iacobo Kurzman-Skotnicki de Skotniki, iudici Sandomiriensi et [illegible] castri Cracoviensis, certo sub conditionibus quoad expeditionem bellicam. r. XX, 57; XX, 301.

750. —— *sabbato Ioannis ante Portam (6 mai.)*. Litterae universales regiae ad capitaneos ut negligentes in solvendis exactionibus pignorationibus compellant. XX, 57.

751. —— *dominica ante Stanislai in mense (7 mai.)*. Regia M[ies]tas consensit Zawisza de Czarnolesie, castellano Plocensi, villam regalem Zelczi terrae Visnensis, tenutae suae, Ioanni Czampski aut alteri cuicumque subdito Regiae fideli obligare. r. XX, 57.

752. —— , —— Rex Paulo Gnin de Iu . . . . castrum et oppidum Olsztyn terrae Leopoliensis ad vitae tempora possidendum donat. XX, 58.

753. —— , —— Rex Stanislao Bynek, servitori suo, oppidum Bustyn in terra Podoliae, in 1000 fl. hung. possidendum donat. XX, 58.

754. *Vilna, dominica ante Stanislai in maio (7 mai).* Regia Mtas Stanislao Kmitha de Wissnicze, palatino Belzensi et capitaneo Premisliensi, consentit medietatem villae Titow.... nob. Catharinae relictae Nicolai Cleofas obligare. r. XX, 60.

755. —— „ —— Rex Petro Herborth Odnowski de Felsthin 1000 fl. in civitate Premisliensi et villis inscribit. JL. XX, 60.

756. —— „ —— Regia Mtas, dando Petro Herborth Odnowski intromissionem in civitatem Premisliensem, Stanislaum Kmytha de Wissnycze, palatinum Belzensem et protunc capitaneum Premisliensem, a vinculo iuramentis absolvit. r. XX, 60.

757. *Bobrownyky, f. 2 Stanislai vernalis (8 mai).* Andreas de Kyiaskowo, castellanus Szlonensis et vicecapitaneus terrae Dobrinensis, significat, quia coram se, iudicia castri Bobrownicensis eodem die iudicante, Ioannes de Carnykowo, iudex Dobrinensis et Stanislaus germanus ipsius praestito iuramento recognoverint nobilem Casparum Herman de terra Dobrinensi de villa Rsuchowo ortum, natum vero in terris Prussiae in villa Richnowo, ipsorum patruum de armis Junoscho ex patre Ioanne esse, et praeterea Nicolaus de Orlowo, subiudex Lublinensis terrae, et Andreas de Antiqua Wielky, consanguinei Margarethae de praefata Rsuchowo, aviae ipsius Casper Herman, etiam praestito iuramento recognoverint praedictum Caspar ipsorum verum sororinum esse ex armis Lubyeczy, babatum et in medio et desuper crucem portantem. XX, 118.

758. *Vilna, f. 3 in crastino Stanislai (9 mai).* Regia Mtas conservavit prov. Frycz cirurgicum Leopoliensem circa donationem 10 marc. annis singulis de teloneo Leopoliensi per teloneatorem pro tempore exsistentem solvendarum iuxta litteras Ioannis Alberti regis, quas Regia Mtas roboravit et decrevit duraturas ad beneplacitum suum secundum litteras originales donationis factae, in forma cancellariae solita. r. XX, 58.

759. —— „ —— Rex examinato decreto in causa nobilium: Nicolai, Iacobi Karczowie germanorum, Laurentii filii Augustini, Andreae Czechonyowicz, Iacobi filii, Ioannis et aliorum nobilium germanorum et patruelium haeredum de Wyerzbowo occasione mericae nuncupatae vulgariter Wyrzba circa fluvium Lywiecz, per olim Paulum Sczekoczki, capitaneum Lukoviensem, donatae, nunc vero sibi per Petrum Domaszowski, vicecapitaneum Lucoviensem, denegatae seu inquietatae, a Iacobo de Plysczyn, plebano in Ulan, Vincentio de Gosd iudice et Dobeslao de Mysslow subiudice Lukoviensibus circa testimonia nobilium: Mathiae Wyerzeyskj, Nicolai Crasowskj, Andreae Pogonowskj, Pauli Plodowskj, Ioannis Wyerzeyskj, Iacobi Lingowskj et Nicolai Plodowski causam hanc ad suum in regnum ingressum prorogat. JL. XX, 189.

760. —— *f. 4 post Stanislai in maio (10 mai).* Rex civitati Leopoliensi in rivulis Brzuchawa tabernas, kmetones, hortulanos, piscinas locandi facultatem donat. XX, 59.

761. —— „ —— Rex in civitate Leopoliensi forum annuale pro festo Agnetis (21 ian.) abolet. JL. XX, 59.

762. —— „ —— Rex libertatem, quam mercatores hospites in civitate Leopoliensi libere ab aliis hospitibus res venales emendo habebant ad 2 annorum decursum suspendit. XX, 59.

763. —— *f. 5 post Stanislai in maio (11 mai).* Rex Nicolaum Krzizkowski, tribunum Posnaniensem, ab expeditione bellica absolvit. R. XX, 60.

764. —— „ —— Rex ad petitiones Stephani Cimiczki, canonici et altaristae ecclesiae Petri et Pauli in Camyenyecz, donationem medietatis villae Besnoskowcze districtus Camenecensis pro altari ss. Andreae, 10000 militum, Michaëlis archangeli et Mariae Magdalenae in dicta ecclesia confirmat. JL. XX, 60.

765. —— *f. 6 ante Sophiae (12 mai).* Regia Mtas nobili Ernastho Vnrw, curiensi suo, bona fam. Francisci Stehry, civis Thorunensis (*Baltazar Pircha tenutarii* — deletum) villas Magnam et Minorem Poleczka districtus Derschoviensis eximere permittit et 300 fl. pruth. in eisdem villis ei inscribit (litterae cassatae). XX, 61.

766. —— „ —— Rex Nicolao Zolkyewski, vexillifero Chelmensi, oppidum Skalath cum villis iure haereditario donat. JL. XX, 61.

767. —— „ —— Regia Mtas nob. Iohanni Guth, curiensi suo, officium nossnyczthwo dictum in zuppa Wyeliciensi, quod in praesentiarum obtinet nob. Sassyn Trambski in vim gratiae exspectativae dedit et contulit per ipsum possidendum ad ultima vitae tempora. r. XX, 61.

768. —— „ —— Rex Nicolao Zolkyewski, vexillifero Chelmensi, 700 fl. in oppido Scala et villis in terra Podoliae inscribit. XX, 61.

769. —— „ —— Regia Mtas consensit nob. Ernastho Unrw, curiensi suo, castrum Papow cum villis in terris Prussiae de manibus fam. Francisci Estchey, civis Thorunensis, eximere. r. XX, 65.

770. —— *f. 2 Sophiae (15 mai).* Rex Nicolao Zolkyewski, vexillifero Chelmensi, 700 fl. in oppido Skala terrae Podoliae inscribit. XXII, 62.

771. —— *f. 6 post Sophiae (19 mai).* Datus est consensus Petro Schaffranyecz, capitaneo Mariemburgensi et castellano Wisliciensi, villas regales Sthümesdorff et Peterswaldth, ad oppidum Sthüm pertinentes, de manibus successorum Nicolai de Baysen, palatini Mariembur-

gensis eximendi et nob. Nicolao Spoth, advocato Mariemburgensi, in undecem centenis fl. hung. obligandi. r. XX, 62.

772. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis, f. 2 ante Urbani (22 mai).* Rex gen. Ioannem Sthruss cum comitiva 200 equitum sextariorum in servitium suscipit, cui ad unum quartale anni per 6 fl. super singulum equum et hominem solvere promittit (deletae). XIX, 107.

773. —— „ —— Petro Cola similes litterae indemnitatis super 150 equitum sextariorum datae sunt (deletum). r. XX, 107.

774. —— „ —— Shphal similes litterae indemnitatis super 150 equitum sextariorum datae sunt (deletum). r. XIX, 107.

775. —— „ —— Hieronimo Gyemyelnyczky similes litterae indemnitatis super 100 equitum sextariorum datae sunt (deletum). r. XIX, 107.

776. *Vilna, f. 2 post Sophiae (22 mai).* Rex Petro Miskowski de Mirow, palatino Lanciciensi, domum in anteurbio Piotrcoviensi, supra viam in dextra parte ex oppido ipso Pyothrkow versus Volborz eundo et ex opposito curiae regiae, quam olim Ioannes Tirnka, capitaneus Ossvyanczimensis, tenebat, ad alteram successionem donat. XX, 84.

777. —— *f. 2 ante Urbani (22 mai).* Litterae regiae ad Ioannem Thurzi, consulem Cracoviensem, ut ad mandatum Erasmi (Ciołek), praepositi Vilnensis, secretarii regii et oratoris, pro expediendis negotiis cum alio barone regni Romam ituri, pecuniam usque ad summam 10000 fl dare factoribus suis Romae committat. XX, 71. NB. Sub eadem similis epistola ad Ioannem Boner, consulem Cracoviensem, data est.

778. —— *f. 3 ante Urbani (23 mai).* Regia Mtas nob. Iacobo Wrona de Thlusthy Lug, curiensi suo, certas pecuniarum summas super bonis haereditariis nob. Ioannis Zorawynski Monastirzecz aut nob. Petri Pyetruss cum uxore Stachna levandas donat. r. XX, 62.

779. —— *f. 3 Rogationum (23 mai).* Rex Petro Miscowski, palatino Lanciciensi, oppidum Wadowicze, iure speciali post mortem Wlodkonis, ducis Zathoriensis, ad se devolutum, iure haereditario donat. JL. XX, 64.

780. —— *f. 4 Rogationum (24 mai).* Rex Nicolao de Cossobudi (Kossobuczki) 400 fl. super oppido Raczyasz districtus Ploczensis inscribit. R. XX, 62.

781. —— *f. 4 vigilia Ascensionis Domini (24 mai).* Regia Mtas ad preces consiliariorum pro parte Bartholomaei Grusczynski, canonici Gnesnensis et praepositi ecclesiae parrochialis Cozminensis, consensit pro eadem ecclesia censum annuum pro 400 fl. in bonis haereditariis et saecularibus iure reemptionis vendere, dictumque censum ad decursum 10 annorum ab omnibus oneribus absolvit et iurisdictioni ecclesiasticae incorporat. XX, 63.

782. —— „ —— Rex ad preces Bartholomaei Grusczynski de Iwanowicze, canonici Gnesnensis, aream in civitate Calissiensi, in spatio castrensi immediate sub castro iacentem, ad vitam possidendam donat. R. XX, 63.

783. —— *f. 6 in crastino Urbani (26 mai).* Rex consentit Ludimille de Gunicze, ut teneat villas Pyetrzikow, Wroczino, Nyedawyrz et .... (deest), in quibus a marito Iacobo Bothurzynski dotalitium inscriptum habeat. XX, 63.

784. —— *f. 6 in crastino Ascensionis Domini (26 mai).* Rex Petro Misskowski de Mirow, palatino Lanciciensi, qui cum periculo valetudinis negotia in Moscovia agebat, 1200 fl. in villa Brodnya terrae Siradiensis inscribit et in tenutam una cum oppido Szadek dat. XX, 64.

785. —— *sabbato post Urbani (27 mai).* Regia Mtas, provisionem debitam et opportunam castris Lowicz, Unyeow et Opatow, bonorum mensae archiepiscopalis Gnesnensis ecclesiae, praesertim in praesentiarum, dum illa ecclesia suo orbata est pastore, facere cupiens, venn. et nobb. Nicolaum Cleczowski capitaneum, Alexandrum Irzikowski burgrabium et Albertum Gosthkowski indicem in Loviciensi, Valentium Zakschynski et Vincentium Lagyewniczki in Vnyeoviensi praefectos, Bartholomaeum Grusczynski de Ywanowicze, canonicum Gnesnensem, tenutarium, Mathiam Droszowski burgrabium in Opathowiensi castris consistentes, propter defensionem et tutamentum castrorum praedictorum, ab expeditione bellica nunc indicta et instituta liberandos et eximendos decrevit. r. XX, 63.

786. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (30 mai).* Regia Mtas ven. Ioanni Sluzewski, canonico Crusswiciensi, notariatum terrae Brestensis in vim gratiae exspectativae post cessum vel decessum moderni notarii dedit. r. XX, 63.

787. —— „ —— Absolutus est a bello quoad personam propriam ad unum annum debet tamen loco sui pro omni expeditione aliquem alium valentem tot equitibus comitatum, cum quot ipse solus esset iturus, si ire posset, expedire (nomen desideratur). r. XX, 63.

788. *Iunivladislavia, f. 3 post Ascensionis Domini (30 mai).* Nicolaus de Crethkowo, palatinus Iunivladislaviensis, significat, quia coram se et Alberto Caczkowsky, iudice terrestri, Vincentio de Gąsky subiudice, Nicolao de Cobielicze thesaurario Iunivladislaviensibus, Albertus de Zechlino et Nicolaus de Łączino avunculi nobilem Caspar Hermanum fore ipsorum sororinum de armis Scheligi, similiter Nicolaus de Cobilicze et Ioannes Grimek de Markovicze, fratres et

consanguinei Catharinae de Schczkowo, avae praefati Caspari, ipsum fore suum verum sororinum de armis Grzimal omnes sub iuramentis recognoverint. XX, 118.

789. *Vilna, f. 5 octava Ascensionis Domini (1 iun.).* Datus est consensus Christophoro Tasslik Nurowski, militi Hierosolymitano, eximendi oppidum Czesskouicze cum villis Ostrscha, Boguniowicze et ..... districtus Byeczensis de manibus nob. Barbarae Baranowska. r. XX, 64.

790. —— „ —— Datus est consensus Sassin Trambski eximendi oppidum Ossmolin de manibus Nicolai Walewski, succamerarii Sochaczoviensis, eidemque 200 fl. in dicto oppido inscripti sunt. r. XX, 64.

791. —— *f. 6 ante Pentecostes (2 iun.).* Rex 700 fl. stipendii per olim Petrum Stopa de Horiszow emeriti, successoribus eius pro festo Pentecostes (26 mai) anni 1504 solvere pollicetur. XX, 65.

792. —— „ —— Datus est consensus episcopo Warmiensi eximendi oppidum Tolkmith cum villis de manibus Georgii de Baysen, tenutarii castri Ssthūm. r. XX, 65.

793. —— *vigilia Pentecostes (3 iun.).* Rex Georgio de Paludia, tenutario Colensi, qui iter in Moscoviam obibat, 500 fl. hung. in bonis Colo inscribit. XX, 65.

794. —— *f. 4 Quatuor temporum S. Spiritus (7 iun.).* Rex Nicolaum Philipowski, pincernam curiae suae, a bellica expeditione absolvit. XX, 66.

795. —— *f. 5 Quatuor temporum S. Spiritus (8 iun.).* Rex David Horzissowski, notario terrae Belsensis, in vim compensationis pro salariis, quae debet Petro Stopa, fratri eius germano, vexilliferatum terrae Belsensis, per cessum Wizgae de Gdassyn vacaturum, donat. R. XX, 65.

796. —— *f. 5 post Pentecostes (8 iun.).* Rex inscriptionem villae Dasskowcze in terra Podoliae et districtu Cameneczensi sitae in 50 marcis per Vladislaum II, Poloniae regem, visis originalibus litteris, per aquae madefactionem casu destructis, ad petitionem Theophili alias Theophyn Jolthuch confirmat. JL. XX, 66.

797. —— „ —— Regia Mtas Olechnonem Syedleczki in castro Chelm, Nicolaum Borikowski in castro Hrodlo et Nicolaum Rogala in castro Belz, in absentia Georgii Crupski capitanei, a bellica expeditione absolvit. XX, 66.

798. —— „ —— Regia Mtas Ernastho Unrw, curiensi suo, villas regales Maiorem et Minorem Poleczka districtus Derssouiensis de manibus nob. Baltazar Pircha eximere consensit. r. XX, 66.

799. —— „ —— Rex Theophilo alias Thenophyey Jolthuch, tenutario villae Dzyakowcze districtus Leticzowiensis, 30 marc. pro erigendis piscinis in eadem villa inscribit. XX, 67.

800. —— „ —— Rex Thichno Zedrankowicz villam Humyencze, in districtu Chmyelniczensi terrae Podoliae sitam, de manibus aliorum conpossessorum, videlicet: Ioannis alias Iwan, Constantini et Jasskonis eximere consentit. XX, 67.

801. —— *vigilia Trinitatis (10 iun.).* Rex Georgio Crupski, Belsensi et Chelmensi capitaneo, teloneum Chelmense, quod iudaeus Jcsko arrendat, pro finienda restauratione castri Chelmensis, a festo Martini proximo (11 nov.) ad aliud idem festum, donat. R. XX, 66.

802. *Cracovia, ad relationem Erasmi Cziolek, dominica Trinitatis (11 iun.).* Datus est castellanatus Czechoviensis ad promotionem Reginalis Mtis gen. — Myssopad in forma cancellariae solita. r. XIX, 107.

803. —— „ —— Datae sunt litterae passus Martino Bronyowski, burgrabio Cracoviensi, in partes Germaniae et Rheni peregre proficiscenti. r. XIX, 107.

804. —— „ —— Rex Martinum Bronyowski, burgrabium Cracoviensem, de consensu regio in partes Germaniae et Rheni peregre proficiscentem, ab omni privato et publico servitio, quamdiu in eadem peregrinatione exstiterit, absolvit. MD. XIX, 107.

805. *Vilna, f. 2 in crastino Trinitatis (12 iun.).* Rex Andreae Milanowski, curiensi suo, advocatiam in oppido Sslumniki terrae Cracoviensis, lege caduca ad se devolutam, iure haereditario donat. JL. XX, 70.

806. —— „ —— Rex Andreae Milanowski, curiensi suo, lapideam in civitate Cracoviensi, quaecunque iure caduco ad se devoluta fuerit, gratia exspectativa donat. R. XX, 70.

807. *Cracovia, f. 2 post Trinitatis (12 iun.).* Nicolaus Strasch de Byalaczow iudex et Ioannes de Grodouicze subiudex terrae Cracoviensis testificantur Ioannem de Myschow et Zagorzycze villas suas Zagorzycze et Przeslawsko districtus Cracoviensis pro villis Maiori et Minori Michouicze districtus Visliciensis cum Iacobo abbate et conventu in Calvo Monte commutasse. XX, 89.

808. *Vilna, f. 3 post Trinitatis (13 iun.).* Rex Casparo et Petro Cnvth, germanis de Schelyn, molendinum circa oppidum Hamersthyn de manibus prov. Petri Nyeper redimere, aliumque molendinum novum, retro molendino, quod Wronkow Mlyn dicitur et situm prope oppidum in fluvio Czarna habet, reaedificare consentit. R. XX, 68.

809. *Vilna, die Corporis Christi (15 iun.).* Rex litteras Theodrici de Buczacz, castellani Camenecensis et capitanei Podoliae generalis, in Camyenyecz die Aegidii (1 sep.) anno 1444 datas, super inscriptione 40 marc. Iohanni de Conarzew super villa Brzeznya, ad petitionem Mathiae Brzezynski Woydilowicz confirmat. XX, 69.

810. —— „ —— Rex, ad petitionem nob. Thenophey Joltuch litteras Ioannis Odrowasz de Sprowa, palatini Russiae et capitanei Podoliae generalis, in Smotricz sabbato Conductus Paschae (28 apr.) anno 1481 datas super donatione 20 marc. in villa Nyedzwyedzowa Lanka Thenophey et Georgio Jolthuchow, confirmat. XX, 69.

811. —— „ —— Rex litteras Theodrici de Buczacz, castellani Cameneczensis et capitanei Podoliae generalis, in Camyenyecz, f. 5 Ascensionis Domini (21 mai) anno 1444 super locatione villae Bobliwacrinicza pro villa Wuukowcze sibi condescensa Ioanni Fiolek de Conarzow datas, ad petitionem Mathiae Brzezynski Fiolek, confirmat. R. XX, 69.

812. *Cracovia, ad relationem Erasmi Czyolek, f. 6 infra octavas Corporis Christi (16 iun.).* Rex prov. Henrico Schlaker, officinae monetariae magistro, 976 fl. pro axamintis et nonnullis aliis rebus sericeis et pro diversis debitis curiensibus pro festo Pentecostes proxime venturo (26 mai 1504) solvere promittit. MD. XIX, 114.

813. *Vilna, f. 6 infra octavas Corporis Christi (16 iun.).* Rex litteras Theodrici de Buczacz alias de Jaslowyecz, castellani Camenecensis et capitanei Podoliae generalis, in Jasslowyecz f. 5 post Sophiae (19 mai) anno 1446 super inscriptione 50 marc. in villa Mostykowcze Iwan alias Suslo de Bophssynicze datas, ad petitionem Iacobi Czaplinski confirmat. R. XX, 70.

814. *Cracovia, ad relationem Erasmi Vitellii, praepositi Vilnensis, secretarii regii, f. 2 ante Ioannis Baptistae (19 iun.).* Rex Andreae de Cosczielecz, capitaneo Bidgostiensi, 800 fl. hung., quibus Ioannem Smolyk de oppido Slomnyky districtus Cracoviensis exemit, et 1200 fl. hung., apud eundem Andream pro conductis et conducendis armorum gentibus in mutuum receptos, in oppido Slumnyky ac villis Slomnyczky, Miloczicze et Januschovicze ac aliis inscribit, absolvitque ipsum ab omni expeditione bellica de bonis praefatis (in margine nota: „cassatae"). R. XIX, 107.

815. —— *f. 4 ante Ioannis Baptistae (21 iun.)* Rex iudaeum Iacob Polak doctorem legis iudaeorum creat. R. XIX, 109.

816. *Vilna, f. 4 infra octavas Corporis Christi (21 iun.).* Rex nob. Wassko Walacho litteras servitii militaris in 50 equitibus husaris cum 6 fl. pro quartuali et indemnitatis donat. XX, 71. NB. Sub eadem data in simili forma datae sunt litterae Iwan Walacho in 50, Enrico Remlik in 66 et Lubicz in 169 equitibus husaris.

817. —— „ —— Rex Ioanni Swirczowski, curiensi suo, burgrabiatum arcis Cracoviensis, post obitum Martini Skothniczki, castellani Zauichostensis, vacantem, donat. JL. XX, 71.

818. —— *f. 6 vigilia Ioannis Baptistae (23 iun.).* Rex castellanatum Gnesnensem, per mortem Ioannis Polak de Carnkow vacantem, Janussio Latalski, castellano..... ad intercessionem Elisabeth reginae matris donat. XX, 72.

819. —— „ —— Rex Paulum Ronyathiczki, terrigenam Belsensem, ab expeditione bellica ad unius anni decursum absolvit. XX, 72.

820. —— *f. 2 post Ioannis Baptistae (26 iun.).* Rex litteras suas Cracoviae f. 6 post Luciae (17 dec.) anno 1501 monasterio Wanchoczensi super libertate a stationibus datas, ad petitionem Ioannis abbatis et totius conventus quomodo intelligenda sit declarat. XX, 72.

821. *Cracovia, ad relationem Erasmi Vitellii, f. 3 ante Petri et Pauli (27 iun.).* Rex dat litteras universales ad consiliarios, dignitarios, officiales, capitaneos, tenutarios, burgrabios, terrigenas, nobiles, advocatos, scultetos, praeconsules, consules et subditos, in terra Cracoviensi et districtibus eiusdem exsistentes, de acceptandis exactionibus 8 gross. et civilibus pro defensione reipublicae, ab Ioanne Alberto rege in conventione generali Piotrkoviensi anno 1501 pro festo conversionis Pauli celebrata (25 ian.) institutis, et committit Ioanni Jordan, magno procuratori castri Cracoviensis, exigere praefatas exactiones. R. XIX, 109.

822. *Vilna, f. 4 vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* Rex Stanislao Milanowski, curiensi suo, burgrabiatum in arce Cracoviensi, quem Martinus Bronyowski tenet, certis sub condicionibus gratia exspectativa exnunc donat. R XX, 72.

823. —— „ —— Rex oppidanis de Lanczna terrae Lublinensis a Tartaris despoliatis et exustis libertatem ab exactionibus ad 10 annos donat. XX, 73.

824. —— *f. 6 post Petri et Pauli (30 iun.).* Rex controversia orta inter Iacobum de Glynki, capitaneum Visnensem, et oppidanos de Gonyadz, ad capitaneatum in Byelsko pertinentes, occassione pratorum, mellificiorum et terrae ad fluvium Bebrza, vadium 1000 fl. inter partes controvertentes interponit (cassatae). XX, 74.

825. —— *sabbato vigilia Visitationis V. M. (1 iul.).* Rex summas in villa Monastirzecz districtus Zidaczoviensis Ioanni Zorawyensky inscriptas, Elebrando et Stanislao filiis eius possidendas donat. XX, 73.

826. *Vilna, sabbato vigilia Visitationis V. Mariae (1 iul.).* Rex Ioanni Cnor, mercatori Lublinensi teloneum Lublinense et medietatem przemiti, quod iudacus Jossko ad diem Martini (11 nov.) proximum in arrenda possessurus est, usque ad solutionem debitorum 1100 fl. hung. (pro pannis ad solutionem stipendiariorum) et 320 fl. pol., possidendum donat. XX, 108.

827. —— *f. 2 in crastino Visitationis V. Mariae (3 iul.).* Datus est consensus Paulo Jassyenski, curiensi regio, eximendi silvam Cozyn terrae Chelmensis de manibus Stanislai Smok. r. XX, 73.

828. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis. f. 5 post Visitationis V. Mariae (6 iul.).* Datae sunt litterae indemnitatis gen. Nicolao Cresa super 100 equites sextarios in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 109.

829. *Vilna, f. 6 infra octavas Visitationis V. Mariae (7 iul.).* Rex oppidanos Vrzandouienses ex crematione oppidi et incursione Tartarorum damna passis exactionem czopowe ab hinc ad unius anni decursum indulget. XX, 74.

830. —— *sabbato infra octavas Visitationis V. Mariae (8 iul.).* Rex, attendens labores civium Crasnostaviensium circa munitionem civitatis, a solutione omnium teloneorum in regno solvendorum eos liberat et libertatem de non solvenda exactione czopowe per Fridericum cardinalem eis concessam confirmat. R. XX, 73.

831. *Vislicza, f. 2 ante Margarethae (10 iul.).* Martinus Skothnyczki de Bogoria, castellanus Zavichostensis et iudex et Nicolaus Sworski de Bedlno subiudex testificantur Ioannem de Mychow et Iacobum abbatem Calvi Montis villas Zagorzycze et Przeslawsko pro Michouicze Maior et Minor commutasse. XX, 89.

832. *Mariemburgum, f. 3 ante Margarethae (11 iul.).* Nicolaus de Wolkow, palatinus Pomeraniae, in Alderhaus capitaneus, Nicolaus de Lukow, vexillifer Mariemburgensis, Thomas Sirvilla, iudex terrestris, et Vilhelmus de Espingen, scabinus Dirszeuiensis, commissarii regii, differentias inter Cristophorum de Lawno, tenutarium in Schonnecke, et Nicolaum de Bandow occasione bonorum regalium Trampki et Smolszyn disiudicant. XX, 198.

833. *Vilna, f. 5 Margarethae (13 iul.).* Rex Sassino de Trambki, tribuno Gostinensi, 500 fl. debiti et 200 fl. pro damnis circa exemptionem bonorum Dobyegniew (300 fl. in auro, 400 fl. in $^1/_2$ grossis) in oppido Ossmolin terrae Gostinensis inscribit. XX, 95.

834. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis, f. 6 ante Divisionis Apostolorum (14 iul.).* Datae sunt litterae indemnitatis Nicolao Zolkyewsky super 200 equites sextarios, in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 110.

835. *Mariemburgum, f. 4 post Arnolphi (19 iul.).* Praelati et consiliarii Poloniae et Prussiae, in generali conventione Mariemburgensi constituti, sententiam per commissarios regios in causa inter Christophorum de Lawno et Nicolaum Sonnenbergk, ratione damnorum in bonis regalibus Trampky et Smolszyn latam, approbant. XX, 199.

836. *Vilna, f. 5 ante Mariae Magdalenae (20 iul.).* Rex Victorinum de Syenno, ad Summum Pontificem oratorem suum, ab expeditione bellica liberat. JL. XX, 81.

837. —— „ —— Iacobus Sthoyanski terrigena liberatus est ab expeditione bellica, quia Petrus filius suus cum Victorino de Syenno ad Summum Pontificem misso profectus est. r. XX, 81.

838. —— „ —— Mathias Wsdowski, exactor terrae Sanocensis, liberatus est ab expeditione bellica, quia filius eius Adam cum Victorino Syenyenski Romam profectus est. r. XX, 81.

839. —— „ —— Iacobus Pnuczki solus per se liberatus est a bello, quia cum Victorino Syenyenski Romam profectus est. r. XX, 81.

840. —— „ —— Caspar Maczeyowski solus per se liberatus est a bello, quia cum Victorino Syenyenski Romam prefectus est. r. XX, 81.

841. —— *dominica ante Iacobi (23 iul.).* Rex significat, quia Nicolaus Carnynski, plebanus in Medela et altarista perpetuus capellae Gastoldinae in ecclesia cathedrali Vilnensi, medietates suas in villis Sarnino et Trzebowa terrae Calissiensis, Petro nepoti suo, filio Vincentii fratris sui, in 200 fl. hung. ad 12 annos certis sub condicionibus arrendaverit. JL XX, 82.

842. —— *f. 2 ante Petri ad vincula (31 iul.).* Rex consentit, ut Nicolaus de Rozembarki (Rozembarski), magister montium in Bochnya, officium suum Ioanni Chissowski iure haereditario vendat. R. XX, 81.

843. . . . . *mense Iulio.* De mandato Mtis Regiae sunt registratae Lithuaniae impetrationes, sed suspensae usque ad conventionem generalem: item dominus palatinus Sandomiriensis Ropczycze petiit; item Iacobus Lubomirski petiit bona Ioannis Jodlowski, praesertim villae Grusszow partem; item Stanislaus Lanczkorunski petiit villas palatini Lublinensis Coaczelnyki, Gora, Stanislauicze et Pawlouicze; item capitaneus Cracoviensis petiit eiusdem palatini villas Luczanouicze, Pawlowicze, Goscze; item idem capitaneus petiit Baranow sub Stanislao Dobkouicz de Curosswanki; item Nicolaus Jordan petiit sub Stanislao Ossieczki partem villae Ossieczany, Lazany et Sborczycze; item Rozen Sigismundus petiit manu coniuncta cum Zavyssza Woynarowski villas palatinae Posnaniensis, videlicet: Coszelecz, Carnyow, Luczycze et Luczanouicze; item

sub Dorothea Conieczpolska Conieczpolie, Chrastow, civitatem Novopolie, item Chrastow, Stanislauicze, Luszyna; item Nicolaus Jordan petiit scultetias duas in Vexmund et Ludrzymyrs, quae sunt sub abbate Ciriciensi, qui sculteti expeditioni bellicae non interfuerunt. n. XX, 83.

844. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis, f. 3 Petri ad vincula (1 aug.).* Rex Ioannem Strusch cum comitiva 200 equitum sextariorum in servitium publicum suscipit, cui ad unum quartale anni super singulum equum per 6 flor. solvere promittit. MD. XIX, 110.

845. —— „ —— Similis littera indemnitatis data est gen. Camyeczky (Camyenyeczky) super 203 equites sextarios, in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 110.

846. —— „ —— Similis littera indemnitatis data est gen. Petro Olesky super 300 equites sextarios minus sex, in forma pleniori. MD. r. XIX, 110.

847. —— „ —— Data est littera indemnitatis Petro Haliczky super 170 equites sextarios, in forma plenissima. MD. r. XIX, 110.

848. —— „ —— Similis littera data est Petro Krupsky super 162 equites sextarios, in forma sufficienti. MD. r. XIX, 110.

849. —— „ —— Datae sunt litterae indemnitatis Chphal super 200 equites sextarios, in forma sufficientissima. MD. r. XIX, 110.

850. —— „ —— Similis littera data est gen. Petro Cola super 180 equites sextarios, in forma cancellariae. MD. r. XX, 110.

851. *Vilna, f. 4 in crastino Petri ad vincula (2 aug.).* Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, procuratori castri Cracoviensis, qui exemendo castrum et bona Osswyanczim de manibus Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, solvit 350 fl. pro pixidibus et regi 100 fl. in mutuum dedit, 450 fl. hung. in castro et oppido Osswyanczym, oppido Kanthi et villis Brzesczye, Dwori, Manowicze, Babicze, Brzezinka, Lanki, Ossiek et Lipnik inscribit. R. XX, 81.

852. —— *dominica Sixti (6 aug.).* Rex significat, quia Nicolaus Carnynski, plebanus in Medela et altarista perpetuus in capella Gastoldi ecclesiae cathedralis Vilnensis, tertiam partem medietatum in villis Sarnino et Trzebowa Ioanni, Petro, Stanislao et Nicolao, filiis Vincentii, germani sui, nepotibus suis, resignaverit. JL. XX, 82.

853. —— „ —— Rex testificatur Ioannem de Ossolyn, curiensem suum, recognovisse, quia summam 400 fl. sibi pro certo debito per Ioannem Miszkowski, castellanum Osswyanczimensem, et Petrum Gieraltowski, tanquam Ioannis Comorowski fideiussores, super villis Nowa Wyess et Canczuga terrae Osswyanczimensis, una cum 200 roboribus inscriptam, Ioanni Jordan de Zakliczyn, capitaneo Osswyanczimensi, resignaverit. JL. XX, 83.

854. —— *f. 3 ante Laurentii (8 aug.).* Rex Nicolaum Zirakowski, Iacobum Slakowski, Iacobum Plaza et Nicolaum Grzegorzewski in Bochnensi, Nicolaum Stigarz, Chabelski libratorem, Ioannem Czarnocki, I. Rzeschowski, Andream Radzanowski et Andream Sandek in Vieliciensi zuppis officiales, propter provisionem zupparum, ab expeditione bellica liberat. R. XX, 83.

855. —— „ —— Magistro Michaeli Mebroth de Leopoli data est praesentatio per modum exspectativae ad mansionariam in capella s. Catharinae in castro Leopoliensi proxime vacaturam r. XX, 83.

856. *Cracovia, ad relationem Erasmi Vitellii, f. 4 ante Laurentii (9 aug.).* Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi et tenutario castri et oppidi Costensis, summam 287 marc. reliquam ex ratione cum eo per medium Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis, Iacobi de Schydlowyecz thesaurarii et Mathiae de Drzewicza vicecancellarii, anno 1501 f. 4 post Epiphaniarum (13 ian.) facta, et aliam summam 700 marc., apud eum in mutuum receptam, in proventibus castri et oppidi praefatorum inscribit et insuper 40 marc. de proventibus eiusdem capitaneatus tollendas pro conservatione castri et familiae singulis annis, quamdiu praefatum castrum tenuerit, ei donat. R. XIX, 110.

857. *Vilna, f. 4 vigilia Laurentii (9 aug.).* Venceslao Byelyczsky datum est officium iudicatus terrae Sochaczoviensis vacans per mortem olim Jesch. r. XX, 33.

858. —— *f. 5 Laurentii (10 aug.).* Petro Mysskowsky de Mirow, palatino Lanciciensi, datus est consensus ad redimendum oppidum Ossmolyn districtus Gostinensis a Sassino Porambski, in summis legitime inscriptis, in forma consueta r. XX, 83.

859. —— „ —— Rex quietat consules Cracovienses de acceptis cuppis argenteis, quas apud eos Ioannes Albertus rex ratione pignoris reposuerat, quarum 9 dederunt oratori regio versus Romanam Curiam misso, 4 vero recepit Creslaus de Curozwanki, episcopus Vladislaviensis et regni cancellarius. XX, 102.

860. —— *vigilia Assumptionis V. Mariae (14 aug.).* Rex consentit, ut Nicolaus Szpoth de Krayow, castellanus Gedanensis, oppidum Sthum cum universis villis de manibus Georgii de Bayzen, succamerarii Mariemburgensis, Nicolai Czeme et Viti Velssdorff, successorum olim Nicolai de Baysen, palatini Mariemburgensis, eximat. XX, 85.

861. —— „ —— Rex consentit, ut Reynoldus Felstete, civis Gedanensis, villam Skarzino sibi in 200 fl. hung. a Nicolao de Cosczyelecz, palatino Brestensi et capitaneo Tucholiensi, obligatam eximat. XX, 85.

862. *Vilna, vigilia Assumptionis V. Mariae (14 aug.).* Reynoldo Felstethe, civi Gedanensi, datus est consensus eximendi villas regales Smolsyen in Gedanensi et Tramkaw in Derschoviensi territorio de manibus Christophori de Lawno. XX, 85.

863. —— *f. 4 in crastino Assumptionis V. Mariae (16 aug.).* Rex incolis oppidi Osswyanczym igne conflagrati libertatem 15 annorum ab obmnibus exactionibus donat. R. XX, 85.

864. —— „ —— Rex exactionem terrestrem Osswyanczimiensem integram sive rogowe, sive aliter nuncupanda sit, in proximo decernendam pro reaedificatione castri Ossvyanczimiensis, per Ioannem Jordan de Zakliczyn illius castri capitaneum percipiendam, dat. XX, 85.

865. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis Conopaczki, plebani Mariemburgensis, 64 marc. pr. post mortem cuiusdam civis Mariemburgensis ad se devolutas, in auxilium capellae s. Annae circa ecclesiam parrochialem Mariemburgensem, donat. XX, 86.

866. —— „ —— Rex Petro Ssorcz de Obramb medietatem domus in Mariemborg, post mortem Girzik civis Mariemburgensis ad se devolutam, donat. R. XX, 87.

867. —— „ —— Regia Mtas consensit praelatis et canonicis ecclesiae cathedralis Culmensis villam Cunczedorff Papouiensis districtus de manibus Henrici Crigyer, magistri civium civitatis Thorunensis, redimere. r. XX, 87.

868. —— „ —— Regia Mtas consensit Nicolao episcopo Culmensi oppidum Radzyn cum villis de manibus Ioannis de Dambrowka, palatini Culmensis, redimere. R. XX, 87.

869. —— „ —— Rex consentit, ut Ioannes Conopaczki, canonicus Culmensis et notarius regius, in fluvio Wda villae Conopath ad ripam bonorum regiorum Swecze sepem dictum jaz ad capiendas pisces usui suo exstruere possit. R. XX, 87.

870. —— „ —— Rex consentit, ut Michael civis Mariemburgensis hortum suum cum horreo sub arce regia ecclesiae parrochiali in Mariemburg donet. R. XX, 87.

871. —— *f. 5 infra octavas Assumptionis V. Mariae (17 aug.).* Rex ven. Nicolao de Barthnyki, cubiculario et secretario suo, de villis haereditariis Pokrithki oppidum iure culmensi locare admittit. XX, 86.

872. —— „ —— Rex consentit Sassino Trambski eximere molendinum aquaticum in piscina sub castro Gostinensi de manibus prov. Samp. XX, 90.

873. —— *f. 6 post Assumptionis V. Mariae (18 aug.).* Rex nob. Adae Zalwicz ad primum conventum regni salvum conductum dat. R. XX, 87.

874. —— „ —— Rex decreta indiciorum terrestrium Cracoviensis et Sandomiriensis de commutatione villarum Mychouicze et Zagorzicze cum Przesthansko confirmat. JL. XX, 88.

875. —— *sabbato infra octavas Assumptionis V. Mariae (19 aug.).* Rex consentit, ut Michael Zelislawski, curiensis suus, oppidum Gneyw de manibus Sebastiani de Legendorff et villam Gremelino de manibus successorum Henrici Foyschechth, proconsulis Gedanensis, eximat. XX, 88.

876. —— *f. 2 infra octavas Assumptionis V. Mariae (21 aug.).* Rex Nicolao Locca de Egel, succamerario Pomeraniae, silvam suam inter villas Mathiae Rabbe, palatini Mariemburgensis dictas Ramothi et Tropi sitam iure haereditario donat. JL. XX, 88.

877. —— „ —— Mtas Regia consensit Stanislao tenutario oppidi Myesczisko districtus Calissiensis certam summam ratione dotis et dotalitii Catharinae de Bissow uxori eius in eisdem bonis reformare. r. XX, 88.

878. —— „ —— Regia Mtas consensit Georgio de Bayzen, succamerario Mariemburgensi, oppidum Puczek cum villis de manibus civium et consulum Gedanensium eximere. r. XX, 88.

879. —— *f. 3 in octava Assumptionis V. Mariae (22 aug.).* Rex Ioanni de Ossolyn, curiensi suo, exspectativam super burgrabiatum Cracoviensem quomodocunque inprimis vacaturum dat. XX, 90.

880. *Vilna, f. 4 vigilia Bartholomaei (23 aug.).* Data est statio in oppido Cazimirz mensae episcopalis Lubuczensis per 3 annos Iacobo Roznowski curiensi. r. XX, 95.

881. —— *f. 5 Bartholomaei (24 aug.).* Rex Ioanni de Ossolin, aulico suo, stationem in monasterio Trzemesnensi ad vitae tempora donat. XX, 90.

882. *In conventione Novae Civitatis Corczin, ad relationem consiliariorum, de mandato Regiae Mtis factam, sabbato post Bartholomaei (26 aug.).* Rex litteras restium ad terras Cracoviensem et Sandomiriensem ac districtus earundem, emittit. R. XIX, 111.

883. *Vilna, f. 2 Augustini (28 aug.).* Rex litteras exemptionis Erasmi Crupek, civis Cracoviensis, et uxoris eius Barbarae ab expeditione bellica, per Ioannem Albertum regem datas, confirmat. XX, 93.

884. —— „ —— Rex Janussio Swyrczowski, curiensi suo, stationem in Robczycze per 3 annos percipiendam donat. XX, 92.

885. —— *f. 3 in crastino Augustini (29 aug.).* Datus est salvus conductus nob. Martino Nyesyebanczki ad decursum trium mensium, ut sub eo tempore possit quaerere fideiussores

pro se et deinde petere a domino duce Masoviae salvum conductum ulteriorem, sub cuius protectione possit agere pro iniuriis, cui Martino superiori tempore datae erant litterae ad dominum ducem pro obtinendo pro sua persona salvo conductu, quem dominus dux noluit dare, nisi prius fideiuberetur pro eo, ut servet pacem cum inimicis. r. XX, 92.

886. *Vilna, f. 3 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.).* Rex fam. Petrum Morsthyn, civem Cracoviensem, ab expeditione bellica liberat. XX, 93.

887. —— *f. 4 Felicis et Aucti (30 aug.).* Rex Janussio Swirczowski, curiensi suo, bona Nyepolomice de manibus Andreae Czurilo, burgrabii Cracoviensis, eximere consentit. R. XX, 92.

888. —— „ —— Rex Janussio Swirczewski, curiensi suo, villam Canye terrae Chelmensis de manibus Jurgyan Swchodolski redimere consentit. XX, 93.

889. —— „ —— Rex Nicolaum Croliewski, Petrum Porambski, Nicolaum Passkowski, Nicolaum Czaslaw, Nicolaum Wissoezki, Petrum Vitoslawski, Ioannem Dambniczki, Petrum Ostrowski, Andream Volski, Andream Vinarski et Georgium Trzeska, cubicularios Elisabeth reginae matris, de bonis eorum ab expeditione bellica absolvit. R. XX, 95.

890. —— „ —— Ad petitionem Reginalis Mtis Mtas Regia Nicolaum Stradowski a servitute bellica liberavit, quia iturus est in Hungariam ad Vladislaum regem cum uxore sua, quae altricis officium exercere debet apud filiam Suae Mtis nuper editam, tam diu donec ibidem manebit. r. XX, 95.

891. —— *f. 6 Aegidii (1 sep.).* Rex Iacobo de Syekliki (Syekluczki), castellano et capitaneo Byeczensi, castellaniam Woiniciensem, post mortem Andreae de Tanczyn vacantem, confert. XX, 92.

892. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, capitaneo Osswyanczimensi, castellanatum Byeczensem, per promotionem Iacobi de Syekluki ad castellanatum Voynicziensem vacantem, confert. XX, 92.

893. —— „ —— Rex ad petitionem reginae Elisabeth, matris suae, Stiborium scultetum de Bistra, propterea quia uxor eius in Hungariam ad Vladislaum Hungariae regem missa est ac apud filiam Suae Mtis nuper editam nutricis officium exercere debet, a servitute bellica absolvit. XX, 93.

894. —— „ —— Rex Henrico Slakyer, civi Cracoviensi et magistro monetariae regiae, bona Schaflari cum villis, non procul a montibus regiis argenti fodinarum sita, de manibus nob Ratoldi redimere consentit et 400 fl. pol. in eisdem bonis ei inscribit. XX, 93.

895. —— „ —— Rex, satisfaciendo petitioni Petri Misskowski de Mirow, palatini Lanciciensis, pro 200 fl., per eum in Prussia regis et reipublicae negotia obeundo expositis, eosdem 200 fl. in villis Corzen, Skorzewa et Muchnicza terrae Gostinensis, tenutae Andreae Cuczyenski eidem Andreae et successoribus eius inscribit. R. XX, 94.

896. —— „ —— Rex ad commendationem Vladislai Hungariae et Bohemiae regis Jaroslao Sokolowski, aulico Suae Mtis, burgrabiatum castri Cracoviensis in proximo vacaturum donat. XX, 94.

897. —— „ —— Rex Ioanni de Buczacz, curiensi suo, pro debito 3200 fl. admittit ex argento eius proprio monetas in monetaria Cracoviensi cudi ea lege, quod lucrum super argentum proveniens ad rationem supradicti debiti est computaturus usque ad integram eiusdem debiti extenuationem. XX, 94.

898. —— „ —— Rex oppido Przeuorsko a Tartaris depopulato et nuper voragine ignis funditus consumpto libertatem 6 annorum ab omnibus exactionibus donat. XX, 94.

899. —— „ —— Oppido Dubyeczko data est libertas ad 6 annos in forma praecise superiori et ex causis supradictis sicut et oppido Przeworsko. r. XX, 94; XXI, 5.

900. —— „ —— Oppido Lanzensko data est libertas ad 6 annos in forma Przeworsko data. r. XX, 94.

901. —— „ —— Rex Ioannem Rugyerski, vicecapitaneum Rathnensem, providendo castro Rathno, ab expeditione bellica absolvit. R. XX, 95.

902. —— *sabbato in crastino Aegidii (2 sep.).* Rex Iacobo Syekliczki, castellano Voyniciensi et capitaneo Byeczensi ac tenutario in Rathno, pro expensis, quae ad Vladislaum Hungariae regem in regiis et reipublicae negotiis itinera obeundo et negotia pro voto regio expediendo impendit, 500 fl. hung. super Rathno inscribit. R. XX, 94; XXI, 183.

903. —— „ —— Rex Iacobo de Syekluki, castellano Voyniciensi, Byeczensi et Rathnensi capitaneo, 50 marc. in Rathno inscribit. R. XX, 95.

904. —— „ —— Rex Mathiae Tuchorski, Vladislai Hungariae regis curiensi, satisfaciendo pro debito 1500 fl., quod olim Stanislao Tuchorski, curiensi suo, praedicti vero Mathiae germano, pro servitiis debebat, ex argento eius monetas in monetaria Cracoviensi cudi admittit, ea lege, quod lucrum supra illud argentum ad extenuationem debiti est computaturus. XX, 96.

905. *Vilna, f. 2 ante Nativitatis V. Mariae (4 sep.).* Rex Andreae Cosczyeleczki, capitaneo Bidgostiensi, 100 fl. hung. in auro, per eum Iacobo Syekliczki, castellano Woyniciensi, in legatione in Hungaria misso, datos in bonis Schlumnyki tenutae eius inscribit. XX, 95.

906. —— „ —— Rex iudaeum Ozar de Opoczno de arrenda telonei Ravensis duorum annorum, quorum finis erit ad festum Nativitatis Christi proximum, quietat. R. XX, 97.

907. —— *f. 3 ante Nativitatis V. M. (5 sep.).* Rex Iacobo Syekliczki, castellano Woyniczensi, litteras assecurationis super burgrabiatum Cracoviensem ad vitae tempora possidendum dat. XX, 97.

908. —— „ —— Rex Iwasskoni de Leopoli, cubiculario et interpreti suo, domum relictae olim Slecz, civis Leopoliensis, post mortem eiusdem Slyedzowa ad se devolutam, Leopoli in platea Cracoviensi sitam, iure haereditario donat. JL. XX, 98.

909. —— „ —— Rex Iwasskoni armeno de Leopoli, cubiculario et interpreti suo, omnem suppellectilem domesticam post mortem Slyedzowa civis Leopoliensis ad se devolutam donat. R. XX, 98.

910. —— *f. 4 ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* Rex iudaeo Ozar, teloneatori Ravensi, teloneum Ravense ad 4 annos, incipiendo a proximo festo Nativitatis Domini, pro 80 marcis annatim solvendis arrendat et 240 fl. ex eodem in fine arrendae percipiendos eidem inscribit. R. XX, 97.

911. —— „ —— Datus est castellanatus Naklensis Petro Gorski, capitaneo Slochoviensi, per mortem Mathiae Slupski vacans. r. XX, 98.

912. —— „ —— Petro de Opalenicza, iudici Posnanienei, datus est castellanatus Landensis, per promotionem Janussii Latalski, ultimi eiusdem castellaniae possessoris, ad castellaniam Gnesnensem, vacans. r. XX, 98.

913. —— *sabbato in crastino Nativitatis V. M. (9 sep.).* Datus est castellanatus Byechoviensis Alberto Soboczki terrigenae certo modo vacans. r. XX, 98.

914. —— *f. 3 post Nativitatis V. M. (12 sep.).* Rex Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, advocatiam in oppido Scala de manibus advocatorum redimere consentit. XX, 98.

915. —— *f. 3 ante Exaltationis Crucis (12 sep.).* Rex oppidanis de Costen per voraginem ignis damna passis, libertatem 20 annorum ab exactionibus donat. XX, 99.

916. —— „ —— Rex ius patronatus, quod sibi ad ecclesiam primo vacaturam parrochialem se capellaniam sive altare in ecclesia cathedrali Cracoviensi, in collegiatis aut parrochiis civitatis et dioecesis eiusdem competit, Ioanni Goslawski, canonico Cracoviensi, donat. XX, 99.

917. —— *f. 4 ante Exaltationis Crucis (13 sep.).* Rex nob. Janussium Cosmirowski rotmagistrum cum comitiva eius in servitium recipit et litteras indemnitatis ei dat. XX, 98.

918. —— *f. 5 Exaltationis Crucis (14 sep.).* Rex emptionem census 8 marc. pro 200 fl. hung. ab Ioanne Schelang, cive Posnaniensi, in lapidea in circulo Posnaniensi sita inscripti, pro capella in ecclesia parrochiali in Costen, ad petitionem Nicolai Czepel, decretorum doctoris, Wratislaviensis praepositi et secretarii regii, confirmat. XX, 99.

919. —— „ —— Datus est similis consensus in eadem forma mutatis mutandis, quia videlicet idem praepositus Wratislaviensis comparavit alium censum 8 marc. pro aliis 200 fl. apud dictum Schelang in eadem ipsius domo lapidea Posnaniae ad altare in Nova Civitate dioecesis Posnaniensis. r. XX, 99.

920. —— *f. 6 in crastino Exaltationis Crucis (15 sep.).* Rex Nicolaum Przeborowski una cum Bernardo fratre indiviso ab expeditione bellica liberat. XX, 100.

921. *Posnania, f. 6 in octava Nativitatis V. M (15 sep.).* Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, testificatur Elisabeth relictam Georgii Wrzeszyensky $^1/_3$ partem dotis 500 marc., id est $166^1/_2$ marc. et 8 gr. inscriptae sibi in oppido Wrzesznya, in molendinis adiacentibus et in uno manso in villa Plebanska, praesenti marito suo Ioanni Chlapowski donasse. XXI, 363.

922. —— *sabbato ante Matthaei (16 sep.).* Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, testificatur Elisabeth relictam Georgii Wrzeszyenski 150 marc. super sua sorte oppidi Wrzesznya Ioanni Chlapowski, marito suo, inscripsisse. XX, 363.

923. *Vilna, sabbato post Exaltationis Crucis (16 sep.).* Rex Davidi de Dlugie commendaturam domus fratrum s. Ioannis ordinis Hierosolymitani extra muros Posnanienses, post obitum Nicolai Krysskowski vacantem, confert. XX, 99.

924. *Cracovia, ad relationem consiliariorum, de mandato Regiae Mtis factam, dominica ante Matthaei (17 sep.).* Rex litteras restium ad terras Cracoviensem, Sandomiriensem, Lublinensem et Russiae propter expeditionem bellicam contra Tartaros, qui fluvium Nyepr traiecerunt, publicat. R. XIX, 111.

925. *Cracovia, ad relationem consiliariorum, de mandato Regiae Mtis factam, dominica ante Matthaei (17 sep.)* Terra Cracoviensis pro festo translationis Stanislai (27 sep.) in Ropczicze et pro festo Remigii (1 oct.) proxime venturis in oppido Bvsko se repraesentet et statuat. Terra Sandomiriensis pro festo Stanislai in Mychoczin et pro Remigii in Kamyonka oppido. Terra Lublinensis cum ceteris Russiae pro festo Stanislai in Crasnystaw et pro Remigii in Belz oppido. Terrae Premisliensis et Sanocensis pro Stanislai in Premislia et pro Remigii in Leopoli. Terra Leopoliensis pro Stanislai in Leopoli et pro Remigii in Glynyany. Terris omnibus Masoviae pro festo Stanislai in Crasnystaw et pro Remigii in Belz. Terris omnibus Maioris Poloniae pro festo 11000 Virginum (21 oct.) in Glynyany. n. XIX, 112.

926. —— „ —— Rex litteras restium ad terras Maioris Poloniae propter expeditionem bellicam contra Tartaros pro festo 11000 virginum (21 oct.) proxime venturo in Glynyany statuendas et arma repraesentandas dat. R. XIX, 112.

927. *Vilna, f. 2 in crastino Lamperti (18 sep.).* Rex Michaeli Brekel, consuli Elbigensi, burgrabiatum in eadem civitate pro anno praesenti confert. XX, 100.

928. —— *f. 3 ante Matthaei (19 sep.).* Conrado Vithchynwalth, civi quondam Varsoviensi, datae sunt litterae moratoriae ad unius anni decursum sub forma mercatoribus dari solita. r. XX, 100.

929. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis, f. 4 in vigilia Matthaei (20 sep.).* Rex Ioannem Struss cum comitiva 200 equitum sextariorum in servitium suscipit, cui ad unum quartale anni per 6 fl. super singulum equum et hominem solvere promittit. R. XIX, 112.

930. —— „ —— Petro Cola super comitivam 180 equitum, Petro Haliczky super comitivam 170 equitum, Nicolao Zolkyewsky super comitivam 200 equitum, Chphal super comitivam 200 equitum, Georgio Crupsky super comitivam 162 equitum, Petro Olessky super comitivam 294 equitum, Ioanni Crzeczowsky super comitivam 135 equitum, Nicolao Cresa super comitivam 100 equitum Ioanni Camyenyeczky, super comitivam 200 equitum similes litterae datae sunt. r. XIX, 112.

931. *Vilna, f. 4 vigilia Matthaei (20 sep.).* Litterae universales regiae ad dignitarios et officiales regni, praesertim vero in terris Plocensi, Dobrzinensi, Visnensi, de prohibita venditione salis extranei, praecipue pruthenici. XX, 100.

932. —— *f. 6 post Lamperti (22 sep.).* Rex Ioanni sen. de Buczacz, curiensi suo, bona Rawa de manibus Petri Nyemyglowsky redimere consentit et 2000 fl. in eisdem inscribit, teloneumque Ravense iudaeo Ozar arrendatum donat. JL. XX, 100, 159.

933. —— *sabbato post Matthaei (23 sep.).* Mtas Regia dedit tribunatum Samboriensem Andreae Herborth de Felsthin, vacantem post mortem Niclasii Herborth de Lozow. r. XX, 101.

934. —— „ —— Rex 200 fl. per Ioannem Ossolynski, curiensem suum, apud Ioannem Konynski mutuatos, dicto Konynski in tenuta eius villa Zamborzycza (Zamborzicze) inscribit. XX, 102.

935. —— *f. 6 Michaëlis (29 sep.).* Rex Ioanni Rapsthinski de Tanczin, curiae marsalco, Sandomiriensi et Plocensi capitaneo, 5000 fl. hung. in civitate Ploczko, oppidis Bielsko ac Plonsko et villis pertinentibus, praesertim vero Byala, Wikowo, Naschewo, Darnowo, Czekanowo, Chelpowo, Drogan, Powszyno et Troschyno, inscribit. JL. XX, 102; XXI, 46.

936. *Merecz, f. 4 Francisci (4 oct.).* Rex Valentino Cucharski, capellano suo, 15 marcas annuatim in exactionibus 2 grossorum alias poradlne terrae Calissiensis usque ad meliorem provisionem donat. R. XX, 104.

937. *Grodno, 7 octobris.* Rex dat litteras salvi conductus pro commissariis Ioannis Stephani, palatini Moldaviae, qui ab eo venturi sint conspicere terram a faginali silva Haliciensi inferius inter fluvium Nyestr et montes usque ad Czessybyessy ad Haliciensem faginam. XX, 103.

938. —— *f. 3 ante Calixti (10 oct.).* Rex Nicolaum Jordan propter servitia, quae huc ad se de conventione Novae Civitatis veniendo reipublicae impendit, ab expeditione bellica liberat. R. XX, 103.

939. —— *f. 4 ante Hedvigis (11 oct.).* Regia Mtas consentit Paulo Czarni de Witouicze, capitaneo Brestensi et zuppario Cracoviensi, redimere teloneum Brestense de manibus successorum Raphaëlis Lesczynski. r. XX, 104.

940. *Mielnik, f. 5 in crastino Lucae (19 oct.).* Rex Iacobo de Glynki, capitaneo Viznensi, 400 fl. hung. in Vizna et villis inscribit, quos idem uti debitum restans Janussii Masoviae ducis in villis Przituli, Kandzorowo et Lithna inscriptos Ade de Sczuki, plebano in Cobilino exsolvit. R. XX, 104.

941. *Kozirinek, f. 3 ante Simonis et Iudae (24 oct.).* Rex concordiam certam ratione erectionis aggeris per Danielem Siedleczki a ripa haereditatis eius Syedlecz ad ripam haereditatis Gotardi de Nyviska, iudicis Livensis, circa fluvium Zythnya, per Ioannem a Lasko, cancella-

rium ecclesiae Gnesnensis et supremum secretarium, et Ioannem de Ossolyn, curiensem regium, commissarios suos institutam, confirmat. XX, 106, 107.

942. *Cracovia, ad litterale mandatum Regiae Mtis, f. 4 ante Simonis et Iudae* (*25 oct.*). Rex fam. Petro Morsthyn, consuli Cracoviensi, unam partem aut mensuram de partibus seu mensuris duabus emolimentorum de molendino Camyenny nuncupato, extra muros sito, provenientium, de manibus Pauli Koffman, civis et mercatoris Cracoviensis, eximere admittit, inscribitque ei super praedicta una parte seu mensura molendini praefati 1000 fl., per Casimirum IV olim Georgio Morsthyn, consuli Cracoviensi, eiusdem Petri fratri germano, ac eidem Petro ratione servitiorum et pecuniae mutuatae debitos. MD. XIX, 113.

943. *Mariemburgum, f. 6 ante Simonis et Iudae* (*27 oct.*). Ioannes de Dambrowka Culmensis, Mathias Raba Mariemburgensis palatini, Petrus Schaffranyecz de Pyeskova Skala Visliciensis, Mariemburgensis, Radomiensisque capitaneus, Arnoldus de Francza Culmensis castellani, commissarii regii ad causam exemptionis castri et oppidi Szthum de manibus Georgii de Bayzen, bona eadem in manus Nicolai Szpoth tradunt. XX, 135.

944. *Lublin, f. 3 vigilia OO. SS.* (*31 oct.*). Rex ad vota Ioannis de Osswyanczym, theologiae professoris, canonici Cracoviensis et plebani in Proschouicze, hospitali in Proschouicze, quod idem Ioannes de consensu regio denuo construxit et erexit, 2 laneos desertos in villa Climyuntow sanctimonialium in Stanyathki, qui sunt dotis et fundi plebanalis, incorporat et a laboribus et exactionibus liberat; ipse tamen Ioannes per aliam aequam condicionem indemnitati ecclesiae in Proschouicze providere debeat. XX, 105.

945. —— *f. 5 in crastino OO. SS.* (*2 nov.*). Rex Nicolao de Cossobudi, cancellario ecclesiae Plocensis et tenutario in Raczyanss, 100 fl. per $^1/_2$ sexagenam, Nicolao de Barthniki, custodi ecclesiae Plocensis et secrearío regio, solutos, in dicta tenuta inscribit. XX, 105.

946. —— „ —— Rex Ioannem Crolowski et Annam consortem eius ab expeditione bellica, quam pro eis Ioannes Crolowski, cubicularius Elisabeth Poloniae reginae, intercessit, liberat. XX, 105.

947. —— „ —— Nicolaus Passkowski absolvitur a praesenti et quacunque alai proxime futura expeditione bellica, quia pro eo filius ipsius Ioannes Passkowski intercedet r. XX, 105.

948. —— *sabbato post OO. SS.* (*4 nov.*). Rex litteras libertatis 5 annorum a stationibus monasterio Sieciechoviensi anno 1501 datas ad petitionem Procopii abbatis confirmat. JL. XX, 106.

949. —— „ —— Rex Paulo Czarni de Withouicze, zupparío Cracoviensi, eiusque in officio successoribus mandat, ut residuitatem debiti 1000 fl. hung. Margarethae ducissae Zathoriensi per 100 fl. singulis annis solvant. XX, 106.

950. —— *dominica post OO. SS.* (*5 nov.*). Rex oppido Opatovyecz per armorum gentes destructo medietatem stationis et integras exactiones civiles anni currentis indulget. R. XX, 107.

951. —— *f. 3 ante Martini* (*7 nov.*). Rex oppido Coczko igne consumpto libertatem 6 annorum ab exactionibus donat. XX, 110.

952. —— *f. 4 ante Martini* (*8 nov.*). Rex consentit, ut Hedvigis et Catharina, filiae Dobeslai Oszipouicz de Zakrzewo, terrigenae Rawensis, pacifice possideant domum Schatharlinskye et agrum Barthowski ad oppidum Byala terrae Ravensis pertinentia et patri earum certa in summa obligata. XX, 108.

953. —— *f. 5 ante Martini* (*9 nov.*). Rex oppidum Lagow et clavem Pirkoviensem (Pyrkow) bona mensae episcopalis Wladislaviensis per Tartaros desolata ab omnibus exactionibus ad 12 annos liberat. XX, 107.

954. —— „ —— Rex Iwasconi et Costhuk de Mankowicze, nepotibus Thichni, 40 marc. in Humyencze districtus Chmyelnyczensis inscribit. XX, 108.

955. —— „ —— Rex Ioanni Guth, curiensi suo, advocatiam castri Mariemburgensis, nob. N. Cowalkowski prius datam, ad tempora vitae possidendam donat. XX, 109.

956. —— „ —— Rex Andreae Mylyanowski, venatori Lublinensi et curiensi suo, officium carbariatus in zuppa Vyeliczensi, quod modo nob. Czarnoczki dirigit, dat. XX, 110.

957. —— *f. 6 vigilia Martini* (*10 nov.*). Rex civis Crassnostaviensibus ratione munitionis et depopulationis oppidi per Tartaros libertatem 6 annorum ab exactionibus donat. XX, 109.

958. —— *dominica in crastino Martini* (*12 nov.*). Rex oppido Culikow terrae Leopoliensis in favillam redacto libertatem 6 annorum ab exactionibus donat. XX, 110.

959. —— „ —— Rex dignitariis et officialibus mandat, ut iudaeos Leopolienses circa liberam negotiationem in annualibus et liberis foris conservent. XXI, 341.

960. —— *f. 2 post Martini* (*13 nov.*). Rex litteris ad dignitarios et officiales regni Andream Cramarz, civem Posnaniensem, et socium eius Albertum Capynosz, qui cum Laurentio

alias Lorincz Lucz, subdito Ioachimi marchionis Brandenburgensis ac Saxoniae ducis, causam habent, ab iurisdictione qualibet eximit et causam ad finem conventionis regni proximam revocat. XX, 111.

961. *Lublin, f. 2 post Martini (13 nov.).* Regia Mtas absolvit et liberavit oppidanos Lukovienses ab expeditione currus bellici pro una duntaxat vice primae et generalis expeditionis et belli per Suam Mtem movendi. r. XX, 111.

962. —— „ —— Rex Ioannem Mscislaum de Colthowo propter valitudinem et uxorem eius ab omni expeditione bellica absolvit, ea tamen condicione quod casu belli ipse Ioannes nobilem Bernardum alias Bernath iuxta suorum bonorum exigentiam debet ad bellum expedire. XX, 111.

963. —— *f. 3 post Martini (14 nov.).* Rex litteris universalibus dignitariis et officialibus terrarum Leopoliensis, Belsensis et Chelmensis mandat, ut subditos dictarum terrarum ad solutionem czopowe 8 gross. obligent et summas collectas Stanislao Zolkyewsky, terrae Belsensis succamerario et exactori, extradant. XX, 112.

964. —— „ —— Datus est consensus Ioanni et Andreae fratribus germanis de Tanczyn obligandi medietatem oppidi Urzadow et villae Dzyerskouicze in 825 fl. hung. Nicolao Bystram de Radlyn, in forma cancellariae. r. XX, 113.

965. —— *f. 4 post Martini (15 nov.).* Rex incolas episcopatus Cracoviensis in libertatibus, quibus tempore cardinalis Friderici, germani regii, utebantur, conservat. XX, 114.

966. —— *f. 4 ante Elisabeth (15 nov.).* Rex in causa inter vicecapitaneum et oppidanos Lukovienses ratione domus certi in iure civili iacentis et molendini orta, exauditis sententiis commissariorum Martini de Skothnyky Zawichostiensis, Ioannis Jordan de Zaklyczyn Byeczensis castellanorum et Stanislai Lanskorunsky, decretum fert. XX, 111.

967. —— *f. post Martini (16 nov.).* Rex Ioanni de Camyenyecz, oppidi Busko in terra Leopoliensi tenutario, fortalitium inibidem nuper vastatum restaurare mandat. XX, 113.

968. —— „ —— Datus est consensus Iacobo Pyenyazek de Vitowicze exemendi advocatiam in Sanok de manibus Stanislai Pyenyazek, sui nepotis, in forma cancellariae. r. XX, 113.

969. —— *f. 6 ante Elisabeth (17 nov.).* Rex Andreae de Radzyeyowicze, castellano Schochaczoviensi, palatinatum Ravensem per mortem Andreae de Cuthno vacantem, confert. XX, 112.

970. —— „ —— Rex Nicolao de Cuthno Cuczinskj, castellanatum Gostinensem, per promotionem Prandothae de Trczyana ad castellanatum Sochaczoviensem vacantem, confert. XX, 112.

971. —— „ —— Rex Hieronimo de Thrczyana, castellano Gostinensi, castellanatum Schochaczoviensem, per assecutionem palatinatus Ravensis Andreae de Radzyeyowicze vacantem, confert. XX, 112.

972. —— „ —— Rex Raphaëli de Syennyawa, vexillifero Haliciensi, tenutario villarum Dobrzyani et Lubyanie, eas ipsas villas Ioanni Gedoszyczkj inscribere consentit (litterae cassatae). XX, 112.

973. —— „ —— Datus est consensus Stanislao Curopathwa de Laczuchow, castellano Chelmensi, inscribendi et reformandi in bonis regalibus oppido Parczow et villis ad illud pertinentibus 1100 marc. Hedvigi de Janikov, matri suae, citra augmentum summarum prius inscriptarum etc. in forma cancellariae. r. XX, 114.

974. —— „ —— Eidem Çuropathwa datus est alter consensus inscribendi 420 marc Annae de Laczuchow, consorti Ioannis Czyolek, in eisdem bonis regalibus Parczow cum villis ad illud pertinentibus citra augmentum summarum etc. r. XX, 114.

975. —— *f. 2 in crastino Elisabeth (20 nov.).* Rex Ioanni de Tharnow, palatino Sandomiriensi, filiisque eius legitimis, domum regalem cum area in anteurbio Pyotrcoviensi donat. XX, 113.

976. *In monte circa Dzywrdzowo Wolya, penes ultimum scopulum, f. 2 post Elisabeth (21 nov.).* Ioannes de Przeramb Siradiensis, Andreas de Sborow Zarnowiensis castellani, in absentia Ioannis de Olyesko, succamerarii Sandomiriensis et castellani Malogostensis, Iacobus de Poplawy camerarius, eiusdem vicesgerens, Nicolaus de Zakrzow, iudex Cracovienses, Nicolaus de Bedlno, subiudex Sandomiriensis, commissarii regii, inter bona regalia Turowycze et Planskowycze tenutae Andreae Gyzyczki, ex una, et villas Ioannis et Nicolai Wspythkonum, haeredum de Sulyborowycze et Raczkow, ex altera partibus, granities limitant, eriguntque novos scopulos, a fluvio Trzessnya usque do Byalego lugv et magnam viam, quae vadit de Opoczno, Volborz usque in Chaczyny, revidentes signa alias czyossny, quae facta erant per commissarios Ioannis Alberti regis: Dobeslaum de Curoswanki, palatinum Sandomiriensem, Iacobum de Drzewycza, castellanum Zarnoviensem, Petrum Spoth de Volya, vexilliferum Sandomiriensem, et Nicolaum, subiudicem Sandomiriensem, ac in praesentia Iacobi de Poplawy camerarii, Ioannis de Olyessko, succamerarii Sandomiriensium et castellani Malogostensis. XIX, 131.

977. *Lublin, f. 2 in vigilia Praesentationis V. Mariae (20 nov.).* Dominus Ioannes de Lassko, cancellarius Gnesnensis et secretarius, in cancellarium regni est pronuntiatus et in vigilia Catharinae (24 nov.) sigillum allatum est sibi. XX, 114.

978. —— *f. 3 festi Praesentationis V. Mariae (21 nov.).* Rex Ioannem Sokolowsky, rotmagistrum cum 200 peditibus et 4 equis in servitium ad unum annum suscipit, et cuilibet pediti per 5 fl. et equiti per 10 fl. ad quartale anni solvere promittit. XX, 113.

979. —— „ —— Nicolaus Zukowski petiit pro notariatu Warschoviensi terrestri et pro exspectativa ad canonicatum Warschoviensem ad tempora vitae. r. XX, 114.

980. —— „ —— Lyekowski, familiaris domini Rosae, archiepiscopi Leopoliensis, petiit pro notariatu terrestri Czechanoviensi. r. XX, 114.

981. —— *f. 3 ante Catharinae (21 nov.).* Rex, satisfaciendo consulibus Lublinensibus pro pannis et pecuniis, pro expeditione stipendariorum et nuntiorum mutuo datis, ipsis 300 fl. per $^1/_2$ sexagenam computatos in exactione czopowe civili demonstrat et insuper libertatem 3 annorum a solvendis exactionibus eisdem donat. XX, 122.

982. —— *f. 5 Clementis (23 nov.).* Rex Georgio Crupski de Orchow, Belsensi et Chelmensi capitaneo, curiensi suo, advocatiam in civitate Chelmensi de manibus Pauli Camyenyeczki de Pomyanow, advocati Chelmensis, eximere consentit. XX, 115.

983. —— „ —— Rex Ioanni Rzeschowski villam regalem Sthryow districtus Chelmensis Ioanni de Ossolin, curiensi regio, in 100 marc. pol. obligare consentit. XX, 116.

984. —— „ —— Rex Mathiae de Staralomza, episcopo Chelmensi, 100 marc. in zuppis Premisliensibus inscribit XX, 117.

985. —— „ —— Rex oppido Opathow terrae Sandomiriensis, mensae episcopalis Lubuczensis, nuper a Tartaris vastato, libertatem 12 annorum ab omnibus exactionibus et 2 annorum a solutione czopowe admittit. XX, 117.

986. —— *f. 5 ante Catharinae (23 nov.).* Rex in causa inter Ioannem Rapsthynskj de Tanczin, curiae regiae marsalcum, et consules mercatoresque Lublinenses, ratione foralium in nundinis proxime praeteritis pro Simonis et Iudae. si regem tempore nundinarum Lublini esse contigerit, mercatores a solutione foralium marsalco curiae regiae absolvit. JL. XX, 114.

987. —— „ —— Iudaeus Ezechiel, medicinae doctor et litteris latinis competenter, doctus, liberatus est per Regiam Mtem a solutione exactionum, quas iudaei solvere consueverunt hinc usque ad beneplacitum regium. r. JL. XX, 118, 128.

988. —— „ —— Eidem Ezechiel concessa est libera mansio in Lublin ad beneplacitum regium. r. XX, 128.

989. —— *f. 6 vigilia Catharinae (24 nov.).* Rex ad petita Andreae de Opporow litteras Ambrosii de Pampow, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, Posnaniae, f. 4 post Invocavit (8 mar.) anno praesenti datas, continentes in se venditionem stationis regalis in Wschowa 60 marc. annuatim a Hedvigi olim Alberti Gorsky, castellani Landensis et capitanei Wschowensis, coniuge, pro 400 marc. in rem Andreae Opporowsky factam, in robore conservat. XX, 114.

990. —— „ —— Rex Mathiae de Staralomza, episcopo Chelmensi, pro meritis bona regalia villam Janczewo terrae Viznensis de manibus Catharinae Dobrzalowska eximere consentit. XX, 115.

991. —— „ —— Rex concordiam certam inter Stanislaum Kmytha de Wyssnycze, palatinum Belsensem et capitaneum Premisliensem, ac Petrum Othnowsky de Felsthin occasione 4000 fl., per eundem Petrum regi mutuatorum et ipsi super capitaneatu Premisliensi inscriptorum, factam, approbat. XX, 116.

992. —— *sabbato Catharinae (25 nov.).* Rex ad petitionem Ioannis advocati in Byalka, privilegium ei super advocatiam illam, tempore invasionis Tartarorum receptum, innovat, dictamque villam de iure polonico sive ruthenico in ius maydemburgense transfert. JL. XX, 115.

993. —— „ —— Rex Andreae de Thanczin, curiensi suo, censum ecclesiasticum in bonis suis haereditariis ubicunque in dioecesi Cracoviensi sitis mansionariis ecclesiae collegiatae s. Mariae in civitate Sandomiriensi pro 300 fl. inscribere consentit. XX, 116.

994. —— „ —— Rex oppidanis de Obornykj (Obornyczki) propter paupertatem et inopiam, quam ex voragine ignis perpessi sunt, libertatem ab omnibus solutionibus dat ad 10 annos alias tamdiu donec Albertus Skora de Gay, succamerarius Dobrinensis, oppidi praedicti tenutarius, suos ex eis census non perceperit. JL. XX, 125.

995. —— „ —— Rex duo privilegia civitati Lublinensi Lublini, f. 2 ante Viti (13 iun.) 1502 anno super stateram cum tragarsthwo et super absolutionem a bello concessa et sub secreto sigillo extradita, sub sigillo regni innovat. XX, 126.

996. —— „ —— Rex 1200 fl. hung. apud Laurentium Herysz, civem et mercatorem Cracoviensem, pro expeditione bellica in mutuum receptos, ad unius anni decursum reddere, in casu

vero non solutionis ad terminum in zuppis Vyeliczensibus et Bochnensibus inscribere promittit. XX, 133.

997. *Lublin, sabbato Catharinae (25 nov.).* Rex propter certam sententiam Ioannis Jordan, castellani Bieczensis, et Stanislai Lanczkorunsky de Brzeze ratione mellificiorum in borris regalibus in tenuta Lukoviensi post campum, dictum Kraznycza, quae mellificia nobb. Laurentius, Janussius, Andreas, Stanislaus, Bernhardus, ceterique cohaeredes de Lazy secundum querelam nob. Lucae Ryskowsky, factoris eorundem mellificiorum, circumcidissent vel destruxissent alias oczyrslyly, Vincentium de Gosd iudicem, Dobeslaum de Mislow, subiudicem Lukovienses, Stanislaum de Cazanow et Michaelem Lyesczynsky (de Lesczanka), iudicem castrensem Lukoviensem, commissarios ad eandem causam disiudicandam deputat. JL. XXI, 149.

998. —— *dominica in crastino Catharinae (26 nov.).* Rex Victorino de Szyenno, novissimo ad Summum Pontificem legato, in oppido suo haereditario Rimanow terrae Sanocensis foralia ad instar oppidorum Sanok et Crossno donat et insuper nundinas pro festo Alexii (17 iul.) instituit. XX, 117.

999. —— „ —— Rex ad petitionem Caspari Herman de Prussia litteras: Andreae de Kyiaskowo, castellani Szlonensis et vicecapitanei terrae Dobrinensis, in castro Bobrownyky f. 2 festi s. Stanislai Vernalis (8 mai) anno 1503 datas, attestationes de nobili ortu praedicti Casper Herman de Rsuchowo in se continentes, ac alteras litteras Nicolai de Crethkow, palatini Vladislaviensis, Iunivladislaviae f. 3 post Ascensionis Domini (30 mai) anno 1503 datas item super deductione nobilitatis eiusdem Caspari Herman confirmat. XX, 118.

1000. —— „ —— Rex Lucae de Gorka, castellano Spiczimiriensi et tenutario in Pobiedziska, 200 marc. pol. pro expensa nuntiorum Hungariam mittendorum regi mutuatas, super statione annuali in Pobiedziska inscribit. XX, 118.

1001. —— „ —— Rex Mathiae Lascz de Strzelnycze pro meritis et servitiis contra Turcos et Tartaros de villa Strzelnycze haereditaria, in terra Belsensi et districtu Busczensi sita, oppidum locare in iure maydenburgensi admittit et duo fora annualia pro festo Mathiae apostoli (24 feb.) et pro Laurentii (10 aug.) ac forum septimanale binum: secunda et quinta feriis celebrandum instituit. XX, 119.

1002. —— „ —— Rex Stanislao Liekowski, ab Andrea Roza, archiepiscopo Leopoliensi et episcopo Premisliensi recomendato, notariatum Cziechanoviensem, quem in praesentiarum Andreas Slomensky tenet, confert. XX, 121.

1003. —— „ —— Rex ad petitionem Andreae de Szadvrky, consulis Lublinensis, privilegium suum, eidem Andreae in Brzesczye, f. 4 ante Ioannis Baptistae (22 iun.) anno 1502 super molendinum Lublinense, sub sigillo anulari datum, sub sigillo maiori innovat. XX, 122.

1004. —— „ —— Rex in controversia inter Catharinam, Dauid civis Varschoviensis consortem, olim Ioannis Trzassythobola molendinatoris filiam, et nob. Andream de Schadurky, consulem Lublinensem et molendini sub castro Lublinensi siti tenutarium, ratione molendini praedicti orta, visis litteris, a partibus exhibitis, videlicet: Casimiri IV in Parczow, sabbatho ante OO. SS. (30 oct.) anni 1456 (conf. Pars I, № 365); Casimiri III Lublini, in vigilia Viti (14 iun.) anni 1358 (conf. Pars I, Suppl. № 21); Ioannis de Sczekoczin, capitanei Lublinensis, Lublini, f. 2 post Ioannis Baptistae (26 iun.) anni 1447; eiusdem ibidem, f. 5 Philippi et Iacobi (1 mai) anni 1455; Nicolai de Ostrow, capitanei Lublinensis, Lublini, f. 2 die Agathae (5 feb.) anni 1487 et Casimiri IV, Piotrkoviae, in conventione, dominica in crastino Epiphaniarum Domini (7 ian.) anni 1487 (conf. Pars I, № 1836), molendinum illud praefato Andreae Szadurka adiudicat. XX, 129.

1005. —— „ —— Rex fratribus eremitis ordinis s. Augustini conventus Crasnostaviensis 4 sexagenas de teloneo Chelmensi annuatim iuxta litteras Wladislai regis dari solitas et unum chorum farinae siligineae de emolumentis molendini Crasnosthaviensis pro quolibet sabbato donat. XX, 132.

1006. —— *f. 2 post Catharinae (27 nov.).* Rex litteras scabinorum civitatis Leopoliensis anno 1501 datas super resignatione certae domus Leopoli sitae Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, approbat. XX, 108.

1007. —— „ Rex Mathiae Lascz de Strzemylcze (Strzelnycze) villam Dymitrow terrae Belsensis, quam nunc Hedvigis, Vigaldi succamerarii Belsensis relicta possidet, ad vitam donat. XX, 120.

1008. —— „ —— Rex Ioanni de Tarnow, palatino Russiae, 200 marc. pol., apud eum mutuatas, pro festo Paschae (7 apr. 1504) proximo reddere promittit. JL. XX, 120.

1009. —— „ — Rex pro conservatione castrorum Belze, Chelm et Hrodlo ac pro solvendis salariis peditum in eisdem castris Georgio Crupsky de Orchow, eorundem castrorum capitaneo, exactionem czopowe in oppidis Belze, Chelm et Hrodlo donat. JL. XX, 120.

1010. —— „ —— Rex Georgio Crupsky de Orchow, Chelmensi, Belsensi et Hrodlensi capitaneo, bona Hrodlo cum villis in 700 fl. hung. inscribit. XX, 121.

1011. *Lublin, f. 2 post Catharinae (27 nov.).* Rex admittit filio et filiae olim Gnyasdek, civis Cracoviensis, vendere officinam alias hutam circa Ilkusch sitam, quam pater eorum de manibus Janek civis Ilkuschiensis emerat et quam idem Janek ab olim Ioanne Rapsthynsky, capitaneo Sandomiriensi, habuerat. XX, 121.

1012. —— „ —— Rex, confirmando redemptionem villarum Pelcznycza et Sczekarkow de manibus Stanislai Ozarowski a Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, in 150 marc. factam, eandem summam aliis inscriptionibus in villis tenutae eius, videlicet: Crczonow, Szwidnik, Janowicze et Wrothkow asscribit. XX, 123.

1013. —— „ —— Rex Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, pro fatigis et impensis per ipsum ad itinera in Hungariam et Valachiam de mandato regio latis, 200 marc. pol. super villis Czolna et Laskovicze tenutae eius inscribit. XX, 124.

1014. —— „ —— Rex 200 marc. a Nicolao Firley de Dambrovycza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, pro se Petro Pszonka de Babyn, iudici Lublinensi, fideiussas, pro festo Ioannis Baptistae (24 iun. 1504) reddere promittit. XX, 124.

1015. —— „ —— Rex Ioanni de Lassko, cancellario ecclesiae Gnesnensis et supremo secretario suo, officium cancellariatus regni, post mortem Creslai de Curozwanki, episcopi Vladislaviensis, vacans, confert. XXII, 79.

1016. —— „ —— Rex Ioanni Lukowski, plebano in Czyemyerznyki, domum suam in oppido Lublin, inter domos Nicolai Lubomelski et braxatorium Adae Malowany presbyteris gratialibus ecclesiae parrochialis s. Michaëlis in Lublin donare consentit. XX, 124.

1017. —— „ —— Rex in controversia inter Ioannem Pschonka, plebanum in Bystrzycza, ac Nicolaum altaristam ecclesiae parrochialis in Lublin, ex una, et Andream de Schadurkj, civem et molendinatorem Lublinensem, ex altera partibus, pro quibusdam censibus in molendino illo sine consensu regio inscriptis, orta, decretum fert. JL. XX, 193.

1018. —— *f. 2 ante Andreae (27 nov.).* Rex Petro Nyemyglowsky, castellano et capitaneo Ravensi, 400 fl., apud eum in mutuum receptos, pro festo Circumcisionis Domini proximo (1 ian. 1504) reddere vel super capitaneatu, castro et oppido Rawensi inscribere promittit. XX, 125.

1019. —— „ —— Rex Ioanni de Tarnow, filio palatini Sandomiriensis eiusdem nominis, exactionem iudaeorum Sandomiriensium donat, quamdiu ipse Ioannes, eius genitor, palatinatum gesserit. XX, 125.

1020. —— „ —— Castellanatus Ravensis datus est Petro Nyemyglowski, capitaneo Ravensi, propter iudustriam eius et ad vota Andreae Roza, archiepiscopi Leopoliensis, episcopi Premislensis electique et postulati Gnesnensis archiepiscopi, usque ad assecutionem altioris dignitatis per ipsum tenendus etc. r. XX, 125.

1021. —— *f. 3 post Catharinae (28 nov.).* Rex nob. Raczlaw, magistro coquinae regiae, pro servitiis villam Czyrmno terrae Gostinensis de manibus Erasmi Carskj, notarii regii, in 234 marc. et 12 gross. redimere consentit. XX, 120.

1022. —— *f. 3 ante Andreae (28 nov.).* Rex, satisfaciendo Michaëli Zeliszlawsky, curiensi suo, 200 fl. hung., eidem pro servitiis debitos, ad petitiones eius Ioanni Volikowsky, castellano Elbigensi, dictos 200 fl. in villa regali Pszczolka districtus Derschoviensis, tenutae eiusdem castellani, inscribit. XX, 121.

1023. —— „ —— Rex Georgio de Bayzen, succamerario Mariemboriensi, et Nicolao de Czemen 200 fl. hung. debiti mutuati super villa regali Pozilia inscribit. JL. XX, 121.

1024. —— „ —— Rex iudaeum Jossko, arrendatorem teloneorum Lublinensis, Belsensis, Chelmensis et Rubyesszoviensis, facta sufficienti ratione, de eisdem arrendis et teloneis quietat. XX, 124, 235.

1025. —— „ —— Rex iudaeo Jossko 245 marc., quas ei facta ratione de perceptis teloneis Lublinensi, Chelmensi, Belsensi et Rubieschowiensi remanserat obligatus, super teloneis Leopoliensi et Belsensi inscribit. XX, 124, 235.

1026. —— „ —— Rex iudaeo Byrnassy de oppido Obornyki propter eius depaupertationem libertatem 10 annorum ab omnibus solutionibus admittit. JL. XX, 125.

1027. —— „ —— Rex, attentis impensis in reformandis ruinis circa lacum Nyecyecza, ad custodiam piscaturae Cracoviensis pertinentem, 400 fl. hung. per $^1/_2$ sexagenam Petro Salamon, consuli Cracoviensi, in eadem piscatura inscribit. JL. XXI, 275.

1028. .... *mense Novembri.* Rex ad petita consulum Lublinensium litteras Ioannis Alberti regis, in conventione Pyothrkoviensi dominica Reminiscere (3 mar.) anno 1493 datas, decretum regium in causa inter consules praefatos et teloneatores Sandomirienses ratione viae pellendi boves de terris Russiae et Podoliae et telonei percipiendi orta, in se continentes, innovat. XX, 122.

1029. *Sandomiria, f. 6 in crastino Andreae (1 dec.).* Rex Nicolaum Jankowskj, terrige-

nam Sandomiriensem, per 6 annos ab omnibus solutionibus de villis ipsius Jankovicze et Chomyny, nuper a Tartaris depopulatis, liberat. JL. XX, 159.

1030. *Sandomiria, sabbato post Andreae (2 dec.).* Datus est consensus Ioanni Krzyvyeczky, ut possit medietates villarum Tytowa Vola et Czyrnyeowa terrae Premisliensis cuicunque incolarum et subditorum regni in summis, in quibus eas tenet, iuste inscriptis obligare iuxta vim originalium literarum. r. JL. XX, 126.

1031. —— „ —— Rex Nicolsum Arnesth, consulem Leopoliensem, et Barbaram coniugem eius ab omni expeditione bellica, ad quem de bonis Lassky et Zymna Woda obligantur, ad vitam absolvit. XX, 127.

1032. —— „ —— Rex Andreae de Schamotuli, palatino Posnaniensi, 2000 fl. hung. apud eum mutuatos super exactione 2 gross. alias poradlne totius palatinatus Posnaniensis assecurat. XX, 127

1033. —— *dominica ante Barbarae (3 dec.).* Rex pro laboribus et servitiis oppidanorum Leopoliensium decernit, ne quis Leopolim negotiandi gratia veniens, possit ab externis negotiatoribus bienni spatio quascunque merces emere prius, quam ipsi cives et mercatores Leopolienses. XX, 127.

1034. —— „ —— Rex incolas villae regalis Stodoli per incursionem Tartarorum magna damna passos ab omnibus generaliter solutionibus hinc usque ad beneplacitum suum absolvit. XX, 127.

1035. —— *f. 2 Barbarae (4 dec.).* Rex Anthonio Laskaro, graeco subdito, de terra Drohiciensi, varias actiones pro certis bonis haereditariis habenti, salvum conductum in terris regni ad unius anni decursum admittit. XX, 127.

1036. —— „ —— Rex privilegium suum Stanislao Dawydowsky terrigenae in Nowogrodek Lithuaniae f. 3 infra octavas Visitationis V. M. (5 iul.) anno 1502 super granities villae eius haereditariae Nouosyelcze, sub sigillo anullari datum, sub sigillo cancellariae regni innovat. XX, 128.

1037. —— „ —— Datus est iudicatus terrae Calissiensis Ioanni Splawski, vacans per promotionem ad castellaniam Gnesnensem Ioannis Latalski eiusdem ultimi et immediati possessoris, cui respondebunt de omnibus proventibus ad tempora vitae. r. XX, 128.

1038. —— „ —— Data est libertas villae Goscziradow ab omni exactione et contributione nostra et reipublicae per nos et consiliarios regni pro defensione imponenda, contributione cervisiae dicta czopowe excepta, duntaxat ad decursum 10 annorum. r. XX, 128.

1039. —— „ —— Datus est consensus Stanislao Dauidowski terrigenae redimere molendinum in Busko, quod Dolvn vocatur, de manibus melendinatorum dictorum Ostapko et Slecz cum omnibus proventibus in perpetuum. r. XX, 128.

1040. —— „ —— Rex Stanislao de Superiori Golczicze ius theutonicum, ei quondam ad villas suas Radzyn, utraque Golczicze, Voynowicze, Clonow, Myszliszowisze et Zborzno in terris Sandomiriensi et Radomiensi datum, innovat. XX, 128.

1041. —— „ —— Rex in causa inter Petrum ecclesiae parrochialis Sandomiriensis plebanum et advocatos Sandomirienses pro rubetis Osthrow nuncupatis orta, sententiam Andreae Roza, archiepiscopi Leopoliensis, ac Creslai de Curozwanki, Vladislaviensis episcopi et cancellarii regni, specialiter ad decidendum deputatorum, confirmat. XX, 129.

1042. *Nova Civitas Corczyn, f. 4 Nicolai Confessoris (6 dec.).* Rex Andreae Kyaszkowsky, castellano Slonensi et vicecapitaneo Dobrzinensi, pro meritis circa administrationem castri regalis Bobrownyky, bona regalia Radomycze terrae Dobrzinensis et districtus Lypnensis de manibus Nicolai, Andreae, Martini et Ioannis germanorum de Smolsko eximere admittit. XX, 137.

1043. —— „ —— Rex Hernasth Vnrow, curiensi suo, pro servitiis villas Maiorem et Minorem Poleczka, in terra Prussiae et territorio Derschowiensi sitam, de manibus Baltazar Pircha tenutarii redimere consentit. XX, 131.

1044. —— *sabbato in crastino Conceptionis V. Mariae (9 dec.).* Rex Ioanni Knor, civi et teloneatori Lublinensi, litteras Vilnae, sabbatho in vigilia Visitationis V. M. (1 iul.) anno 1503 super teloneum Lublinense sub sigillo anullari datas sub sigillo regni innovat. XX, 131.

1045. —— „ —— Rex Ioanni Baytel, proconsuli Thorunensi, burgrabiatum civitatis eiusdem confert. XX, 132.

1046. —— „ —— Rex Lucae de Gorka, castellano Spiczimiriensi, pro meritis villam regalem Clyeszyewy de manibus Ioannis, Nicolai et Petri de Sepno germanorum redimere consentit. XX, 132.

1047. —— *dominica ante Luciae (10 dec.).* Rex Ioanni Mylanowski, curiensi suo, pro servitiis tribunatum Trebowliensem post mortem Petri alias Pyethrzik confert. JL. XX, 132.

1048. —— *f. 2 post Conceptionis V. Mariae (11 dec.).* Rex Venceslaum Glinicz, curiensem suum, cum 166 equitibus hussaris in servitium suscipit et cuilibet pro quartali anni per 6 fl. solvere promittit. XX, 133.

1049. *Nova Civitas Corczyn, f. 2 post Conceptionis V. Mariae (11 dec.).* Nobiles Peczihenrich in 69 equitibus et Petrum hussarum in 70 equitibus Mtas Regia suscepit modo superius descripto. n. XX, 133.

1050. *Cracovia, f. 5 post Luciae (14 dec.).* Rex Ioanni Konarski, episcopo Cracoviensi, curiam in suburbio Piotrkoviensi, post mortem cardinalis Friderici, germani sui, vacantem, donat. MD. XIX, 115.

1051. —— *f. 6 post Luciae (15 dec.).* Rex pro regni necessitate et pro exemendo de manibus Ioannis Smolyk oppido regio Slomnyky districtus Cracoviensis apud Andream de Coszyelecz, capitaneum Bidgostiensem, 2000 fl. hung. in mutuum recipit, quos ei in oppido Slomnyky ac villis Slomnyczky, Myloczicze et Januschovicze ac aliis inscribit certis condicionibus, absolvitque ipsum de bonis praefatis ab omni expeditione bellica. MD. XIX, 115.

1052. —— *sabbato post Luciae (16 dec.).* Rex Ioanni Goslawski, canonico Cracoviensi, censum 4 marc. in civitate regia Nova Sandecz, per Casimirum IV olim Nicolao de Prandoczyn, psalteristae ecclesiae cathedralis Cracoviensis, in vim reemptionis venditum, pro certa summa de manibus illorum, qui eundem hactenus possident, eximere consentit. MD. XIX, 115.

1053. —— „ —— Rex ad petita Petri Myskowsky de Mirow, palatini Lanciciensis, litteras Ioannis Alberti regis Cracoviae, f. 4 in vigilia Corporis Christi (13 iun.) anno 1498 datas, certam concordiam inter ducem Zathoriensem et Petrum Myskowski, castellanum Sandeczensem, in se continentes, confirmat. XX, 133.

1054. —— „ —— Datus est tribunatus terrae Posnaniensis Nicolao Syedleczki, vacans post mortem Krzyskowski commendatoris Posnaniensis. r. XX, 134.

1055. —— *f. 3 ante Thomae apostoli (19 dec.).* Rex Iacobo de Szydlowyecz, thesaurario regni, mandat, ut ab Ioanne Boner, consule Cracoviensi, tantum argenti ad officinam monetariam regiam recipiat, quantum pro solutione eiusdem et summae 200 fl., eidem Boner per regem debitae, de lucro ex eodem argento intelligat et argentum, pecunia ex eodem inpromtu elaborata, summamque 200 fl. lucro ex eodem argento provenientem eidem exsolvat. MD. XIX, 116.

1056. —— *f. 4 vigilia Thomae (20 dec.).* Rex Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, Ioanni de Camyenyecz, capitaneo Buczcensi, Petro de Chodecz, castellano Halicensi, Ioanni Crzeczowszky de Szennow rotmagistris et eorum comitivis pro servitiis ante annum 1503 iuxta computum Iacobi de Szydlowyecz, regni thesaurarii, cum eis factum, in conventione Piotrkoviensi pro festo Agnetis (21 ian.) proxime celebranda solutionem promittit. MD. XIX, 117.

1057. —— „ —— Rex Nicolao Slabosch de Puthnowycze et Sophiae, consorti eius, oppidum regale Koschycze terrae Cracoviensis obligare admittit nob. Nicolao Jablowski in summa 620 fl. hung. MD. XIX, 117.

1058. —— „ —— Rex Nicolao Szpoth de Crayow, castellano Gedanensi et tenutario Spiczimiriensi, bona regalia villam Sthrasschewo, in terris Prussiae et districtu Mariemburgensi sitam, de manibus Georgii de Baysen, succamerarii Mariemburgensis, Nicolai Czeme et Viti Veysdoff, Nicolai de Bayzen ipsorum bonorum tenutarii successorum, redimere consentit. XX, 134.

1059. —— „ —— Rex Nicolao Szpoth de Crayow, castellano Gedanensi, bona regalia castrum et oppidum Sthum cum villis de manibus Georgii de Bayzen, succamerarii Mariemburgensis, Nicolai Czeme et Vitti Veysdorff redimere consentit. XX, 134.

1060. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Szpoth de Crayow, castellani Gedanensis, sententiam Ioannis de Dambrowka, palatini Culmensis et aliorum commissariorum, in causa reemptionis castri Sztum de manibus Georgii de Bayzen et in rem praefati Nicolai Szpoth, in Mariemburg, f. 6 ante Simonis et Iudae (27 oct.) anno 1503 latam, approbat et transscribi iubet. XX, 135.

1061. —— „ —— Rex privilegium suum Ioanni de Ossvyanczym, theologiae professori, canonico Cracoviensi et plebano in Prosschevicze, donationem 2 laneorum in villa Climyuntow hospitali in Proschouicze ab ipso erecto continens, Lublini, f. 3 in vigilia OO. SS. (31 oct.) anno 1503 sub signeto secreto datum, sub sigillo regni innovat. XX, 136.

1062. —— „ —— Rex Andreae de Radzyeowicze, castellano Sochaczoviensi et tenutario bonorum regalium Msczonow, 300 fl. pro Felice de Brzesczye, curiensi suo, intercessos in praedictis bonis inscribit. JL. XX, 162.

1063. —— *f. 6 ante Natalis Domini (22 dec.).* Rex stationem 6 annorum conventus in Vachoczko, quam ad preces Elisabeth genitricis suae Nicolao Myssopad, tribuno Sandomiriensi, Suae Reginalis Mtis coquinae magistro, dederat, ad monasterium sanctimonialium in Sthaynyathka transponit. XX, 135.

1064. —— *f. 4 die Ioannis evangelistae (27 dec.).* Rex ad petitiones Petri Myskowsky de Myrow, palatini Lanciciensis, litteras Margarethae ducissae Oppaviensis et Rathiboriensis Cracoviae, f. 2 ante Martini (5 nov.) anno 1492 datas, super consensum praefato Petro Myskow-

ski eximendi bona Spithkovicze et Bachovicze de manibus puerorum Pauli Myskowski confirmat. XX, 145.

1065. *Cracovia, f. 5 Innocentium (28 dec.).* Rex Petro de Nyemyglowy, capitaneo Ravensi, vadium 2000 marc. inter Prandotam de Trczyana, castellanum Gostinensem, ex una, Ioannem et Barthossium de Novemyastho, ex altera partibus, a rege institutum, in librum castrensem inscribere mandat. MD. XIX, 118.

1066. —— „ —— Rex ad petitionem Prandothae de Trczyana, castellani Gostinensis, oppidum regale Byala terrae Ravensis Abrahae de Zaluska, pincernae Ravensi, obligare admittit. MD. XIX, 118.

1067. —— „ —— Data est littera papyrea moderationis civilis exactionis ad instantiam Elisabeth reginae Poloniae, oppidanis de Pysdry semel tantummodo anno praesenti pro hac vice constitutae, ita videlicet quod 30 marc. tantum pro hac vice solvere debent. MD. XIX, 118.

1068. —— „ —— Quitantia per Regiam Mtem data super pargamenum et papyrum ad Paulum Czarny zupparium, ad Iacobum apotecarium super 6 libras cerae rubeae pro cancellaria. r. XIX, 118.

1069. —— „ —— Quitantia per Regiam Mtem data David Dluskj curiensi ad zupparium Paulum Czarny super 4 bancos salis Posnaniae depositi. r. XIX, 118.

1070. —— „ —— Quitantia per Regiam Mtem data thesaurario Iacobo de Schidlovyecz ad zupparium Paulum Czarny super 10 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 118.

1071. —— *f. 6 ante Circumcisionis Domini (29 dec.).* Rex ad querelam praelatorum et canonicorum capituli ecclesiae cathedralis Cracoviensis, quomodo ab eisdem decima lignorum et roborum, per fluvium Vysla fluitantium et pro necessitate sua emptorum, exigebatur, eosdem praelatos et canonicos a solutione decimae a lignis et roboribus praefatis liberat, mandatumque de eodem ad Nicolaum de Camyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum, et Ioannem Jordan de Zaclyczyn, castellanum Byeczensem et procuratorem generalem Cracovienses, dat. MD. XIX, 119.

1072. —— „ —— Rex, habens specialem gratiam erga clerum ecclesiae cathedralis Cracoviensis, incolis oppidorum capituli Cracoviensis, videlicet Pabyanycze et Rzgow, in terra Siradiensi sitis, dat facultatem sal minutum seu coctum de zuppis Cracoviensibus recipiendi et per regnum ducendi eoque negotiandi. MD. XIX, 120.

1073. —— *sabbato ante Circumcisionis Domini (30 dec.).* Rex ad petitionem Dobeslai Chmyelyeczky, agazonis Premisliensis, privilegium super villam ipsius haereditariam Chmyelyek terrae Premisliensis tempore incursionis Tartarorum distractam innovat. NB. Istae litterae Chmyeleczkj in hoc loco sunt cassatae, in alio vero regestro post istud sequente sub data et testibus eisdem sunt sufficienter notatae. XX, 138.

1074. —— „ —— Rex litteras commissariorum suorum in Jaroslaw f. 2 in crastino Alexii (18 iul.) anno 1502 et Nicolai Mnich, tenutarii Lubaczoviensis, in Chmelek f. 3 post octavas Corporis Christi (13 iun.) anno 1469 super iure possessionis villae Chmelek terrae Premisliensis datas confirmat. XXI, 257.

1075. *Colaczyn* ... Ioannes Stephanus, palatinus Moldaviae, dat litteras salvi conductus. commissariis (200 personis) Alexandri Poloniae regis, qui debent conspicere terram, quae est a silva Halicieusi inferius inter fluvium Nyestr et inter montes usque ad Colaczyn ad diem Omnium Sanctorum, quae dies praefixa est a Vladislao Hungariae rege. XX, 103.

1076. ..... Universale super exactionem czopowe tempore olim Alberti regis institutam in conventione Pyotrkoviensi pro festo Conversionis s. Pauli anno 1501 celebrata, quae exactic in coronatione serenissimi domini Alexandri moderni regis erat ad duos annos approbata continuanda (sequitur excerptum litterarum universalium). n. XX, 104.

1077. ..... Litterae universales regiae ad officiales et dignitarios de exactione vasorum alias czopowe in conventione proxime praeterita Pyothrkoviensi pro media Quadragesimae celebrata laudata, exactoremque eius Nicolaum Schamowski, castellanum Conariensem, nominat. XX, 596.

1504.

1078. *Cracovia, f. 2 Circumcisionis Domini (1 ian.).* Rex oppidum Iunivladislaviam, nuper conflagratum, per 10 annos ab omnibus solutionibus, excepta exactione czopowe, et ab expeditione currus bellici absolvit. XX, 139.

1079. —— „ —— Rex, cassando litteras Ioannis Alberti regis super 3000 fl. in zuppa et orbora plumbi Ilkuschensi Zayfredo Bethman, consuli Cracoviensi, Cracoviae, f. 2 post Iudica (29 mar.) anno 1501 inscriptos, eosdem 3000 fl. Ioannis Alberti et 1500 fl. sui proprii debiti si-

mul 4500 fl. eidem Zayfredo Bethman in praedicta zuppa certis condicionibus quoad labores montium adiectis, inscribit. XX, 163.

1080. *Cracovia, f. 3 post Circumcisionis Domini (2 ian.).* Rex ad relationem Stanislai Pylyeczki, tenutarii bonorum regalium Grodek, nobilibus, terrigenis et oppidanis de Grodek cura et sumptibus eorum fortalitium praefatum Grodek, quod per Turcos erat crematum et vastatum, restaurare admittit. MD. XIX, 118.

1081. —— „ —— Data est quitantia Stanislao Schaffranyecz ad Paulum Czarny super 15 bancos salis. r. XIX, 119.

1082. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Sthaschkowski super 10 bancos salis. r. XIX, 119.

1083. —— „ —— Rex Ioannem Amor de Tharnow propter minorennem aetatem ab expeditionibus bellicis absolvit. JL. XX, 137.

1084. —— „ —— Rex significat, quia Ioannes Amor de Tarnow Barbaram de Roznow consortem olim Ioannis Amor de Tarnow, castellani Cracoviensis, genitricem suam, de omnibus bonis et perceptis ratione tutoriae quietavit. JL. XX, 137.

1085. —— „ —— Rex ad petitiones Nicolai Crvpsky de Posnania, praepositi Vladislaviensis et archidiaconi Zauichostensis, secretarii sui, litteras: Vladislai II in Wradkovicze, in vigilia Exaltationis Crucis (13 sep.) anno 1401, Mathiae de Suchodoli, iudicis Lublinensis, in colloquio Lublinensi, f. 2 in crastino Circumcissionis Domini (2 ian.) anno 1419, eiusdem Mathiae Lublini, f. 4 post Pentecostes (30 mai) anno 1425 et Nicolai de Prądnyky, iudicis Lublinensis, in Urzadow sabbato Annae (26 iul.) anno 1449 datas, omnes villam Popow archidiaconatus Zauichostensis spectantes, confirmat. XX, 144.

1086. —— *f. 4 post Circumcisionis Domini (3 ian.).* Rex Paulo Jaszyensky, curiensi suo, pro servitiis stationem regalem anni praesentis de villis ipsius Stolno, Szyedliscze, Roschoka donat. XX, 137.

1087. —— „ —— Rex Andreae Laskowski terrigenae villam Dypolthicze terrae Chelmensis de manibus Margarethae filiae nob. Dzywysz redimere consentit. XX, 137.

1088. —— „ —— Rex famoso Nicolao Lanczki, canonico Cracoviensi et praeposito in Ruszyecz, ac Iacobo de Ostrawa, varios thesauros subterraneos in toto regno libere quaerendi et effodendi sub certis condicionibus facultatem dat. XX, 140.

1089. —— „ —— Rex ad petitionem Ioannis Ratholt de Szkrzylna litteras: Stanislai de Chodecz, castellani et capitanei Leopoliensis, in Camyenyecz, f. 2 die Arnolphi (18 iul.) anno 1502, Ioannis Alberti regis, Cracoviae f. 5 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.) anno 1499 et Iacobi de Obarow, iudicis Podoliae, f. 6 ante Petri ad vincula (28 iul.) anno 1502 datas super possessione bonorum Boryskowcze confirmat. XX, 140.

1090. —— *f. 5 post Circumcisionis Domini (4 ian.).* Rex Iacobum abbatem Andrzeouiensem de omnibus stacionibus ab anno 1472, quo visa est statio, ad annum 1503 quietat, de aliis vero 9 annis usque ad 1512 Iacobo Sanczygnyowski et Ioanni Cowarsky ipse Iacobus stationes solvere debet. XX, 142.

1091. —— *f. 6 vigilia Epiphaniarum (5 ian.).* Rex significat, quia Petrus Gamrath de Sowoklanski 200 marc. a Catharina Gamrathowa, matre sua, in mutuum recepisset, quas sibi in bonis Sowoklanski, Mrokowa et Pyelgrzymka et in advocatiis in oppidis Pilzno et Osyek ac bonis post Ioannem Gamrath derelictis, reformaverit, et insuper praefatam matrem suam de tutoria quietaverit. r. XX, 139.

1092. —— „ —— Rex incolis oppidi Drohobiczensis, qui labores et impensas circa munitionem fortalitii noviter ibidem erecti impenderunt, exactionem czopowe per 2 annos proxime praeteritos per ipsos non extraditam indulget. XX, 139.

1093. —— „ —— Georgio Crupsky, Chelmensi et Belsensi capitaneo, data est statio Chelmensis anni currentis exceptis villis Stolno, Syedlyscze et Roschoka tenutae Pauli Jassyenski. r. XX, 139.

1094. —— „ —— Rex civibus Leopoliensibus mandat, ut cives Cracovienses in eorum libera mercatura et cum hospitibus et cum aliis mercatoribus Leopoli facienda non impediant. XX, 143.

1095. —— *sabbato Epiphaniae Domini (6 ian.).* Rex Petro Salomoni, consuli Cracoviensi, 300 flor. in auro tenetur, super quorum solutionem Iacobo de Schidlovyecz, thesaurario regni, mandat, ut a praefato Petro Salomone suscipiat ad monetariam regiam tot marcas argenti, ut de eiusdem argenti cussionis lucro ei praefatam summam solvere possit. MD. XIX, 119.

1096. —— „ —— Rex incolis oppidi Robczicze, ex igne et incursu Tartarorum magna damna passis, libertatem 10 annorum ab omnibus solutionibus, czopowe excepta, et alias libertates admittit. XX, 139.

1097. —— „ —— Rex citationes in bona Nicolai de Curowski (de Curozvyaky), palatini Lublinensis, ei per Evam de Rythwany, uxorem eius, inscripta, ac per Adam, filium eius,

violenter occupata, illatas et inferendas, condemnationes aut terminorum astitiones alias stanye super quempiam et praesertim contra Evam ipsam infirmat. XXI, 35.

1098. *Cracovia, sabbato Epiphaniae Domini (6 ian.).* Rex censum 36 marc. ex macellis Cracoviensibus Petro Salamon et Nicolao Glinsky, consulibus Cracoviensibus, executoribus testamenti olim Imram de Cracovia pro 1200 fl. pro duobus altaribus in ecclesia Beatae Virginis Mariae in Circulo Cracoviensi iure reemptionis vendit. XXI, 276.

1099. —— „ —— Rex Imram Salamoni de Cracovia, capitaneo et zupparío Drohobicensi, 1800 fl. hung. et nob. Nicolao Glinsky, civi Cracoviensi, 373 fl. hung. in oppido et capitaneatu Drohobycz, zuppis in Dolyna et teloneo Grodecensi, modo extenuationis recipiendos demonstrat. XXI, 276.

1100. —— *f. 2 post Epiphaniarum (8 ian.).* Rex Cristophorum Scharph de Cracovia ciruligum ob singularem eius industriam et experientiam artis eius in servitorem regium recipit, datque eidem facultatem artem suam ciruligam Cracoviae et per totum regnum libere exercendi et practicandi atque liberat eum ab omni iurisdictione omnium dignitariorum et officialium regni et ab omni solutione teloneorum et pontalium. MD. XIX, 120.

1101. —— „ —— Rex litteras suas, Cracoviae, dominica Oculi (27 feb.) anno 1502 datas, libertatem civibus Sandomiriensibus a podwodis concedentes, de sigillo subimpresso in litteras sigilli subappensi transferre iubet. XX, 141.

1102. —— „ —— Rex Vilhelmo Szwyhowsky de Ryzemberk cum 50 equis salvum conductum ad se veniendi causamque suam cum Ada de Curoszwanky agendi ad festum Valentini (14 feb.) admittit. XX, 142.

1103. —— „ —— Rex Petro Myskowsky de Myrow, palatino Lanciciensi, 200 marc. et 200 fl. debiti in bonis regalibus oppido Schadek terrae Siradiensis tenutae eius inscribit. XX, 143.

1104. —— „ —— Rex Antonio Rygler, civi Cracoviensi, salvum conductum vel moratoriam 3 annorum a creditoribus admittit. XX, 179.

1105. —— „ —— Rex Severino civi Posnaniensi, Bidgostiae agenti, salvum conductum a creditoribus Vilnae anno superiori ad unius anni spatium datum, ad dominicam Laetare (2 mar.) anni 1505 prolongat XX, 179.

1106. —— *f. 3 post Epiphaniam Domini (9 ian.).* Rex 960 marc. apud Ioannem Odrowasch de Sprowa, capitaneum et tenutarium Samboriensem, in mutuum receptas super bonis regalibus Sambor castro, oppidis Nova et Antiqua Sambor cum villis et super villis de nova radice per antecessores ipsius Ioannis locatis, totoque districtu Samboriensi et zuppis Iaszyenicza, Nohovicze et Buszova ac coctione salis in zuppis praedictis inscribit. XX, 142.

1107. —— „ —— Rex Adae Wlodzyslawsky de Brzezye bona regalia castrum Oczecz tenutae eius cuilibet obligare et inscribere consentit. XX, 143.

1108. —— *f. 3 infra octavas Epiphaniae Domini (9 ian.).* Data est quitantia Ioanni Conarski, episcopo Cracoviensi, super 20 bancos salis ad Paulum Czarny, zupparium Cracoviensem. r. XIX, 121.

1109. —— „ —— Data est quitantia Stanislao Jaroczki super 10 bancos satis mercatorios. r. XIX, 121.

1110. —— „ —— Data est quitantia notariis cancellariae Mathiae de Drzewycza, regni Poloniae vicecancellarii, super 12 bancos salis. r. XIX, 121.

1111. —— „ —— Rex restantes 1000 fl. hung. nondum solutos ex summa totali 3000 fl. debiti per antecessores Regiae Mtis Margarethae ducissae Zathoriensi in zuppis Cracoviensibus inscripta in eisdem zuppis recipiendos demonstrat. XX, 142.

1112. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Czepel de Posnania, praepositi Vladislaviensis, archidiaconi Zawichostensis, possessoris villae Sandzyna, secretarii sui, litteras Vladislai II in Zarnovyecz f. 2 post Cantate (21 apr.) anno 1421 super ius srzedense villis Plaschow, Szydzina et Suchdol datas confirmat. XX, 146.

1113. —— „ —— Rex ad petita Ioannis de Osszwyanczim, theologiae professoris, canonici Cracoviensis et plebani in Proszovicze, litteras suas, Vilnae, f. 3 vigilia Andreae (29 nov.) anno 1502 datas super consensu vicariorum ecclesiae cathedralis Posnaniensis in bonis saecularibus in terris Maioris Poloniae censum certum pro 300 fl. emendi sub sigillo regni edendas innovat. XX, 147.

1114. —— *f. 4 infra octavas Epiphaniae Domini (10 ian.).* Libertas oppido Denow ad 3 annos concessa, duntaxat damna passo ab omnibus regalibus exactionibus et contributionibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 121.

1115. —— „ —— Consensus eximendi bona regalia, videlicet oppidum Grebow nobb. Nicolao et Hieronimo de Gyezow datus cum villis Nyznabyala, Szyodlkowa, Vyssnabyala, Cvnczlyowa, Grodek, Byelczarowa, et Volycza Vawrzkawska in summis pecuniarum in eisdem bo-

nis iuste et legitime inscriptis de manibus nobb. Iacobi et Nicolai de Bobowa in forma cancellariae solita. r. XIX, 121.

1116. *Cracovia, f. 4 infra octavas Epiphaniae Domini (10 ian.).* Rex ad petitiones Ioannis Lathalski, praepositi Gnesnensis et Elisabeth, Poloniae reginae, cancellarii, oppido Kysskow, in terris Maioris Poloniae sito, fora annualia: unum pro festo Annuntiationis V. M. (25 mar.), aliud pro festo Mariae Magdalenae (22 iul.) et tertium pro festo Nativitatis V. M. (8 sep.), septimanale vero quolibet die sabbato donat. MD. XIX, 121.

1117. —— „ —— Rex ad preces Ioannis Carvaczyan de Gorlicze in oppido ipsius haereditario Gorlicze districtus Bieczensis forum annuale unum pro Nativitatis (8 sep.), aliud pro Annuntationis V. M. (25 mar.), septimanale vero qualibet feria 2 instituit. XX, 145.

1118. —— *f. 5 intra octavas Epiphaniarum Dni (11 ian.).* Rex incolis oppidi Pothilicz ex incursu Tartarorum anno proxime elapso magna damna passis libertatem 6 annorum ab omnibus solutionibus alias szosy, czopowe excepta, admittit. XX, 146.

1119. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zaklyczyn, castellano Byecensi et capitaneo Osswiaczymiensi, ius patronatus prebendae capellae s. Crucis in Cleparzs in personam Mathiae Schawlowski, vicarii et vicedecani Cracoviensis, admittit. R. XX, 156.

1120. —— *f. 6 infra octavas Epiphaniae Dni (12 ian.).* Rex, obsequens voluntati Elisabeth reginae, capellanis capellae Ioannis Alberti regis in ecclesia cathedrali Cracoviensi mansionem liberam in castro Cracoviensi in domo frumentaria admittit, salariaque consueta ad officium istud spectantia ab eis tollenda donat. MD. XIX, 122.

1121. —— „ —— Rex Iacobo Mayk de Meglew, tribuno Chelmensi, pro meritis exspectativam tribunatus Lublinensis post Grothum Guth de Plisczino admittit. XX, 147.

1122. —— „ —— Rex Mathiam de Staralomza, episcopum Chelmensem, et Nicolaum de Camyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem, ad ducem Janussium Zathoriensem vasallosque eius in Zator ad iuramentum feudi ab illis recipiendum et propter aegritudinem ipsius ducis certas res conferendas deputat. XX, 147.

1123. —— „ —— Rex Ioanni de Camyenyecz, oppidi Busko in terra Leopoliensi tenutario, restaurare et reparare fortalitium ibidem mandat et impensa eidem restituere promittit. XX, 147.

1124. —— *sabbato octava Epiphaniae Dni (13 ian.).* Rex pro servitiis Nicolao Lapyspothok et Juliannae, uxori eius, libertatem a solutione census annui de domibus, agris ac pratis eorum, quas in oppido regio Noua villa alias Iglo, in Scepussio sito, dicti coniuges obtinent, et ab omnibus oneribus et angariis ad 8 annos donat, mandatumque de eo Petro Kmytha de Vysnycze, palatino Cracoviensi et capitaneo Scepussiensi, dat. MD. XIX, 122.

1125. —— „ —— Rex pro pellendis aquis de fluvio Rudawka ad castrum Cracoviense canalibus et aliis instrumentis Ioanni, magistro canalium alias rurmystrz de Debruska censum annuum 20 fl., septem ulnas panni macheliensis singulis annis, expensas quotidianas ad mensam procuratoris Cracoviensis generalis, 5 quartas cervisiae, 6 panes castrenses singulis diebus, 10 candelas a festo Michaëlis (29 sep.) ad medium Quadragesimae annis et septimanis singulis ad domum eius ac ligna pro eius necessitate domestica et quolibet anno tertio pellicium vulpinum dorsinum vel pro pellicea 5 fl. dandos constituit, quamdiu ipse Ioannes in eo officio serviet, mandatumque de eodem Ioanni Jordan de Zaclyczyn, castellano Byeczensi et procuratori Cracoviensi generali, mittit. MD. XIX, 122.

1126. —— „ —— Data est quitantia Mathiae de Drzewicza, regni Poloniae vicecancellario, super 122 fl. ad Perocium Tedaldi de Florentiis, zupparium Premisliensem, ad rationem proventus retenti rev. olim Creslai, episcopi Vladislaviensis et regni Poloniae cancellarii, in zuppis Premisliensibus habiti et post mortem eius ad Regiam Mtem devoluti. r. XIX, 123.

1127. —— „ —— Deputati sunt commissarii ad limitandas granities inter bona regalia oppidum videlicet Tymbark et villam Zawadka ac inter certos agros cmethonales sortis regiae in villa Slopnycza tenutae Ioannis Jordan, ex una, et bona haereditaria Nicolai et Iacobi haeredum de Rupnow, fratrum germanorum, videlicet villas Rupnow, Kyssyelowka, Pyekyelko, Lossossyno, hi videlicet: Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis, Iacobus Szyeklyczky, castellanus Byeczensis, Petrus de Schydlovyecz, succamerarius, in absentia eius camerarius, J. Grodowsky subiudex, et Michael Czurylo, venator Cracovienses et capitaneus Nyepolomyczensis, in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 123.

1128. —— „ —— Rex oratoribus mutuis regis Daciae et Magni Ducis Mosscoviae per terra Poloniae euntibus salvum conductum admittit. R. XX, 148.

1129. —— „ —— Rex incolis oppidi Bussko terrae Belsensis exactionem duorum quartalium czopowe et exactionem civilem alias schosz pro una vice laudatam vel laudandam indulget. JL. XX, 148.

1130. —— *dominica post octavas Epiphaniarum Dni (14 ian.).* Rex Nicolaum Lapis-

pothok, tenutarium in Jaszlo, teloneatorem Cracoviensem, de proventibus dicti telonei quietat. XX, 148.

1131. *Cracovia, dominica post octavas Epiphaniarum (14 ian.).* Rex ad preces Ioannis Jordan, castellani Bieczensis et capitanei in Osszwyanczim, nobb. Ioanni Szyedeczky et Dorotheae coniugibus laneum agri communiter Zalczowsky dictum in villa regali Dwory ad vitam donat. XX, 148.

1132. —— „ —— Rex Ioannem Camyenyeczski rotmagistrum cum 203 equitibus sextariis in servitium suscipit, cuilibet equiti pro quartali anni per 6 fl. solvere promittendo. XX, 149.

1133. —— „ —— Mtas Regia suscepit modo superius descripto nobiles: Petrum Chotczski cum 170 equitibus, Petrum Oleski cum 295 equitibus, Nicolaum Creza cum 100 equitibus, Ioannem Struss cum 200 equitibus, Chwal cum 200 equitibus, Nicolaum Zolkyewski, Nicolaum Crzeczowski. r. XX, 149.

1134. —— „ —— Rex oppidanis de Proschovicze 20 marc. per quadriennium de exactione civili indulget. XX, 152.

1135. —— „ —— Rex testificatur ven. Ioannem Crowyczski, decanum Leopoliensem, 3 areas in villa Prussy districtus Samboriensis, sibi per Ioannem Albertum regem in perpetuum donatas, Ioanni Odrowansch de Sprowa, capitaneo Samboriensi, pro 100 marc. de consensu regio vendidisse. XX, 153.

1136. —— „ —— Rex Ioanni de Osswyaczym, theologiae professori, canonico Cracoviensi et plebano in Proschouicze, $2^1/_2$ laneos desertos in villa Clymunthow sanctimonialium de Stanyathki per olim Svanthoslaum rectorem parrochialis ecclesiae ibidem emptos et eidem ascriptos, hospitali in Proscheuicze, ab ipso Ioanne canonico erecto, incorporare admittit. XX, 154.

1137. —— *medio Ianuario.* Rex ad petita oppidanorum de Radoszicze duo privilegia: Wladislai II in Przedborz, sabbatho in vigilia Assumptionis V. M. (14 aug.) anno 1428 super iure maydemburgensi et Casimiri IV in conventione generali Pyotrcoviensi f. 2 in vigilia Matthaei (20 sep.) anno 1456 super libertate 10 centenariorum salis et teloneorum confirmat. XX, 149.

1138. —— „ —— Privilegium Nicolai de Barthnyki, custodis ecclesiae Plocensis et secretarii regii, anno 1503 Vilnae scriptum super villas haereditarias suas Pokrithky sub signeto regni anno 1504 Cracoviae Regia Mte residente ei sub sigillo maiori datum est. n. XX, 159.

1139. —— *f. 2 post octavas Epiphaniae Domini (15 ian.).* Data est quitantia nob. Nicolao Lapyspothok super 12 bancos salis. r. XIX, 123.

1140. —— *f. 3 post octavas Epiphaniarum (16 ian.).* Rex nobb. Senkoni de Coraczovocze et Olexae de Vokothnycze fratribus bona regalia: vastitatem Hryczkovicze terrae Podoliae et districtus Camyenyeczensis de manibus nob. Petri Czyolek de Crzywcze redimere admittit. XX, 151.

1141. —— „ —— Data est libertas ab expeditione bellica nob. Annae Szymnoraczska ad 2 annos immediate se sequentes. r. XX, 151.

1142. —— „ —— Rex, disiudicando differentiam inter Ioannem et Vincentium germanos, filios olim Spithkonis de Melsthyn, castellani Zauichostensis, pro divisione bonorum paternorum ortam, litteras Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis, in eadem causa datas approbat. XX, 151.

1143. —— *f. 4 post octavas Epiphaniarum (17 ian.).* Rex, ad petita Adae Nyewyarowskj et sororum Catharinae Kunyeczska, Elisabeth Lapczina et Magdalenae, consangvineorum olim nob. Ioannis Costrzeski, litteras Nicolai Strasch de Byelaczow, iudicis Cracoviensis, in Proschevicze, f. 5 post octavas Epiphaniarum (18 ian.) anno 1487, super inscriptione eidem Ioanni Costrzeski 500 fl. in bonis regalibus Conari districtus Cracoviensis tenutae Nicolai Slabosch, ab ipso absque consensu regio facta, datas confirmat. XX, 151.

1144. —— „ —— Rex 200 fl. apud Petrum Myskowsky de Myrow, palatinum Lanciciensem, pro Ianussio Szwyrczowsky, curiensi suo, intercessos, eidem Petro in oppido Schadek et villis inscribit. XX, 152.

1145. —— „ —— Rex facta ratione cum Henrico Slakyer, cive Cracoviensi, de summa 2240 sexagenarum ei dudum obligatarum eidem Henrico 1352 fl. hung. restantes de officina monetaria regni accipiendos designat. XX, 166.

1146. —— *f. 5 post octavas Epiphaniarum (18 ian.).* Rex Nicolao Jordan de Zaklyczyn teloneum Cracoviense administrandum committit. JL. XX, 153.

1147. —— „ —— Rex Iacobum Schidlowyeczski, regni thesaurarium, de omnibus perceptis et solutionibus ex cussione monetae a festo s. Francisci (4 oct.) anni 1502 ad festum Trium Regum (6 ian.) anno 1504 quietat. JL. XX, 157.

1148. —— *f. 5 Priscae (18 ian.).* Rex Petro Vapowski, cantori ecclesiae cathedralis Cracoviensis, certam gazam seu hutam, in Ilkusz consistentem, apud Barbaram Gnyasthkowa de

Cracovia et Thomam filium ac Margaretham filiam eius, tanquam eiusdem gazae veros haeredes, emere concedit. MD. XIX. 123.

1149. *Cracovia, f. 5 Priscae (18 ian.).* Rex Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, ratione certae summae Petro Salomoni, consuli Cracoviensi, debitae, mandat, ut ab eodem ad monetariam pro cudenda moneta 400 marc. argenti recipiat, lucrumque ex eadem cussione proveniens eidem Petro consignet. MD. XIX. 123.

1150. —— „ —— Rex Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, ratione 130 fl. hung. Ioanni Womveth, civi et mercatori Cracoviensi, debitorum, mandat, ut ab eodem tantum argenti ad monetariam pro cudenda moneta recipiat, quantum de lucro ipsius argenti solutio praefatorum 130 fl. sufficere valeat. MD. XIX, 124.

1151. —— „ —— Rex Iacobo de Glynky, capitaneo Vyssnensi, villas Pyathnycza, Cadynowo, Brunowo ac Bozeyowo, in terra Vyssnensi sitas, quas ab Ioanne Alberto rege cum capitaneatu Vyssnensi in certis summis habebat inscriptas, pro 3000 fl. hung. et per commutationem oppidi regii Mlawa cum villis, in terra Ploczensi consistentis, eidem Iacobo de Glynky pro necessitate solutionis stipendii stipendiariis, in Camyenyecz exsistentibus, venditi, pro bonis regalibus Myedzyrzecz, in terra Maioris Poloniae sitis, de manibus Ioannis de Karnkow, canonici Cracoviensis, et eius fratrum, per dictum Iacobum eximendis, perpetuo vendit et donat. JL. XIX, 186.

1152. —— „ —— Rex Stephanum filium Martini de Szdzary, servitorem suum, pro meritis et servitiis nobilitat, armaque Pogonya (in campo croceo manum, cum gladio vibrato et nube coelestini coloris protendentem ad feriendum apertam) pro cristis quoque seu ornamento galeae eadem arma ei largitur. JL. XX, 162.

1153 —— „ —— Rex ad inscriptionem 5000 fl. hung., Ioanni Rapstynski de Thanczyn, curiae regiae marsalco, Sandomiriensi et Plocensi capitaneo, Vilnae f 6 Michaëlis (29 sep.) anno 1503 datam, 2000 fl. hung. pro redimendo oppido regio Mlawa, ad capitaneatum Plocensem pertinente, de manibus Iacobi de Glynki, capitanei Viznensis, cui anno primo coronationis regiae pro dissolvendo stipendio stipendariorum in Camyenyecz venditum erat, addit. XXI, 46.

1154. —— *f. 5 ante Agnetis (18 ian.).* Rex innovando litteras Casimiri IV super 50 marc. nob. Iwaskoni armeno de Leopoli cubiculario datas, easdem in villis Cozicze et Giemielino tenutae eius inscribit. XX, 150.

1155. —— *f. 6 post Priscae (19 ian.).* Rex Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, et Ioanni Jordan de Zaklyczyn, castellano Byecensi et capitaneo in Osswyaczym, potestatem praesentandi Benedictum Myskowski Petri de Myrow, palatini Lanciciensis, filium, ad canonicatum et praebendam in ecclesia cathedrali Cracoviensi post Ioannem Baruchowski, canonicum modernum Cracoviensem, dat. XX, 155.

1156. —— *f. 6 ante Fabiani et Sebastiani (19 ian.).* Rex capellanis capellae S. Crucis in ecclesia cathedrali Cracoviensi 2 mensuras salis alias czwyerthnye annis singulis de zuppis Cracoviensibus: unam pro quatuor temporibus Cinerum et aliam pro quatuor temporibus Crucis pro usu eorum domestico donat. MD. XIX, 124.

1157. —— *f. 6 ante Agnetis (19 ian.).* Data est quitantia Andreae Kosczeleczky, capitaneo Bidgostiensi, ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super 12 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 124.

1158. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis Jordan, castellani Byeczensis et procuratoris Cracoviensis generalis, oppidum regale Thymbark cum villis Slopnycza et Zawadka Iacobo Lubomyrski, iudici castri Cracoviensis, obligare pro sua necessitate admittit. MD. XIX. 124.

1159. —— „ —— Rex Andreae Kosczyelyeczki, capitaneo Bydgostiensi, 50 fl. hung., quos pro rege Ioanni Zaramba de Kalynowa, capitaneo Schyradiensi, solvit, in oppido Cosczyelyeczki iam antea in certis summis obligato, inscribit. MD. XIX, 127.

1160. —— *sabbato Sebastiani et Fabiani (20 ian.).* Rex Petro Wapowskj de Radochovicze praeposito, Petro Saffranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Visliciensi, Zayfredo ac Petro Morsthyn, consulibus Cracoviensibus, potestatem inquirendi metalla in omnibus locis ubilibet in regno Poloniae consistentibus etiamque in montibus ultra oppidum Noui Fori et ultra castrum regium Schaflarj consistentibus, quae vulgariter Thatri nuncupantur, sub iis condicionibus, quae in Hungaria et Bohemia observari solent, dat. XX, 155.

1161. —— „ —— Rex ad preces Stanislai Sczykowski de Mycluschovicze bona ipsius haereditaria oppidum Dukla cum suburbiis ac villis Antiqua Ducla, Julya herowa, Mschana, Thilova, Litliczowa, novae exstirpationis Trzsczana et Lipovicze in Byecensi, necnon Moykovicze in Proschoviensi districtibus in ius maydemburgense transfert. JL. XX, 156.

1162. —— „ —— Rex Stanislao Brzezyczski, haeredi de Brzezycze, dicto Brzoza, Georgio Vyzembergk et Philippo, magistro horalegiorum, civibus Cracoviensibus, potestatem thesaura subterranea ubilibet in Regno et in montibus Tatrj inquirendi admittit. XX, 160.

1163. —— *sabbato ante Agnetis (20 ian.).* Rex Michaëli Czurilo, burgrabio et vena-

tori Cracoviensi et capitaneo Nyepolomyczensi, 100 fl. hung. et 205 fl. in $^1/_2$ grossis, apud eum a se in mutuum receptos, in proventibus regiis Nyepolomyczensibus inscribit. MD. XIX, 158.

1164. *Cracovia, dominica Agnetis (21 ian.).* Rex ad petitionem Henrici Slaykier, civis Cracoviensis, qui apud Petrum Salomonis, consulem Cracoviensem, 3000 fl. regi in mutuum acquisivit et in dicta summa bona sua, quae in civitate Cracoviensi obtinet, eidem Petro obligavit, villam regiam Rakowycze, in terra Cracoviensi sitam, quam a rege in 1000 marc. obligatam habet, eidem Salomoni in eadem summa 1000 marc. obligare admittit. MD. XIX, 125.

1165. —— „ —— Rex significat, quia Andreas Roza, archiepiscopus Leopoliensis et episcopus Premisliensis ac ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem postulatus, Ioannes Cracoviensis et Erasmus electus et confirmatus Plocensis episcopi, necnon Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Nicolaus Camyenyeczki, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis, Ioannes de Lassko, decanus Wladislaviensis et cancellarius, Mathias de Drzewycza, praepositus Skarbimiriensis et vicecancellarius regni, pro se Henrico Slaykyer, civi Cracoviensi, 3000 fl. in $^1/_2$ gross. apud eum in mutuum receptos, fideiubeant, solutionemque huius summae in ratis: pro festis Paschae (7 apr.), Ioannis Baptistae, Michaëlis, Nativitatis Christi per 750 fl. illis promittit. MD. XIX, 125.

1166. —— „ —— Andreas Roza, archiepiscopus Leopoliensis et episcopus Premisliensis ac ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem postulatus, Ioannes Cracoviensis, Erasmus, electus et confirmatus Ploczensis episcopi, Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Nicolaus Camyenyeczki, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis, Ioannes de Lassko, decanus Wladislaviensis ac cancellarius, Mathias de Drzewycza, praepositus Skarbimiriensis et vicecancellarius regni, pro rege Alexandro Henrico Slaykyer, civi Cracoviensi, 3000 fl., in moneta, quos a Petro Salomon, Cracoviensi consule, in mutuum accepit, fideiubent. XIX, 126.

1167. —— „ —— Iacobus de Schydlowyecz, regni thesaurarius, praefatis fideiussoribus regiis summae 3000 in $^1/_2$ gr. per Henricum Slaykyer, civem Cracoviensem, regi in mutuum datae, se 4000 marc. argenti, quas Ioannes Thurzo et Ioannes Boner, consules Cracovienses, a quatuor temporibus Cinerum proxime instantium (21 feb.) usque ad quatuor tempora Luciae (18 dec.) proxime ventura ad monetariam regiam iuxta contractum dare debent, praedicto Slaykyer dictam summam 3000 fl. pro festis Paschae (7 apr.), Ioannis Baptistae, Michaëlis et Nativitatis Domini per 750 fl. soluturum promittit. XIX, 126.

1168. —— „ —— Rex significat Ioannem Boner, consulem Cracoviensem, apud proconsulem et consules Cracovienses 1000 fl., in $^1/_2$ gr. pro se fideiussisse, propterea mandat Iacobo de Schidlowyecz, thesaurario regni, ut praefato Ioanni Boner summam dictam pro prima rata quatuor temporum Cinerum (27 feb.) 300 fl., pro alia quatuor temporum Pentecostes (29 mai) 300 fl. et pro ultima quatuor temporum Crucis (18 sep.) 400 fl. ex argento, ab Ioanne Thurzo, consule Cracoviensi, recipiendo, persolvat. MD. XIX, 127.

1169. —— „ —— Rex Ioanni Camyenyeczky 60 fl. pro Ianussio Szvyrczowsky, curiensi suo, intercedit, inscribitque ei praefatam summam super oppido regali Bvssko terrae Belsensis. MD. XIX, 163.

1170. —— „ —— Rex Ioanni Coczwara, civi Cracoviensi, opus instrumentorum quorundam alias kunscht appellatorum aquarum de fodinis montium educendarum erigere et construere proprio sumptu sub certis clausulis admittit. JL. XX, 158.

1171. —— *f. 2 post Agnetis (22 ian.).* Data est quitantia Iacubek, piscatori Cracoviensi, pro piscibus pro Regia Mte apud eum receptis super 20 marc. et 10 marc., quas Regia Mtas sibi de gratia donavit, ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni, qui sibi solvere debet de monetaria. r. XIX, 126.

1172. —— „ —— Rex Clementi Brandis de Grabussycze pro servitiis in zuppa Vyeliciensi censum annuum 12 marc., pellicium vulpinum aut 5 marc. pro pellicea comparanda, pannum machaliense pro una veste et tricense pro alia, singulis annis recipiendum inscribit. XX, 157.

1173. —— „ —— Rex consules Cracovienses de omnibus pactis et tractatibus pro argento seu clenodiis, ab Ioanne Alberto rege in vim pignoris 5000 fl. apud praedictos consules deposito, quietat. XX, 158.

1174. —— „ —— Rex Seuerino Herborth, canonico Camenecensi, notario regio, pro servitiis aream certam alias dworzysko, quam nunc laboriosus Stephanus possidet in villa Nahorcze districtus Leopoliensis, in perpetuum donat, liberando eam ab omnibus laboribus et censibus et transferendo de iure regio in ius terrestre. XX, 160.

1175. —— „ —— Rex Paulo de Vitovicze, zuppario Cracoviensi et capitaneo Brzestensi, 1000 marc. debiti in zuppis Cracoviensibus alias de manibus Ioannis Jordan de Zaclyczyn, castellani Byecensis et capitanei Osswyaczymiensis ac moderni zupparii Cracoviensis, percipiendas demonstrat. XX, 169.

1176. —— *f. 3 post Agnetis (23 ian.).* Rex Stanislao Kmytha de Wyssnycze, palatino

Belsensi et capitaneo Premisliensi, ad rationem 4000 fl. ei iu castro et capitaneatu Premisliensi inscriptorum, 800 fl. in bonis regalibus: oppido Mosczyska et molendino aquatico, nec non villa Lyasski, ad eundem capitaneatum Premisliensem pertinente Andreae Czurylo de Stoyanycze, dapifero Premisliensi, inscribere consentit. XX, 157.

1177. *Cracovia, f. 3 post Agnetis (23 ian.).* Rex ad petita Hieronimi Leoncza veneti, artis lapidatoriae et margaritariae magistri, filium ipsius Angelium in servitium et protectionem suam suscipit. XX, 163.

1178. —— „ —— Rex pro meritis Nicolai Vizga, curiensis sui, Hedvigi relictae eius bona regalia villam Dimitrow, in terra Russiae et districtu Buscensi sitam, donat. XX, 163.

1179. —— „ —— Rex Paulo de Vitovicze, zuppario Cracoviensi et capitaneo Brzestensi, 1000 marc. debiti ex ratione zupparum earundem de proprio ipsius Pauli argento in monetaria regia Cracoviensi cudendas demonstrat. XX, 169.

1180. —— *f. 3 ante Conversionis Pauli (23 ian.).* Rex Paulum de Vithovicze, zupparium Cracoviensem et capitaneum Brescensem, ab administratione zupparum Wyeliciensis et Bochnensis destitutum, facta cum illo ratione, ab omnibus solutionibus variis personis debitis, in actu expressis liberum facit, imponendo easdem solutiones in personam Ioannnis Jordan de Zaclyczyn, castellani Biecensis et praesentis zupparii. XX, 161.

1181. —— „ —— Rex ven. Adamo Bochen, medicinae doctori, physico suo, pro servitiis 100 fl. hung. in zuppis Cracoviensibus donat. XX, 163.

1182. —— „ —— Rex 5363 fl. Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, pro variis mercantiis debitos in 4 ratis sub certis condicionibus solvere promittit. XX, 168.

1183. —— „ —— Rex Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, summam 1000 fl., quam pro rege consulibus Cracoviensibus fideiusserat, in moneta aerarii publici de manibus Iacobi de Schydlowiecz, regni thesaurarii, recipiendam demonstrat. XX, 170.

1184. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zaclyczyn, castellano Byeczensi, capitaneo Oswaczymensi, administrationem, gubernationem, dispositionem et regimen zupparum utriusque salis in Wyelyczka et Bochnya describendo summas, quas et cui de zuppis soluturus est, committit, inscribitque ei pro salario annuo in pecuniis 400 marc., unum stamen panni macheliensis, adamascum pro veste una et pelliceam mardurinam; 2000 vero marc. Paulo de Wythowycze, priori zuppario debitas, pro quibus idem Ioannes pro rege fideiusserat, in defectu solutionis in bonis regalibus Osswyaczym inscribit. XXI, 33.

1185. —— *f. 4 post Agnetis (24 ian.).* Rex 1000 fl. hung. apud Seuerinum Bethman et Ioannem Bonar in mutuum receptos e duabus mensuris de molendino Camyenny extra muros Cracovienses sito recipiendos demonstrat. JL. XX, 166.

1186. —— „ —— Rex Paulo de Vitovicze, zuppario Cracoviensi et capitaneo Brestensi, 1000 marc., quas sibi de ratione zupparum remanserat obligatus, de thesauro monetae per annum in 4 ratis quartalibus solvere promittit. JL. XX, 166.

1187. —— „ —— Rex Janussio Swirczowskj pro servitiis oppidum Ropczycze et villam Gora de manibus Nicolai Sborovskj, castellani Zarnoviensis, tenutarii illorum bonorum, redimere admittit. JL. XX, 167.

1188. —— „ —— Rex Paulo de Vythovicze, zuppario Cracoviensi et capitaneo Brestensi, 2000 marc. de zuppis Cracoviensibus solvere vel in bonis Osswyaczym inscribere promittit. XX, 167.

1189. —— *f. 4 ante Conversionis Pauli (24 ian.).* Rex 500 fl. debiti, restantis ex summa principali 5000 fl., apud consules Cracovienses ab Ioanne Alberto rege mutuata, in monetaria regali, videlicet argento proprio cudendo ad summam eandem 500 fl. ex lucro cussi eiusdem argenti cumulandam demonstrat. XX, 168.

1190. —— „ —— Rex Paulo de Vythovicze, capitaneo Brzestensi et zuppario Cracoviensi, ex ratione zupparum earundem, 8263 marc. et 37 gr. eidem in zuppis in sale, aerario et in bonis Osswyaczym certo modo inscribit. XX, 168.

1191. —— „ —— Rex doctorem Albertum de Schamotuli medicum pro servitiis ab omni onere et labore sive de iure, sive de consuetudine universitati studii Cracoviensis more aliorum doctorum debito, ab omnique cura omnium rerum et officiorum per eum obeundorum eximit et absolvit. XX, 171.

1192. —— *f... ante Conversionis Pauli (22—24 ian.).* Rex cum Ioanne Turso et Ioanne Bonar, consulibus Cracoviensibus, certum contractum pro argento per eos ad cussionem monetae dando facit. JL. XX, 165.

1193. —— *f. 5 post Agnetis (25 ian.).* Rex Symoni Gromek pellifici salvum conductum in regno negotiandi ad unum annum admittit. XX, 167.

1194. —— „ —— Rex Ioanni Zelenskj de Podolia, ob destructionem bonorum ipsius haereditariorum a Tartaris, salvum conductum seu moratoriam a solutione debitorum ad annum unum dat. XX, 171.

1195. *Cracovia, f. 5 Conversionis Pauli* (*25 ian.*). Rex facto cum Paulo de Vitovicze, zuppario Cracoviensi, rationis calculo, eundem de administratione earundem zupparum ab anno 1502 ad festum Epiphaniarum (6 ian.) anni 1504 quietat. XX, 169.

1196. —— „ —— Rex Paulo de Vytovicze, capitaneo Brzestensi et zuppario Cracoviensi, 1800 marc. in castro Brzesczye et pertinentiis inscribit et bona Radzyeyow tenutae Caspari succamerarii Calissiensis et aliorum haeredum Raphaëlis de Lesczno, castellani Posnaniensis, redimere consentit. XX, 170.

1197. *Andrzeyow, f. 6 post Conversionis Pauli* (*26 ian.*). Rex Henrico Slakier, civi Cracoviensi, tenutario in Rakovicze terrae Cracoviensis bona eadem cuilibet obligare consentit. XX, 171.

1198. —— „ —— Rex Henrico Slakier 1359 fl. et 11 gros. debiti pro diversis rebus, per eum ad mandatum regium datis, in monetaria Cracoviensi designat vel pro festo Ioannis Baptistae proximo (24 iun.). solvere promittit. XX, 171.

1199. —— *sabbato post Conversionis Pauli* (*27 ian.*). Rex, intercedendo debitum Ioannis Swyrczowskj, curiensis sui, 200 fl. hung. apud Petrum Morsthyn, civem Cracoviensem, receptorum, eosdem praedicto Petro Morsthyn in molendino regali Camyen, tenutae eius inscribit. XX, 171.

1200. *Cracovia, dominica post Agnetis* (*28 ian.*) Rex ad petita Ioannis Andreae de Buczacz, curiensis sui, litteras suas Vilnae, f. 6 post Lamparti (22 sep.) anno 1503 super exemptionem bonorum Rawa et telonei Rawensis datas sub sigillo secreto datas in sigillum cancellariatus regni transfert. XX, 159.

1201. *In campo inter hereditates Lukow oppidum et campum Crasnycza, ab una, et haereditatem Lazy, ab alia partibus, f. 3 ante Purificationis V. Mariae* (*30 ian.*). Vincentius de Gosth iudex, Dobeslaus de Mislow subiudex Lukovienses, Stanislaus de Kazanow et Michaël de Lesczanka, iudices commissarii, a rege Alexandro litteris de data Lublini, sabbato Catharinae (25 nov.) anno 1503 deputati, revisis litteris granitialibus Ioannis Curopathwa de Laczvchow, succamerarii terrae Lublinensis et districtus Lukoviensis, de anno 1446, mellificia inter oppidum Lukow et campum Kraznycza, ex una, et villam Lazy, haereditariam nobb. Laurentii, Janussii, Andreae, Stanislai, Bernardi et aliorum, partibus ex altera, praefatis haeredibus de Lazy adiudicant. XX, 149.

1202. *In conventione generali Pyotrcoviensi, f. 4 ante Purificationis V. M.* (*31 ian.*). Rex Mathiae de Drzevicza, praeposito Skarbimiriensi et regni vicecancellario, et Adae de eadem, capitaneo Lucoviensi, aliisque germanis, medietatem advocatiae Opocznensis de manibus Stanislai de Opoczno et Ioannis ac Hieronimi, filiorum eius, et Stanislai Wiecha ac Catharinae, uxoris eius, eximere consentit et 200 fl. hung. ipsis in eadem medietate advocatiae inscribit. XX, 190.

1203. —— *ineunte Februario.* Data est quitantia nob. Nicolao Szyrakowsky, vicezuppario Bochnensi, super 250 fl. hung. ad rationem zuppae Bochnensis pro equis per Reg. Mtem apud eundem Szirakowsky emptis super rationem Pauli Czarny, quondam zupparii Cracoviensis. r. XIX, 127.

1204. —— „ —— Alexander rex fratribus minoribus bernardinis vel ordinis s. Francisci aream pro monasterio et ecclesia in Poloczko sub castro secus fluvium Polotha, incipiendo a fluvio Polotha circa latus pontis et tenendo circumferentialiter iuxta viam sive stratam, quae ducit de castro versus ecclesiam s. Spiritus, quousque perveniatur iterum ad supradictum fluvium Polotha, una cum prato regio ibidem contento, cum consensu Alberti episcopi Vilnensis et senatorum M. D. Lithuaniae donat. XX, 173.

1205. —— *f. 5 vigilia Purificationis V. M.* (*1 feb.*). Deputati sunt commissarii ad limitandas granities inter bona regalia Bonykowo tenutae Costensis, ex una, et alia haereditaria ven. et nobb. Sigismundi Laczki, custodis Lanciciensis et canonici Posnaniensis, ac Vincentii et Ioannis, nepotum ipsius, videlicet villam Minor Lanki, ex altera partibus, hii videlicet: Dobrogostius de Ostrorog Posnaniensis, Petrus de Opalyenycza, iudex Posnaniensis et Landensis, Mathias Gostinsky Srzemensis castellani, Stanislaus Laszoczki, succamerarius Posnaniensis, in absentia eius camerarius, etc., in forma cancellariae solita. r. MD. XIX, 127.

1206. —— „ —— Rex Adae de Curozwankj, filio Nicolai de eadem palatini Lublinensis, salvum conductum ad 4 septimanas in 12 equis et totidem hominibus ad iudicium regale veniendi et negotia cum gen. Vilhelmo Svyhowski agendi dat. XX, 172.

1207. —— „ —— Rex ad intercessionem Frederici marchionis Brandenburgensis Felicem Zelenskj, tenutarium bonorum regalium Lukow, per 2 annos ab omni expeditione bellica absolvit. XX, 204.

1208. —— *f. 6 Purificationis V. M.* (*2 feb.*). Rex ad vota Vladislai, Hungariae et Bohemiae regis, germani sui, Jaroslao (Iacobo) de Sokolow, Suae Reg. Mtis curiensi, litteras gratiae exspectativae super burgrabiatum Cracoviensem dat. XX, 172.

1209. —— *sabbato in crastino Purificationis V. M.* (*3 feb.*). Rex, satisfaciendo con-

tractui per se cum Iacobo de Glynkj, capitaneo Vyssnensi, superiori tempore facto, ei villas Pyathnycza, Calynowo, Brunowo et Bozeyowo, in terra Vyssnensi sitas, quas ipse Iacobus a rege Ioanne Alberto cum capitaneatu Vyssnensi in certis summis habuerat inscriptas, cum borra, inter Colanczyno, Jezyorko et Grodzanowo consistente, ad villas Pyathnycza et Calynowo, et silva Lodny nuncupata, ad villas Brunowo et Bozeyowo pertinentibus, et cum pratis, trans fluvium Byedrza sitis, ad ipsam villam Bozeyowo spectantibus, pro 3200 fl. hung. perpetuo vendit. JL. XIX, 188.

1210. *In conventione Piotrkoviensi, sabbato in crastino Purificationis V. M. (3 feb.).* Rex vicariis Vladislaviensibus cathedralibus privilegium antiquum super medietatem telonei Dobrzinensis aquatici innovat. JL. XX, 173.

1211. —— „ —— Rex propter exustionem castri et oppidi Osswyaczym, cum Ioanne Jordan de Zakliczyn, castellano Byeczensi ac zuppario, procuratoreque generali Cracoviensi et capitaneo Osswaczymensi, certam ordinationem reaedificandi per eum dictum castrum et habitationes, stubas, propugnacula, alias basthy, circumcirca castrum facit, inscribitque ei 2000 fl. hung. pro aedificiis et 2000 fl. prius ei inscriptos in praedictis castro et oppidis, ad id pertinentibus, cum hac moderatione, quod 200 fl. regi de ipsis bonis pro 300 fl. annuatim dare debebit. XXI, 37.

1212. —— *sabbato die Blasii (3 feb.).* Rex Ioanni (Konarski), episcopo Cracoviensi, iuspatronatus in praepositura Stobnycensi Cracoviensis dioecesis et in canonicatu Crussvyciensi dioecesis Wladislaviensis, quam et quem Mathias (de Staralomza), episcopus Chelmensis, obtinet, pro una vice donat. XIX, 142.

1213. —— *dominica post Purificationis (4 feb.).* Rex Mathiae de Drzevicza, praeposito Skarbimiriensi, vicecancellario, et Adae germano de eadem Drzevicza, capitaneo Lukoviensi, medietatem advocatiae Opocznensis de manibus Stanislai de Opoczno et Ioannis ac Hieronimi, filiorum eius, et Stanislai Vyecha ac Catharinae uxoris eius eximere consentit. JL. XX, 183.

1214. —— *f. 2 post Purificationis V. M. (5 feb.).* Rex ad petita nob. Eliae Czolhanskj Fyethkovicz litteras limitationis granitierum inter bona haereditaria tunc praeclari Alexandri ducis, nunc vero regalia Lisszancze et Pukynycze eiusdem Eliae haereditaria, a Spithkone de Jaroslaw, succamerario Premisliensi, in castro Jaroslaviensi, f. 2 die Viti (15 iun.) anno 1467 datas confirmat. XX, 174.

1215. —— „ —— Rex Ioanni de Hanczkowa Gora nunc in Zydaczow agenti et sociis eius potestatem inquirendi mineras ubilibet in regno et signanter in silva circa bona regalia Stolsko in districtu Leopoliensi tenutae Andreae Chelmyczski admittit. JL. XX, 176.

1216. —— *f. 2 ante Dorotheae (5 feb.).* Rex ad petitionem consiliariorum regni donationem senatorum regni, quam vacante regno Stanislao Thomyczky, tribunatum terrae Lanciciensis eidem conferendo per liberam resignationem Nicolai Gardzyna de Lubrancz, palatini Calissiensis, vacantem, fecerunt, approbat. MD. XIX, 127.

1217. —— „ —— Rex nob. Anzelmo Padarzewsky reformationem dotis et dotalitii Margarethae, consorti ipsius, in villa regali Padarzewo, in terra Maioris Poloniae sita, tenutae eius, coram Ambrosio de Pampow, palatino Siradiensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, facere et inscribere admittit. MD. XIX, 128.

1218. —— *f. 3 Dorotheae (6 feb.).* Rex Michaëli Jacubowsky, terrigenae regni et tenutario villae regiae Lagyewnyky, in terra Maioris Poloniae et districtu Gnesnensi sitae, nobb. Margarethae, consorti eius, et Agneti, sororibus germanis, in summis, in praedicta villa Lagyewnyky inscriptis, 308 fl. hung. coram Ambrosio de Pampow, palatino Siradiensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, inscribere et reformare admittit. MD. XIX, 128.

1219. —— „ —— Rex oppidanis de Grodek propter calamitatem ignis et incursus Tartarorum exactionem czopowe per tempora proxime praeterita non solutam indulget. XX, 174.

1220. —— „ —— Rex in differentia inter Lucam de Gorka, castellanum Spyczimiriensem et tenutarium bonorum regalium Pobyedzyska, et Michaëlem Jacubowski, tenutarium villae regalis Lagyewnykj, ad tenutam Pobyedzyska spectantis, orta super solutione stationis regiae ex ipsa villa Lagyewnykj, decernit, quod statio praefata de Lagyewnykj debet dari casu adventus regii in Pobyedzyska. XX, 175.

1221. —— „ —— Rex Raphaëli de Syemnowa, vexillifero Haliciensi, tenutario villarum regalium Dobrzany, Zubrza alias Lubyany, easdem villas Ioanni Byedoszyczski obligare consentit. XX, 175.

1222. —— „ —— Rex ad petita Anzelmi Padarzewski exemptionem bonorum regalium villae Padarzow districtus Gnesnensis de manibus Ioannis Wedelski atque Burkardi Dancz et Vincentii de Byeganow, castellani Santhocensis, a patre ipsius Alberto Crapyowski factam necnon coëmptionem scultetiae in eadem villa Padarzow apud laboriosos Nicolaum, Ioannem et Albertum germanos et Petrum patruelem ipsorum scultetos confirmat. XX, 175.

1223. —— „ —— Rex 500 fl. hung., 400 in auro et 100 in moneta polonicali, apud Ni-

colaum de Cossobudy, cancellarium ecclesiae Plocensis, anno praeterito in mutuum receptos, eidem in bonis oppidi Raczansch districtus Plocensis tenutae ipsius inscribit. XX, 206.

1224. *In conventione Piotrkoviensi, f. 4 post Purificationis V. M.* (*7 feb.*). Rex consulibus civitatis Pysdri molendinum aquaticum duarum rotarum in fluvio Wartha in loco, ubi antiquum molendinum civile fuerat, pro roboribus dividendis alias pila aedificare et construere sub certis condicionibus admittit XX, 177.

1225. —— *f. 4 in crastino Dorotheae* (*7 feb.*). Rex significat, quia Paulus de Sobyesyerznye 200 marc. Bernardinae alias Byernathcze de Dambye, filiae Vincentii de eadem Dambye, consorti vero suae, in tota villa Minori Sobyesyrnye et in medietate sortis in villa Maiori Sobyesyernye districtus Juniwladislaviensis et in sorte villae Conoyeczko districtus Brestensis vigore dotis et dotalitii reformaverit. XX, 178.

1226. —— *f. 5 post Dorotheae* (*8 feb.*). Rex 1800 fl. hung. in anno et 1600 in ½ grossis apud Petrum Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castellanum Visliciensem, Mariemburgensem et Radomiensem capitaneum, in mutuum receptos, super castro et civitate capitaneatuque Sochaczoviensi cum villis pertinentibus inscribit. JL. XX, 177.

1227. —— „ —— Rex Nicolao Boczanowski, qui in iudicio castrensi Radzeyoviensi cum Ioanne de Opporow, tenutario Cruschviczicnsi, pro 55 fl. hung. debiti mutui in libris castrensibus Radzyeoviensibus super bonis regalibus Kokoschycze eiusdem districtus inscriptis iudicialiter litigando, hanc summam lucratus est, intromissionem in eandem villam Kokoschicze admittit. XX, 178.

1228. —— „ —— Rex ad petitionem Stanislai, Mathiae, Nicolai, Martini et Blasii fratrum de Wyerzeyki litteras Swathoslai, iudicis Lucoviensis, super granities silvae Flusziecz, in Lucow, in vigilia Nicolai confessoris (5 dec.) anno 1418 datas, confirmat. XX, 179.

1229. —— *f. 5 ante Scholasticae* (*8 feb.*). Rex civitati Pysdrensi 8 macellas seu institas panum pro utilitate eiusdem instituere concedit. MD. XIX, 129.

1230. —— *die Apolloniae* (*9 feb.*). Data est quitantia Iacobo Mayk super 10 marc. ad Josko iudaeum ad rationem telonei Leopoliensis. r. XIX, 130.

1231. —— *f. 6 Apolloniae* (*9 feb.*). Rex testificatur Petrum Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellanum Visliciensem et Mariemburgensem Radomiensemque capitaneum, sui testamenti executores, omniumque bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum ac puerorum suorum tutores, Vincentium de Przeramb, episcopum Vladislaviensem, Mathiam de Drzevycza, regni vicecancellarium, Stanislaum de Modrzyeyowycze, castellanum Radomiensem, Stanislaum Schaffranyecz, fratrem suum germanum, et Ioannem Czyolek de Zelyechow, fecisse et filiabus suis Barbarae, Ursulae et Sophiae 3600 fl. in tenuta Sochaczoviensi et bonis suis haereditariis summamque, quam habet in villa Cadzycze inscriptam, et 100 fl. pro ecclesia Seczemynensi legasse, inscripsisseque iisdem filiabus bona haereditaria, casu, si praefatus Stanislaus, frater eius, prole masculina caruerit. In margine nota: „Cassatum per me Mathiam vicecancellarium manu propria“. MD XIX, 139.

1232. —— *f. 6 ante Scholasticae* (*9 feb.*). Rex pro servitiis Iacobo Mayk Mglowski, tribuno Chelmensi, curiensi suo, bona semel in vita sua, post duas personas a bello pro defensione regni instituendo absentes vacantia, quaecunque in terra Lublinensi sibi elegerit, per absentiam bellicam ad regem ipso iure devolvenda, donat. MD. XIX, 130.

1233. —— *sabbato Scholasticae* (*10 feb.*). Dati sunt commissarii Vincentius (de Przeramb) episcopus Vladislaviensis, Ioannes de Przeramb castellanus, Vincentius de Maiori Charlupya succamerarius, in absentia eius camerarius, Iacobus de Cruschow iudex et Stanislaus Parznyowski subiudex Siradienses, ad limitandas granities inter bona regalia oppidum Thuschyn tenutae Aucti de Panyewo et fratrum eius et agros plebanales ibidem, ex una, et haereditaria villam, Delowa Lanka Ioannis Delowski, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. MD. XIX, 129.

1234. —— „ —— Dati sunt commissarii Ioannes de Tharnow, palatinus Russiae generalis, Stanislaus Dersnyak de Rokythnycza succamerarius, in absentia eius camerarius, Iacobus de Czyessaczyn iudex et Raphaël de Prochnyk subiudex Premislienses, ad limitandas granities inter bona regalia oppidum Mosczyska et villas Lyaschki, Bunow, Sokolya, ad dictum oppidum ex antiquo spectantes, tenutae Stanislai Kmytha de Vyssnycze, palatini Belsensis et capitanei Premisliensis, ex una, ac inter bona haereditaria villas Rudolowycze, Vykoczycze et Rogoszno Andreae Czvrylo, dapiferi Premisliensis, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. MD. XIX, 130.

1235. —— „ —— Rex ad petita Mathiae praepositi Skarbimiriensis vicecancellarii et Adam germani de Drzevicza, capitanei Lukoviensis, litteras privilegiales super ⅓ partem molendini aquatici in Opoczno: Vladislai II in Solecz, f. 3 die Exaltationis Crucis (14 sep.) anno 1423 et Casimiri III, in Opoczno, die Gregorii (12 mar.) anno 1360 et in Skrzyn, die Ioannis

Baptistae (24 iun.) anno 1368, tum Ioannis Alberti, Cracoviae die Martini (11 nov.) anno 1498 datas confirmat. JL. XX, 181.

1236. *In conventione Piotrkoviensi, sabbato Scholasticae (10 feb.).* Rex oppidanis Skarbimiriensibus a quolibet curru pro foro annuali seu septimanali veniente per 2 ternarios exigendi potestatem admittit. JL. XX, 184.

1237. —— *dominica ante Valentini (11 feb.).* Rex ad petita Koresz Chroskowski, possessoris medietatis villae Wthorek, litteras Casimiri IV regis super acquisitionem eiusdem a Troyano de Lubczyno de manibus Nicolai Gruszczynski, subdapiferi Posnaniensis, modo commutationis, in conventu Colensi, sabbatho post Francisci (8 oct.), anno 1457 datas, confirmat. JL. XX, 180.

1238. —— *f. 2 ante Valentini (12 feb.).* Renovata et data est commissio limitendarum granitierum inter bona ecclesiae parrochialis in Rawa, cuius immediatus patronus rex exstat, ex una, et alia haereditaria villam Danykow Nicolai de ibidem, cuius commissionis commissarii sunt: Prandotha de Trczyana, castellanus Gostinensis, Abraham de Zalusskj pincerna, Hermolaus de Sathkowicze succamerarius, in absentia eius camerarius, et Iacobus de Brzostowyecz iudex Rawenses. r. XIX, 130.

1239. —— „ —— Deputati sunt commissarii Vincentius de Przeramb, episcopus Vladislaviensis, Ioannes de Przeramb Siradiensis, Ioannes de Olyeszko Malogostensis castellani, et succamerarius Sandomiriensis, in absentia eius camerarius, Nicolaus de Bedlno, subiudex Sandomieriensis, ad limitandas granities inter bona regalia, villas Volya Opoczenska, Radzycze et Swyrczynka tenutae Ioannis et Stanislai germanorum de Sprowa, ex una, et haereditaria villas Damnyowycze, Trzebyna et Wygnanow Annae Damnyowska ac filiorum eius Laurentii, Ioannis, Sbignei, Erasmi et Pauli et Nicolai Lyczko, de eadem Trzebyna haeredis, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 130.

1240. —— „ —— Eisdem commissariis commissum est bona regalia villas Podlyeszye, Demba et Demba Rzeczka, ad Opoczno pertinentes, tenutae eorundem germanorum de Sprowa, capitaneorum Opocznensium, ex una, et haereditaria villam Buczek Annae Buczkowska ac filiorum eius Nicolai, Martini et Laurentii, ex altera partibus, limitare. r. XIX, 130.

1241. —— „ —— Rex Petro Gorski, castellano Naklensi et capitaneo in Slochow et Choynycze, censum 20 fl. hung. annuatim per cives Choyniczenses castro Slochoviensi et capitaneo eiusdem in vim datiae „lardi" nuncupatae solvi solitum, consulibus et proconsuli Choyniczensi inscribere et obligare consentit. XX, 191.

1242. —— *f. 3 post Scholasticae (13 feb.).* Spythko de Jarosslaw, castellanus Cracoviensis, Ioannes de Tharnow Sandomiriensis et Ioannes de eadem Tarnow terrarum Russiae generalis palatini, arbitri inter Elisabeth de Tharnow, olim Dobeslai de Curozwanki, palatini Sandomiriensis, consortem, ex una, et Stanislaum de Curozwanki, praefati Dobeslai filium, partibus ex altera, instituunt certam concordiam occasione villae Mydlnyki districtus Cracoviensis, quam praefatus Dobeslaus, tunc palatinus Lublinensis, post factam in eius medietate reformationem dotis et dotalitii praedictae Elisabeth, uxori suae, Creslao cancellario regni Poloniae, fratri suo, ad tempora vitae eius inscripserat sub ea condicione, quod ipsa villa post mortem dicti Creslai ad successores ipsius Dobeslai redire debebit. XIX, 147.

1243. —— *f. 3 ante Valentini (13 feb.).* Rex Nicolao de Cosczyelyecz, praeposito Vladislaviensi, decano Gnesnensi, ad Boguslaum ducem Stolpensem, generum regium, ratione possessionis castrorum Valcz et Drahym in Polonia Maiori ac Lamburk et Bithom in Prussia missuro, litteras pro expediendis negotiis dat. XX, 183.

1244. —— „ —— Rex ad petita Mathiae praepositi Skarbimiriensis et vicecancellarii et Adae germani eius de Drzevicza, litteras Casimiri III regis in Zarnovyecz f. 4 post Iudica (2 apr.) anno 1365 super advocatiam Opocznensem datas confirmat. XX, 184.

1245. —— *f. 4 Valentini (14 feb.).* Iacobus de Crussow iudex et Stanislaus de Parznyewycze subiudex terrae Siradiensis generales in causa ratione granitierum bonorum regalium oppidi Myesczyssko, tenutae Petri, Stanislai, Hedvigis viduae et alterius Stanislai, ab una, et villae Cozyelnycza terrigenae nob. Boguchwal, in terris Maioris Poloniae sitae, partibus ab altera, necnon molendini nuncupati Myesczko circa oppidum Myesczysko super fluvio Velina, per commissarios regios Ambrosium de Pampow, palatinum Siradiensem et Maioris Poloniae capitaneum generalem, Dobrogostium de Ostrorog Posnaniensem, Mathiam de Slupi Naklensem castellanos, Janussium Lyathalski iudicem et Casperum de Lyeschno succamerarium Calissienses faciendarum, santentiam certam ferunt. XIX, 137.

1246. —— „ —— Rex iudaeos Gnesnenses per exustionem oppidi depaupertatos per 2 annos a censu regali et omni contributione absolvit. XX, 183.

1247. —— „ —— Rex Mathiae Zaramba de Zablonowo inscriptionem mensurarum molendinorum aquaticorum in oppido Bidgostiensi et tertiae sortis molendini in Susskowka a Nicolao de Cosczyeliecz, palatino Brzestensi et capitaneo Tucholiensi, factam approbat. XX, 186.

1248. *In conventione Piotrkoviensi, f. 4 Valentini (14 feb.).* Rex ad preces Ioannis Choyenskj, canonici Gnesnensis et archidiaconi Lanciciensis, litteras Iacobi de Wosznykj, iudicis Siradiensis, in conventu generali Pyotrcoviensi, sabbatho in vigilia Valentini (13 feb.) anno 1501 datas, decretum in causa bonorum Choyny, Bandon et Myleskj in se continentes, approbat. XX, 187.

1249. —— „ —— Rex Mathiae de Staralomza, episcopo Chelmensi, cuius dioecesis per Tartaros destructa est, 200 marc. pensionis annuae in zuppis Premisliensi et Drohobicensi post mortem Creslai de Curozwanky, episcopi Vladislaviensis et cancellarii, vacantes, ut statum episcopalem decenter gerere possit, assignat. XX, 215.

1250. —— *f. 5 in crastino Valentini (15 feb.).* Rex ad petitiones Ioannis de Tharnow, palatini Russiae, civibus ipsius de Tharnow pontes in fluviis Byalya, Trussna et Polna restaurare admittit, datque facultatem tollendi a quolibet curru, quibuscunque mercibus onerato, per ipsos pontes eunte, per $^1/_2$ grossum perpetuis temporibus. MD. XIX, 130.

1251. —— „ —— Rex Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem et tenutarium Costensem, de ratione de censibus et proventibus tenutae ipsius Costensis ab anno 1499 ad 1501 inclusive, per Nicolaum de Camyeniecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem, Mathiam de Drzewicza, praepositum Skarbimiriensem et regni vicecancellarium, Iacobum de Schidlowiecz, capitaneum Sochaczoviensem et regni thesaurarium, de mandato regio cum eodem Spithkone facta, quietat et 287 marc. debiti e proventibus eiusdem tenutae per eum percipiendas demonstrat. MD. XIX, 134.

1252. —— „ —— Iacobus de Crussow index et Stanislaus de Parznyowycze subiudex terrae Siradiensis generales, in iudicio regali assidentes, nob. Petrum, advocatum Ravensem, 300 marc. dotis, post nob. Sophiam, uxorem suam, a Nicolao de Lubyathow, tribuno maiori Siradiensi, receptae, in summa, quam inscriptam habet sibi in actis terrestribus Ravensibus in villa Volya Czyrnyowska districtus Ravensis a Iacobo de Dobrzelyn, eidem Sophiae reformasse testificantur. XIX, 146.

1253. —— „ —— Rex controversiam inter Ioannem Czestek de Zalno et Petrum Gorskj, castellanum Naklensem et capitaneum Slochoviensem, ratione exemptionis villae regalis Moszyna, ad castrum Sluchow pertinentis, disiudicat. JL. XX, 188.

1254. —— „ —— Rex Ioanni Granczski, tenutario oppidi Stauischyn, dotem et dotalitium consorti eius Catherinae de Lyssowo in sorte bonorum oppidi praefati Stawyschyn inscribere consentit. XX, 186.

1255. —— „ —— Rex, disiudicando causam inter Ioannem Koszmider de Gruschczycze et Andream Diuida de Kothlyny, occasione villae Byala in terra Vyelunensi ortam, possessionem eiusdem villae praefato Ioanni Kosmider adiudicat. XX, 188.

1256. —— *f. 6 post Valentini (16 feb.).* Rex ad petitiones Ioannis et Nicolai germanorum, dicti Wspythkowye, haeredum de Sulyborowycze et Raczkow, litteras commissariorum regiorum in causa granitierum inter bona regalia Thurovycze et Planskowycze et haereditaria praefatorum germanorum Suliborowycze et Raczkow, de data in monte circa Dzywrdzowo Wolya, penes ultimum scopulum, f. 2 post Elisabeth (20 nov.) anno 1503 datas, confirmat. MD. XIX, 131.

1257. —— „ —— Rex iura civium Cracoviensium de non evocandis eis ad aliquod iudicium extra muros Cracovienses, privilegio Vladislai regis Cracoviae, f. 2 infra octavas Assumptionis V. M. (18 aug.) anno 1399 donata, renovat et ratificat. MD. XIX, 132.

1258. —— „ —— Rex, controversiam inter Bernardum abbatem Landensem et Michaelem Povedzskj, tenutarium bonorum regalium Powidz, ratione lacuum Biale et Czarne circa villam Scoranczino, ad ipsum monasterium spectantem, iacentium, eidem monasterio ab olim Wladislao rege donatorum, disiudicando, eosdem lacus monasterio Landensi adiudicat, ad relationem commissariorum suorum Nicolai Gardzina de Lubrancz, palatini Calissiensis, et Ambrosii Pampowski, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis. XX, 186.

1259. —— „ —— Rex Mathiae praeposito Skarbimiriensi et vicecancellario, Hieronimo Posnaniensi, Sandomiriensi canonico, Adamo capitaneo Lukoviensi et Valeriano, germanis de Drzevicza, qui certum debitum pro Regia Maiestate exsolverant, 200 fl. hung. in tertia mensura molendini Opocznensis inscribit. XX, 189.

1260. —— „ —— Rex ad instantes petitiones Iacobi et Nicolai Karczowe germanorum, de Wyrzbow haeredum, eosdem et alios fratres germanos et patrueles circa possessionem eiusdem villae conservat. XX, 190.

1261. —— „ —— Rex ad petita spect. Ioannis, Mathiae, Iacobi et Laurentii privilegium eis super molendinum ipsorum haereditarium super fluvio Bosthorza in borra regali ab ipsis casu quodam perditum innovat. XX, 191.

1262. —— „ —— Rex Mathiae de Gosd, Lukoviensi plebano, notario suo, domum et aream dictam Ozablowski in Lukow penes cimiterium et domum scholarium, ex una, et penes

domum Stanislai Offycza sitam, pro presbyterorum habitatione seu pro hospitali fundando de iure civili theutonico in ius spirituale transfert. XX, 192.

1263. *In conventione Piotrkoviensi, f. 6 post Valentini (16 feb.).* Rex hospitali in Brzezek, per Gregorium de Sanok, theologiae baccalarium, poenitentiarium regium et magistrum capellae regiae, constructo et erecto, hortum, in porticu hospitalis pro dealbatorio telae alias blech retro ecclesiam parrochialem situm, agrum dictum Cobilka iuxta piscinam, molendinum cum ipsius piscina circa villam Mokrzyska donat et ab omnibus censibus et solutionibus absolvit. JL. XX, 192.

1264. —— *f. 6 Iuliannae (16 feb.).* Rex Ioanni Glogowskj, terrigenae Gostinensi, vexilliferatum Gostinensem, per mortem Ioannis Syrmianowski vacantem, confert. XX, 187.

1265. —— *dominica Carnisprivii (18 feb.).* Incolis seu emethonibus villae Latinae alias Wlochy in terra Sczepusiensi propter voraginem ignis concessa est libertas a solutione censuum ad 4 annos. r. XX, 192.

1266. —— *f. 2 ante Petri in cathedra (19 feb.).* Rex succamerariatum Brestensem, post mortem Nicolai de Lubien vacantem et postquam illum Martinus de Crethkow non acceptavit, Petro Sokolowski terrigenae confert. XX, 192.

1267. —— *f. 3 Carnisprivii (20 feb.).* Rex testificatur Ioannem Cobylenskj Annae, consorti suae, filiae olim Nicolai de Brudzewo, palatini Siradiensis et capitanei Brestensis, 1400 fl. hung. ratione dotis et alios 1400 fl. hung. ratione dotalitii super bonis regalibus villis Tlokynya, Zborow, Thikadlowa, Blozanowa et Grodzysko in districtu Calissiensi et Vittovo in districtu Siradiensi sitis, tenutae eius, de consensu regio, reformasse. XX, 193.

1268. —— *f. 4 Cinerum (21 feb.).* Rex Procopio Romoka terrigenae vexilliferatum Plocensem, per promotionem Thomae de Barthnykj ad castellanatum Plocensem vacantem, confert. JL. XX, 194.

1269. —— „ —— Rex Thomae de Barthnyki, vexillifero Plocensi, castellanatum Plocensem, per resignationem Zavissii de Conradecz vacantem, confert. JL. XX, 194.

1270. —— „ —— Rex in causa Sandislai aliorumque haeredum de Wyanzownycza et Nicolai Brambeczki, notarii Visnensis, occasione falsificationis libri terrestris Visnensis, notarium ipsum ab eiusmodi crimine falsi expurgatum declarat et parti utrique perpetuum silentium imponit. JL. XX, 194.

1271. —— „ —— Rex testificatur Mathiam episcopum Chelmensem, Nicolaum de Barthniki, custodem Plocensem et secretarium regium, Nicolaum de Bresie, tenutarium in Lanskorona et Iacobum de Glinki, capitaneum Visnensem, certam amicabilem complanationem inter Nicolaum cancellarium ecclesiae Plocensis, Mathiam, Matthaeum et Mathatiam germanos de Cossobudi, ex una, et Ioannem de eadem Cossobudi, dictorum germanorum fratrem patruelem, ex altera parte, occasione bonorum haereditariorum Cossobudi, Zdunowo, Lippa, Othoczna et Pobozany instituisse. JL. XX, 224.

1272. —— *f. 4 in vigilia Petri in cathedra (21 feb.).* Rex litteras Nicolai de Wolkow, palatini Pomeraniae, et aliorum commissariorum suorum, in Mariemborck, f. 3 ante Margarethae (11 iul.) anno 1503 datas, decretum in causa inter Cristophorum de Lawno et Nicolaum de Bandow ratione bonorum Trampki et Smolszyn in se continentes, confirmat. XX, 198.

1273. —— *f. 5 post Cinerum (22 feb.).* Rex Iacobo de Glynki, capitaneo Visnensi et tenutario Mlavensi, 330 fl. hung. apud eum in mutuum receptos in bonis regalibus castro, oppidis et terra Visnensi oppidoque Mlawa tenutae eius inscribit. XX, 195.

1274. —— *f. 5 Petri ad cathedram (22 feb.).* Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, pro meritis tenutam et capitaneatum bonorum civitatis Cosczyan cum villis donat. XX, 195.

1275. —— „ —— Rex Andreae Zhidski terrigenae subpincernatum Gostinensem, per mortem Vincentii de Zhidsko vacantem, confert. XX, 199.

1276. —— *f. 5 ante Invocavit (22 feb.).* Deputati sunt commissarii Ioannes de Przeramb Siradiensis, Andreas Zarynski Lanciciensis castellani, N. Byelyawski subpincerna, Ioannes Hynek de Vnyenye succamerarius, in absentia eius camerarius Lanciciensis, Iacobus Szwydek de Crussow, iudex Siradiensis, ad limitandas granities inter bona regalia Luboschewy tenutae Bernardi Lybyschowski, ex una, et haereditaria Lypyanka Ioannis Rzepyschowski, venatoris Siradiensis, ac Starzycze Ioannis et Iacobi de Vyasth, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. MD. XIX, 134.

1277. —— „ —— Rex ad supplicationem Petri de Opalyenycza, castellani Landensis, propter defectum et vetustatem eidem renovat privilegia, Vladislai II regis de data Posnaniae, f. 4 post octavas Visitationis V. M. (10 iul.) anno 1420 super approbationem donationis villae Cranczko (Cranyeczko), per Micosch Bodzantham de Kyeblow Benczae de Noblyschycze, in Podmokle, dominica post Lucae (23 oct.) anno 1334 factae, ac Vladislai III regis de data Cracoviae, f. 4 post Invocavit (17 feb.) anno 1440, super erectionem civitatis seu oppidi Cransko de villa

eiusdem nominis cum iure maydburgensi et foris septimanali pro feriis quintis et annuali pro festo Laurentii (10 aug.) Maternae Budischyn, haeredi de Cransko, concessam. MD. XIX, 134.

1278. *In conventione Piotrkoviensi, f. 6 post Cinerum (23 feb.).* Rex testificatur Nicolaum de Cosczyelecz, palatinum Brestensem et capitaneum Tucholiensem, 70 fl., 42 grossos in quemlibet computando, debiti Ioanni de Minori Sczawino Podborznye a festum Circumcisionis Domini proximum (1 ian. 1505) in praetorio civitatis Thorunensis solvere et reddere se obligasse. XX, 195.

1279. —— „ —— Rex Laurentio Rigas, civi Junivladislaviensi, in crimine incendii ibidem inculpato, uxori eius, pueris, totique familiae salvum conductum infra nunc ad festum Pentecostes (26 mai) dat. JL. XX, 196.

1280. —— *f. 6 ante Mathiae (23 feb.).* Rex donationem sortis in villa Jaykouicze in personam Ioannis Jaykowskj per Ioannem Albertum regem factam, cassat et dictam sortem Gregorio de Jaykovicze, iniuste inculpato in absentia a bello Valachico, restituit. XX, 195.

1281. —— „ —— Rex ad petita Nicolai de Vazownycza, venatoris terrae Visznensis, privilegium Wladislai ducis Masoviae in Wysznya f. 2 in vigilia translationis Stanislai (26 sep.) anno 1435 datum, donationem advocatiae in villa Slucz Sandkoni de Romany in se continens, approbat. XX, 197.

1282. —— *f. 6 ante Invocavit (23 feb.).* Deputati sunt commissarii Ioannes de Przeramb castellanus, Jaroslaus Lassky, tribunus minor, Jacobus Swyder de Crussow iudex, N. Parznyowski subiudex, Vincentius de Charlupya, succamerarius Siradienses, in absentia eius camerarius, ad faciendas granities inter bona regalia Cransthawa tenutae Nicolai Pywo, ex una, et haereditaria villam Przecznye Alberti Przeczen, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 136.

1283. —— „ —— Data est commissio granitierum inter bona regalia villas Brynycze et Parvam Lubochyn, ex una, tenutae Sandivogii de Lazenycze, et haereditariam villam Maleczka Volya Ioannis Tharnowsky, ex altera partibus, commissariis Andreae de Zaxyn Lanciciensi, Alberto Gladzanowski Brzezinensi, Ioanni Schamowski Conariensi castellanis, Ioanni Hynek succamerario, Adam Voznyczki, iudici Lanciciensi. r. XIX, 136,

1284. —— „ —— Deputati sunt commissarii ad faciendas granities inter bona regalia Bobrowyecz tenutae Ioannis, Andreae et Iacobi Dvnyn, germanorum de Vyazd, ab una, et alia haereditaria Petri Pucznyowsky, Cawyeczyn dicta, videlicet, Albertus Glandzyanowsky, castellanus Brzezinensis, Nicolaus Lvbyathowsky, tribunus maior Siradiensis, Ioannes Hynek de Vnyenyn succamerarius, in absentia eius camerarius, Gregorius de Krosnyevicze gladifer et N. Byelawsky subpincerna Lancicienses, et litterae desuper secundum formam solitam cum certa informatione. r. XIX, 138.

1285. —— „ —— Item inter bona regalia Brudzowicze, Malischicze et Duplici Wolya, tenutae capitaneorum Opoczneusium, Nicolai Pyethuch de Krasnyecza et Andreae et Stanislai, germanorum de Smogorzew, ab una, et haereditaria Floriani, Mathiae et Iacobi, germanorum Gapyenszy, Gapyenyn dicta, ex altera partibus, cuius commissionis commissarii Vincentius de Przeramb, episcopus Vladislaviensis, Ioannes de Przeramb Siradiensis, Ioannes Olessky Malogostiensis castellani et succamerarius, in absentia eius camerarius, Ioannes Owadowsky, dapifer et Nicolaus Bedlensky, subiudex terrae Sandomiriensis. r. XIX, 138.

1286. — „ — Rex decretum iudicum commissariorum: Ioannis de Lubranez, episcopi Posnaniensis, Andreae de Schamotuli Posnaniensis et Ambrosii de Pampow Siradiensis palatinorum, Posnaniae, f. 2 post Ramispalmarum (21 mar.) anno 1502 in causa inter Volgandum Iserekyer et Lucam de Obornyky, cives Posnanienses, ac inter eundem Volgandum et Ioannem Carnyewski, civem Cracoviensem, occasione domus certae et horti latum, confirmat. XX, 196.

1287. —— *f.... ante Invocavit (21—23 feb.).* Rex Ioanni de Tarnow, palatino Russiae, 1000 fl. in auro et 13 centena in moneta communi apud eum mutuatos pro festo Iacobi (25 iul.) proximo reddere vel super castro Sanok, oppidis Sanok et Crosno, Tyrawa, dictorum oppidorum suburbiis, zuppis, coctura salis et villis pertinentibus, videlicet: Dambrowka, Olchowcza, Czarthesz, Coschrzowcza, Hlvniez, Holuez, Dobra, Proszek, Novosziedleze, Sczawne, Odrzechowa, Besko, Wroblyk, Hoczow, Jskrzina, Croszenko, Byalebrzegy, Suchodol, Glownynka, Szczepaszowa et Surovicza inscribere promittit. XX, 233.

1288. — *sabbato ante Invocavit (24 feb.).* Deputati sunt commissarii Prandotha de Trczyana castellanus, Petrus de Schydlovyecz succamerarius Cracovienses et capitaneus, et Martinus Sczawynski, pincerna Gostinenses, ad faciendas granities inter bona regalia oppidum Osmolyn, ex una, et villam Starepolye, ad castrum regium Gostinense pertinentem, ex altera parte, ac haereditaria villam Lubykow certorum nobilium, in forma cancellariae solita. r. XIX, 136.

1289. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zaclicziyn, castellano Byeczensi et zupparlo Cracoviensi, 1404 fl. in ½ gross., quos pro rege Ioanni Pyesschek 1000 fl., Henrico Slyakyer

340 fl et Felici Sczassny 64 fl., civibus Cracoviensibus, persolvit, in zuppis Cracoviensibus inscribit. MD. XIX, 136.

1290. *In conventione Piotrkoviensi, sabbato ante Invocavit (24 feb.).* Rex Andream Radzyeyowski, castellanum Sochaczoviensem, Margarethae, filiae Nynognyewii de Cryssko, palatini Plocensis, uxori suae, 700 fl. hung. ratione dotis et 300 fl. hung. ratione dotalitii in medietate bonorum suorum haereditariorum villarum Radzyeyowycze, Schadykyerz, Camyonka, Sboyska et Calanczyn reformasse testificatur. MD. XIX, 136.

1291. —— *dominica Invocavit (25 feb.).* Rex, facto rationis calculo cum Iacobo Lypnyczki, exactore Sandomiriensi, super exactione czopowe a festo Viti (15 iun.) anni 1499 ad quatuor tempora Pentecostes (2 iun.) anni 1501 inclusive, necnon exactione fertonum anni 1499, exactione 8 grossorum de lancis atque civilium a marca per 2 grossos anni 1502 de quartali Pentecosten et aliis tribus inclusive, eundem de perceptis quietat. XX, 198.

1292. —— „ —— De mandato Mtis Regiae interpositum est vadium 3000 fl inter Petrum Niemyglowskj, capitaneum Ravensem, et iudaeum Ozar, teloneatorem Regiae Mtis, quod sub eodem vadio ipse Petrus capitaneus nullis iniuriis aut molestiis dictum iudaeum afficere debet, neque in officio iudaeo commisso eum impedire. r. XX, 198.

1293. —— „ —— Rex significat, quia Ioannes de Sprowa, vexillifer Sandomiriensis et capitaneus Opocznensis, omnes res per olim Ursulam de Curoszwanky, olim Eustachii de Sprowa, castellani Visliciensis, relictam, eiusdem Ioannis matrem, apud Petrum Szadlocha, civem et consulem Visliciensem, in vim fidelis depositi et securae conservationis datas, de quibus eundem Petrum Sophia uxor Petri Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castellani Visliciensis et capitanei Mariemburgensis, ipsius Ioannis soror germana, ad varia iudicia citaverat, de manibus eiusdem Petri receperit et levaverit. XX, 198.

1294. —— „ —— Rex propter benemerita olim Vincentii de Cosczelecz, capitanei et succamerarii Dobrinensis, filio eius Stanislao gratiam exspectativam super succamerariatum eundem, per cessum Alberti Skora de Gay moderni succamerarii vacaturum, donat. JL. XX, 216.

1295. —— „ —— Rex Christophoro de Lawnaw, vexillifero Mariemburgensi, curiensi suo, pro servitiis oppidum regale Starogard et villas in terra Derschoviensi, de manibus Gertrudis relictae Mathiae de Felsendorff liberorumque eius redimere consentit. XX, 251.

1296. —— *f. 2 in crastino Mathiae apostoli (26 feb.).* Rex, ad petita Adae advocati in Rubyeschow et Socalie, prvilegium Semoviti ducis Masoviae, anno 1424 in Belza, f. 6 ante Pentecostes (9 iun.) datum et litteras iudiciarias summi iudicii Mariemburgensis, Cracoviae, f. 5 post Epiphaniarum (8 ian.) anno 1495 super illam advocatiam datas innovat et confirmat. JL. XX, 245.

1297. —— *f. 2 post Invocavit (26 feb.).* Rex ad petitionem Boguslai Cozyelnyczki sententiam sive decretum iudicii regalis de data in conventione generali Piotrkoviensi, f. 4 Valentini (14 feb.) 1504 occasione limitum, inter bona regalia oppidum Myesszczyssko et haereditaria villam Cozyelnycza per certos commissarios faciendorum, approbat MD. XIX, 137.

1298. —— „ —— Deputati sunt commissarii ad faciendas granities inter bona regalia villas Mssanka et Bystra tenutae Iacobi Syeklyczski, castellani Voyniciensis et capitanei Byeczensis, ex una, et haereditaria villas Lussna et Volya Hieronimi Branyczsky, partibus ex altera, Ioannes Jordan de Zaklyczyn, castellanus Byeczensis, Petrus Schydlowyeczski succamerarius, in absentia eius camerarius, Nicolaus Czykowski gladifer, Petrus de Vroczymowycze dapifer et Michael Czurilo venator Cracovienses, in forma cancellariae solita. r. XIX, 139.

1299. —— „ —— Rex Georgio Manth, praeconsuli Gdanensi, villas regales Collen et Boyan, in terra Pomeraniae sitas, de manibus honestae — relictae olim Georgii Bog, praeconsulis Gdanensis, et puerorum eius eximere admittit. MD. XIX, 140.

1300. —— „ —— Deputati sunt commissarii Georgius abbas in Olywa, Ioannes Conopaczski, plebanus Mariemburgensis, et Paulus de Cacza, iudex Gdanensis, ad revidendas litteras honestae, — relictae olim Georgii Bog, praeconsulis Gdanensis, et puerorum eius, quae se habere praetendit, super bona nostra villas videlicet Collen et Boyan. r. XIX, 140.

1301. —— „ —— Rex controversiam inter consules Sandomirienses et consules oppidi Schidlow pro sale per consules Sandomirienses vectoribus de Schydlow recepto ortam disiudicat. XX, 199.

1302. —— *f. 3 post Mathiae (27 feb.).* Rex, satisfaciendo Mathiae de Swydry, filio olim Martini Swider, terrigenae Visznensis, pro iure suo ad haereditatem Dybsko alias Cureywy, villam terrae Wisnensis, per olim Boleslaum ducem Masoviae nobili olim Nicolao Swider de Drosdowo, avo praedicti Mathiae, pro servitiis donatam, et postea usurpatam et ad Regiam Mtem devolutam, sibi 20 mansos culmenses in deserto regali inter villas Modzele et Grosziny et 5 penes Gola Byel terrae Visnensis in perpetuum donat. XX, 201.

1303. —— *f. 3 post Invocavit (27 feb.).* Rex ad petita Raphaëlis et Ioannis de Leschno haeredum in Drzeczkowo, filiorum Gaspari, succamerarii Calischiensis, privilegium Casi-

miri III regis anno 1362 in Pysdry, f. 2 decimo calendas maii (22 apr.) super ius srzedense villis Trzeczkowo, Morkowo, Sulewo, Volykowo et allis datum, confirmat. JL. XX. 209.

1304. *In conventione Piotrkoviensi, f. 4 post Mathiae (28 feb.).* Rex incolis oppidi Sczyrczow privilegia varia per praedecessores suos concessa, nempe: litteras Casimiri regis, super venditionem advocatiae in Sczyrczow pro 60 marc. Nicolao quondam de Corablow cmethoni in iure theutonico, in Przedborz in vigilia Nativitatis V. M. (7 sep.) anno 1364 datas, confirmat. XX, 201.

1305. —— „ —— Rex causam inter rectorem, doctores et magistros generalis studii maioris domus collegii artistarum Universitatis Cracoviensis et Alexandram, relictam Nicolai de Tanczyn, palatini Russiae, occasione certae domus lapideae ex opposito Minoris Collegii Cracoviae sitae ortam, ad decursum duorum annorum suspendit et differt. XX, 236.

1306. —— *f. 4 post Invocavit (28 feb.).* Deputati sunt commissarii Vincentius de Przeramb, episcopus Vladislaviensis, Ioannes de Przeramb Siradiensis, Ioannes Olyesski Malogostensis castellani et succamerarius, in absentia eius camerarius, Ioannes Owadowski dapifer et Nicolaus de Bedlno subiudex Sandomirienses, ad faciendas granities inter bona regalia tenutae Ioannis et Stanislai de Sprowa, capitaneorum Opocznensium, Radzycze, Brudzowycze et Domaschno, et Stanislai, Andreae et aliorum germanorum de Szmogorzow, ad capitaneatum Opocznensem spectantia, ab una, et alia haereditaria Drzewycza, Dambrowska et Duplici Zarthki dicta, Mathiae, praepositi Skarbimiriensis et regni vicecancellarii, Hieronimi Posnaniensis et Sandomiriensis ecclesiarum canonici, Adae capitanei Lukoviensis, et Valeriani, germanorum de praedicto oppido Drzewycza, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 140.

1307. —— „ —— Deputati sunt commissarii ad faciendas granities inter bona regalia Radzicze et Swyerczyna tenutae capitaneorum Opocznensium, ex una, et nob. Nicolai Lyczko villam dictam Strzesskouicze, ex altera partibus, commissarii qui supra, in forma cancellariae solita. r. MD. XIX, 140.

1308. —— „ —— Rex cmethones villarum Grodzyecz, Grodynycze, Lagyewnyky et Vithowo, Petro Grusczczynski de Ivanouicze ab olim Casimiro rege titulo reemptionis venditarum, ab omnibus laboribus castri Siradiensis, ad quos eos Ioannes Zaramba, capitaneus Siradiensis, cogit, absolvit. XX, 200.

1309. —— „ —— Rex ad petita Michaëlis Zelislawskj, curiensis sui, decretum certorum commissariorum in facto reemptionis bonorum regalium castri et civitatis Gnyew in terris Prussiae approbat, certasque summas in eisdem bonis ratione matrimonii praefati Michaëlis cum Anna, filia olim Thomyecz de Wlothkow, tenutarii Gnyewensis, tutoriae Catharinae puellae, dictae Annae sororis germanae, et aliarum obligationum exinde sequentium, reformare vel inscribere consentit. XX, 200.

1310. —— „ —— Rex ratione et calculo cum Spithkone de Jaroslaw, castellano Cracoviensi et tenutario oppidi Costen, ac cum Dauid Dluskj, curiensi suo, de proventibus capitaneatus Costensis facto, eosdem de perceptis quietat. XX, 204.

1311. —— „ —— Rex litteras fratris Ludeke de Essen, commendatoris in Gdano, anno 1364 die Iacobi (25 iul.) datas, continentes in se donationem insulae, iacentis inter duos lacus, Prudens et Insanus nuncupatos, Ioanni Piangow, sculteto in Schonbow confirmat, ad petita Joannis von Höuen cognomine Flaxbinder, civis Gdanensis. XX, 204.

1312. —— „ —— Rex emptionem sortis villae Boczkow in districtu Calissiensi pro utilitate ecclesiae apud certos haeredes a Laurentio de Sdzynycze, praeposito et conventu canonicorum regularium s. Augustini monasterii s. Nicolai in Calysz approbat. XX, 205.

1313. —— „ —— Datus est consensus Nimira Kiniczkj terrigenae certam summam pecuniariam in villis Zabcze et Bezwyow tenutae eius Agneti, consorti suae, obligandam et inscribendam citra augmentum summarum prius in villis ipsis inscriptarum. r. XX, 206.

1314. —— *f. 5 post Mathiae apostoli (29 feb.).* Ioannes Felix de Tarnow Sandomiriensis, Nicolaus Gardzyna de Lubraniecz Calissiensis, Petrus Miskowsky de Myrow Lanciciensis palatini et Ioannes de Przeramb, castellanus Siradiensis, uti commissarii regii, Mathiae Skarbimiriensi praeposito et vicecancellario et Adae capitaneo Lukoviensi, germanis de Drzeuicza, medietatem advocatiae Opocznensis de manibus Stanislai, Dorotheae, Stanislai Wyecha et aliorum eximere concedunt et ministerialem Andream Gyza de Pyotrkow ad intromittendum deputaverunt. XX, 213.

1315. —— *f. 5 post Invocavit (29 feb.).* Rex oppidanos de Dambicza ex ignis voragine tempore incursionis Tartarorum et Turcorum magna damna passos per 6 annos ab omnibus censibus et per annum ab exactione czopowe absolvit. JL. XX, 203.

1316. —— „ —— Rex ad petita Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis et primatis, litteras praedecessorum suorum: Vladislai II regis Gnesnae, sabbato ante Viti (11 iun.) anno 1429 super libertatem a foralibus civitatum archiepiscopalium et Casimiri IV regis in Brzesczie, die Petri ad Vincula (1 aug.) anno 1464 super eandem libertatem oppidi Pyatek datas confirmat. XX, 203.

1317. *In conventione Piotrkoviensi, f. 5 ante Reminiscere (29 feb.)*. Rex, ad petitionem Procopii abbatis Syeczyechoviensis monasterii, litteras confirmationis Casimiri III regis de data Sandomiriae, in crastino Nativitatis V. M. (9 sep.) anno 1367 super certas libertates bonorum, eidem monasterio a duce Boleslao Cracoviae anno 1352 donatas, propter earum vetustatem innovat et ratificat. MD. XIX, 141.

1318. —— „ —— Rex Nicolao Firlyey de Dambrowycza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, propter restaurationem pontis in villa eius Mschadl, in terra Lublinensi sita, per quoddam lutum dictum Bedlne in strata publica, qua ex antiquo vectores de Swolyen ad Cazymyrz ire consueverant, a quolibet curru quibuscunque mercibus onerato 3 et a quolibet bove per dictum pontem eunte 2 denarios seu obolos perpetuo recipiendos concedit. MD. XIX, 142.

1319. —— „ —— Datus est subiudicatus terrae Lublinensis, vacans per promotionem subiudicis eiusdem terrae, Bernardo Maczyeyowski, in forma cancellariae solita. r. XIX, 143.

1320. —— „ —— Rex ad petitionem Andreae de Radzyeyowycze, castellani Sochaczoviensis, Stephano Bylyna Sadkowski, servitori ipsius, molendina duo, equorum et ventile, seu tertiam mensuram eorundem cum medio manso in villa regali Czekanowa, in terra Plocensi sita, de manibus eiusdem Andreae de Radzyeyowicze eximere admittit. MD. XIX, 143.

1321. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Crzyczky, decano Cracoviensi, ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super 5 bancos et super 5 vasa rumularii salis. r. XIX, 147.

1322. —— „ —— Data est quitantia Adae Voznyczky, iudici Lanciciensi, pro expensis ad conventionem generalem, tanquam a nuntio terrae factis, ad Ioannem Schamowski, castellanum Conariensem, ad rationem exactionum terrestrium anno praeterito institutarum super 16 marc. pecuniarum. r. XIX, 147.

1323. —— „ —— Data est recognitio Reg. Mtis Petro Glowyensky, vexillifero Ravensi, tanquam nuntio terrestri, pro expensis ad conventionem generalem factis ad rationem exactionum terrestrium anno praeterito institutarum super 8 marc. r. XIX, 147.

1324. —— „ —— Data est significatoria Reg. Mtis Nicolao Scharley, civi Cracoviensi, super 33 fl., quos Reg. Mtas apud eum intercessit pro Zaramba, capitaneo Siradiensi; demum mandavit Regia Mtas Henrico Schlakyer, ut solveret hunc debitum Scharley et solus daret argentum ad monetariam regiam, quantum sufficeret pro solutione debiti istius praedicti ad excudendum. r. XIX, 147.

1325. —— „ —— Rex cuidam Adae de Zalna salvum conductum cum 3 equitibus ad Reg. Mtem veniendi et causam suam, quam habuit cum Sbigneo de Tanczyn, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, agendi ad 4 septimanarum decursum, dat. XX, 205.

1326. —— *f. 6 ante Reminiscere (1 mar.)*. Deputati sunt commissarii Vincentius (de Przeramb), episcopus Vladislaviensis, Ioannes de Przeramb Siradiensis, Ioannes Olyesski Malogostensis, castellani et succamerarius, in absentia eius camerarius, Ioannes Owadowski dapifer et Nicolaus de Bedlno subiudex Sandomirienses, ad granities inter bona regalia villas Bukowyecz, Dąmba et Damba Rzeczka tenutae Ioannis et Stanislai germanorum de Sprowa, capitaneorum nostrorum Oppocznensium, ex una, et haereditaria villam Crassnycza Nicolai Pyethuch, ex altera partibus, et inter alia bona regalia dicta Malischycze tenutae ipsius Nicolai Pyethuch et bona haereditaria Studzyone Ioannis, Andreae, Derslai et Mathiae de Odrzywol, in forma cancellariae solita. r. XIX, 143.

1327. —— „ —— Rex in causa inter Nicolaum Crzyczki, decanum Cracoviensem et canonicum Sandomiriensem, ex una, ac praeconsulem et consules Vislicienses, parte ex altera, ratione possessionis telonei in Turbya decernit, ut praefatus Crzyczski in possessione et usufructu eiusdem telonei usque ad decretum regium finale permaneat, et terminum eisdem diem decimam post proximum in Cracoviam adventum suum designat. MD. XIX, 143.

1328. —— „ —— Rex ad petitiones nob. Petri, advocati Ravensis, reformationem 300 marc. dotis, per eundem Petrum nob. Sophiae, uxori suae, coram Iacobo de Crussow iudice et Stanislao de Parznyowycze, subiudice terrae Siradiensis generalibus, in conventione generali Piotrkoviensi, f. 5 in crastino Valentini (15 feb.) anno 1504 factam, approbat. MD. XIX, 146.

1329. —— *sabbato ante Reminiscere (2 mar.)*. Rex Paulum Gosczischowski, exactorem Radomiensem, de exactionibus terrestribus, de districtibus Radomiensi et Oppocznensi exactis, videlicet de exactione 8 gross. de laneis et czopowe, incipiendo a dominica Reminiscere (20 feb.) usque ad festum Trinitatis (22 mai) anni 1502, quietat. XIX, 144.

1330. —— „ —— Rex Thomae Glowyenski, dapifero Ravensi, certam summam occasione cuiusdam debiti, per Ioannem Albertum regem eidem inscriptam, pro festo Nativitatis Domini proximo solvere promittit. XIX, 144.

1331. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis Carnyowski, civis Cracoviensis, litteras venditionis certae vineae in Posnania dicto Carnyowski per nob. Nicolaum Naramowski, curien

sem regium, ab Ioanne Alberto rege Cracoviae, f. 2 in die Agnetis (21 ian.) anno 1493 datam, confirmat. MD. XIX, 144.

1332. *In conventione Piotrkoviensi, sabbato ante Reminiscere (2 mar.).* Rex terram Haliciensem, per hostes Crucis Christi vastatam, ab omnibus exactionibus terrestribus, in praesenti conventione laudatis, libertat, de eodemque Stanislaum de Chodecz, castellanum et capitaneum Leopoliensem, certiorem facit. MD. XIX, 145.

1333. —— „ —— Rex Ioannem Odrowasch de Sprowa, tenutarium bonorum regalium Samboriensium, in medietate omnium bonorum mobilium et immobilium, haereditariorum et regalium Annae, filiae Spythkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, consorti suae 3000 marc. ratione dotis reformasse testificatur. MD. XIX, 145.

1334. —— „ —— Data est quitantia ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super 7 fl. pro papyro et pargameno ad cancellariam Mathiae Drzewiczky, regni Poloniae vicecancellarii. r. XIX, 147.

1335. *Radom, sabbato ante Reminiscere (2 mar.).* Litterae Pauli de Zborzoua ad Mtem Regiam, quibus notariatum suum terrestrem Sandomiriensem Andreae Mroczek notario regio resignandi consensum petit. XX, 211.

1336. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 2 post Reminiscere (4 mar.).* Rex ad petitiones Ioannis de Tharnow, palatini Sandomiriensis, nomine Elisabeth, relictae Dobeslai de Curozwanki, palatini Sandomiriensis, et matris Stanislai, de Curozwanki, capitanei Vyelyunensis, concordiam inter ipsam Elisabeth et dictum Stanislaum, occasione villae Mydlnyki per arbitros certos in conventione generali Piotrkoviensi, f. 3 post Scholasticae (13 feb.) anno 1504 factam, approbat. MD. XIX, 147.

1337. —— „ —— Rex terrae Viznensi, per mortem Janussii ducis Masoviae iure feudi ad se devolutae aliisque regni Poloniae terris incorporatae, libertates et iura ad instar aliarum terrarum donat. XX, 206.

1338. —— „ —— Rex Nicolaum de Chotow, inibidem plebanum, ab omnibus expeditionibus bellicis, ad quas tam ratione sortis suae, quam etiam nepotum minorennium est obligatus, absolvit. XX, 207.

1339. —— „ —— Rex litteras suas Vilnae, f. 3 infra octavas Epiphaniarum (10 ian.) anno 1503 sub sigillo annulari datas, inscriptionem 438 marc. Georgio Crupskj, Chelmensi et Belsensi capitaneo, in tenuta civitatis et capitaneatus Chelmensis in se continentes, sub sigillo maiori innovat. XX, 232.

1340. —— *f. 2 translationis Venceslai (4 mar.).* Rex Ioanni Sobyeszyrskj subdapiferatum Junivladislaviensem, per promotionem gen. Michaëlis Rogowskj ad vexilliferatum Bidgostiensem vacantem, confert. XX, 207.

1341. —— „ —— Dignitates datae sunt: Michaëli de Rogowo (Rogow) vexilliferatus Bidgostiensis, Valentino Zaxinskj vexilliferatus Junivladislaviensis, Stanislao Przybranowskj suppincernatus Brestensis, Ioanni Groth de Grabye gladiferatus Junivladislaviensis, Clementi Thurskj de Ossno dapiferatus Junivladislaviensis sub forma superius descripta more cancellariae. r. XX, 207.

1342. —— *f. 3 post Reminiscere (5 mar.).* Deputati sunt commissarii Prandotha de Trczyana, palatinus Ravensis, Andreas Radzyeyowsky, castellanus Sochaczoviensis, N. Valewski, succamerarius, in absentia eius camerarius, Vincentius Byelyczsky iudex, Iacobus Prusski subiudex Sochaczovienses, inter bona regalia Czyrwona nywa tenutae Petri Schaffranyecz de Pyesskowa Skala, capitanei Sochaczoviensis, ad ipsum capitaneatum Sochaczoviensem spectantia, ex una, et haereditaria Bartossii, Ioannis et Alberti germanorum de Cozarzowycze, Byalynyn dicta et alia haereditaria, villam Volya Andreae, Nicolai et Georgii dictorum Gezowye, ex altera partibus, limitare atque granities facere, in forma cancellariae solita. r. XIX, 143.

1343. —— „ —— Datus est subiudicatus Chelmensis Ioanni Kocz de Comorow, vacans post mortem Petri Wolczek, subiudicis eiusdem terrae Chelmensis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 144.

1344. —— „ —— Rex Vincentio (de Przeramb) episcopo Vladislaviensi moderno, qui protunc praesulatum Plocensem gerebat, ob eius virtutes et merita, ius patronatus ecclesiae parrochialis Schadkoviensis pro una vice donat. MD. XIX, 146.

1345. —— „ —— Rex ad intercessionem reginae Elisabeth proventum eum, quem auriga olim Casimiri regis, Czyran dictus, in zuppis Vielicensibus habebat, Stanislao dicto Pyaczek, aurigae praefatae reginae, ad tempora vitae ipsius donat. MD. XIX, 148.

1346. —— „ —— Rex praeconsuli et consulibus Sandomiriensibus ob advocatorum pluralitatem advocatiam Sandomiriensem de manibus nob. et provv. Ioannis Vyrzbyczki et Drusiannae, uxoris eius, Stanislai et alterius Stanislai ac Raphaëlis germanorum, dictorum Jenkowe, necnon Ioannis Konopka ac Reginae, uxoris eius, eximere admittit. MD. XIX, 148.

1347. —— „ —— Rex Stanislao Chobrzynsky, qui hactenus subiudicatum Lublinen-

sem gerebat, iudicatum Lublinensem, post mortem Petri Pssonka de Balyn vacantem, donat. MD. XIX, 148.

1348. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 3 post Reminiscere (5 mar.).* Rex Petro Smyothanka terrigenae certam summam in bonis regalibus tenutae eius in medietate villae Chodecz in terra Chelmensi Annae consorti eius inscribere consentit. XX, 208.

1349. —— *f. 4 post Reminiscere (6 mar.).* Rex abbati in Sulyeyow et eius procuratori, necnon Sandomiriensi, Opathoviensi et in Skarzeschow procuratoribus et teloneatoribus mandat, ut nulla telonea aut solutiones aliquas et praecique thargowe in foris annualibus vel aliis a civibus Oppocznensibus in vim privilegii a rege Vladislao II eis concessi exigant. MD. XIX, 149.

1350. —— „ —— Rex incolas villae monasterii Suleyouiensis Bloge dictae ab omnibus exactionibus, excepto tamen czopowe, per 6 annos absolvit. XX, 208.

1351. —— „ —— Rex stationem Pilznensem consulibus pro munitione oppidi illius concessam iterum donat. XX, 208.

1352. —— „ —— Rex officialibus et exactoribus regni mandat, ut incolas bonorum archiepiscopalium Gnesnensium et signanter oppidi Vnyeyow in libertate a foralibus et teloneis conservent. XX, 208.

1353. —— „ —— Datus est consensus Ioanni Swema, tenutario villae Vwyn terrae Belsensis, obligare bona praefata regalia Vwnyn Ioanni Zbegotha Suchodolskj in summis pecuniarum in prioribus litteris inscriptarum ita quod summa capitalis summam obligatoriam non excedat, in forma cancellariae. r. XX, 209.

1354. —— „ —— Datus est censensus Ioanni Ossolinskj, curiensi regio, obligandi certam summam pecuniarum in villis regalibus Sroczko et Leszkouicze terrae Lublinensis tenutae Ioannis Bielawskj de Dobrzelin citra augmentum summarum prius inscriptarum in ipsis villis, in forma cancellariae. r. XX, 211.

1355. —— „ —— Rex significat, quia Paulus Sborzenysky, notarius terrestris Sandomiriensis, notariatum Sandomiriensem Andreae Mroczek, notario regio, de consensu regio resignaverit. JL. XX, 211.

1356. —— „ —— Rex officialibus et exactoribus regni mandat, ut incolas bonorum archiepiscopalium Gnesnensium et signanter oppidi Squyrnyewicze in praerogativis et libertatibus a teloneis et foralibus conservent. XX, 214.

1357. —— *f. 4 ante Oculi (6 mar.).* Rex litteras patrui sui Vladislai Poloniae et Hungariae regis, Budae, f. 6 ante Oculi (22 mar.) anno 1443 super libertates clero et ecclesiae ritus graeci datas, approbat. XX, 226.

1358. —— „ —— Rex ad petita Ioannis Tolubowski priuilegium Wladislai Lanciciensis et Dobrinensis ducis Nicolao Rudnyk, anno 1349 in Bobrownyk, f. 4 post dominicam Resurrectionis (15 apr.) super erectionem oppidi Lipe sub iure culmensi datum, innovat. JL. XX, 237.

1359. —— *f. 5 post Reminiscere (7 mar.).* Rex Georgio Jolthuch de Dyakowcze terrigenae, tenutario eiusdem villae, in terra Podoliae et districtu Chmielnicensi sitae, pro servitiis 30 marc. inibidem inscribit. XX, 212.

1360. —— „ —— Rex Georgio Manth, proconsuli Gedanensi, necnon Henrico Ssnellembergk et Philippo Bissow, Thorunensi et Gedanensi, civibus metalla ubilibet in Regno inquirendi potestatem dat. XX, 212.

1361. —— „ —— Rex ad petita Mathiae de Drzeuicza, praepositi Scarbimiriensis et vicecancellarii, litteras Ioannis Felicis de Tarnow, Sandomiriensis palatini, et aliorum commissariorum in conventu Pyotrcoviensi f. 5 post Mathiae (29 feb.) anno 1504 datas, consensum exemptionis medietatis advocatiae Opocznensis a praedicto vicecancellario et Ada capitaneo Łukoviensi, germano eius, de manibus modernorum advocatorum in se continentes, confirmat. XX, 213.

1362. —— „ —— Rex Ioanni Jaranth de Brudzewo, castellano Calissiensi, tertiam partem seu mensuram molendini Warthensis Naroschni dicti de manibus Michaëlis Naroschni molendinatoris in 25 marcis redimere consentit. XX, 214.

1363. —— „ —— Rex ad petita Ioannis et Victorini de Syenno de villa ipsorum Pomorzanj districtus Leopoliensis oppidum sub iure maidburgensi locare admittit, et ibidem duo fora annualia pro Hedvigis (15 oct.) et pro Kiliani (8 iul.) et unum forum septimanale instituit. JL. XX, 219.

1364. —— „ —— Rex omnibus quorum interest mandat, ut de lucris et proventibus bonorum Adae de Curozwanky banniti, patri eius Nicolao de Curozwanky, palatino Lublinensi, sub poenis respondeant. R. XX, 234.

1365. —— „ —— Rex privilegium fraternitati sutorum Cameneczensium innovat. JL. XX, 236.

1366. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 5 ante Oculi (7 mar.).* Rex procon suli et consulibus Vyelunensibus a quolibet curru, quibuscunque mercibus onerato, per vias per ipsos reformandas et plateas Nyedzyelska et Dambrowska ac versus Rudam ante aream Andreae Oleynyk eunte, per 4 denarios seu obolos exigere admittit. MD. XIX, 149.

1367. —— „ —— Rex ad intercessionem Andreae (Roza de Borzyschowicze) archiepiscopi Gnesnensis et primatis, et propter merita Casperi de Lyessno, succamerarii Calissiensis, et Raphaëlis ac Ioannis, filiorum ipsius, summam praefato succamerario in bonis regalibus oppido Skolsko et villis Slothow et Sadowye, quae ad castrum Crusswyciense pertinebant. inscriptam, summis, in oppido regio Radzyeiow et villis adiacentibus olim Raphaëli, castellano Posnaniensi, et dicto Casparo fratribus germanis de Lessno inscriptis, certis sub condicionibus adiungere admittit. MD. XIX, 149.

1368. —— „ —— Rex controversiam certam inter cives Cracovienses et Stradomienses, occassione artificiorum per artifices Stradomienes exercendorum ortam, disiudicat. JL. XX, 210.

1369. —— „ —— Rex 2 marc. de proventibus capitaneatus Siradiensis ad comparandum vinum et ceram singulis annis ad festum Omnium Sanctorum (1 nov.) capellae tituli S. Trinitatis in arce Siradiensi donat. XX, 225.

1370. —— „ —— Rex Paulo Jaszyenskj oppidum Capynosz cum villis Vilkow, Wyecze, Novawyesz, Grocholye ac Glusk sibi in certa summa inscriptum nemini de manibus et tenuta ipsius usque ad vitam redimere se esse admissurum promittit. XX, 229.

1371. —— „ —— Rex divisionem bonorum post mortem Creslai de Kurozwanky, episcopi Wladislaviensis et cancellarii, videlicet: Cosczyelnyki, Stanislavicze, Gorka, Rzandouicze, Zakrzow, Syethnyow, Maloschow, Coski, Bolow, Czyerczouicze, domus in castro Cracoviensi post domum psalteristarum et villae Mydlnyki, necnon villarum Sanyecz, Mlyny, Skarbyslauicze, Mykalovicze, Sbrodzicze, Skorzow, Vnykow, Mlodrzvy, Covalie, advocatiae in Skarbkow, Gossicze, Rauolovicze, Scrissym, Cosmyrzow, inter Nicolaum de Curozwanky, palatinum Lublinensem, et Stanislaum de ibidem, eius nepotem, factam approbat. XX, 231.

1372. —— „ —— Rex in civitate Posnaniensi in locum 8 consulum 16 consules instituit et modum electionis facultatesque eorum declarat. XX, 254.

1373. —— „ —— Rex post tractatus inter Annam ducissam matrem necnon Ioannem de Zamyenye palatinum Czyrnensem, Alexium de Nadarzyn, castellanum Czyrnensem, Ioannem de Oyrzanow Varchoviensem, Andream de Zaborowo Wyschegrodensem, Andream de Mynsko Zakroczimensem, Nicolaum de Obori Czyechanoviensem, Martinum de Mrokowi, Liwensem castellanos, nomine Stanislai et Ioannis, filiorum Conradi, Masoviae ducis, ex una, et regem ac regnum Poloniae, partibus ex altera, habitos, pro ducatibus Masoviae, terris, civitatibus, districtibus, castris, oppidis, villis et bonis: Varschewa, Vischegrod, Zakroczym, Czyechanow, Lomza, Nouigrod et villis Camyon, Mlodzyeschym, Przeslauicze, in terra Gostinensi sitis, et terra Czyrnensi, ducatus et terras suprascriptos dictis ducibus Stanislao et Ioanni, ipsorumque filiis et successoribus masculis certis sub condicionibus iure feodali possidendos donat. JL. XXI, 92.

1374. —— *f. 6 post Reminiscere (8 mar.).* Rex ad petita Petri Myskowskj de Mirow, palatini Lanciciensis et tenutarii oppidi Schadek in terra Siradiensi, oppidum illud quoad solutionem civilium exactionum seu contributionum oppido Siradiensi adaequat. XX, 211.

1375. —— „ —— Rex incolis civitatis Srzodensis propter desertationem illius libertatem 12 annorum ab omnibus solutionibus regiis, spiritualibus, necnon civilibus, czopowe, poglowie, podwodarum et aliarum admittit. JL. XX, 223.

1376. —— *ineunte Martio.* Rex significat, quia Nicolaus Lanczkorunskj de Brzeszye, curiensis regius, Catharinae, consorti suae, 1000 fl. hung. ratione dotis et dotalitii in medietate omnium bonorum suorum haereditariorum et regalium, exceptis sortibus in villis Brzeszye, Dambrowa, Lissekonye, Scharowo, Zborczicze, de consensu regio reformaverit. XX, 218.

1377. —— *f. 6 ante Oculi (8 mar.).* Rex ob merita et virtutes Nicolai Gardzyna de Ludbrancz, palatini Calissiensis, ei bona ecclesiastica, oppidum Kazimirz cum bonis aliis, ad illud pertinentibus, in terra Maioris Poloniae consistentibus, apud Theodoricum, episcopum Lubiczensem iure haereditario emere admittit. MD. XIX, 150.

1378. —— „ —— Rex controversiam inter consules Cracovienses et Leopolienses, occasione exercendarum mercantiarum ac negotiationum cum hominibus extraneis et advenis, ad proximum suum Cracoviam adventum decidendam differt. MD. XIX, 150.

1379. —— „ —— Rex iudicio terrestri Radomiensi mandat, ut controversiam inter Abraam de Lanzenycze, tenutarium regium in Junowlocz, et Bartholomaeum Nowomyesczski occasione solutionis Junowlodzensis telonei, si dictus Abraam Lanzenski testimoniis civium Radomiensium, Ravensium et Oppocznensium in iudicio praefato probaverit vectores de Nowe-

myastho per Junowlodz proficisci debere, iuxta eiusdem probationis effectum dirimat. XIX, 151.

1380. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 6 ante Oculi (8 mar.).* Rex testificatur Henricum alias Endrich Michowski, curiensem regium, fortalitium et oppidum regale Bvcznyowa cum villis desertis alias przyschyolkj pustimy Chodeczkow, Donamywcze, Dluga Dolyna et cum superiori Bucznyowa circumadiacentibus, ad praedictum fortalitium cum oppido spectantibus, tenutae suae, ac summam, in eisdem bonis inscriptam, Ioanni et Victorino de Syenno, fratribus germanis, de voluntate et consensu regali resignasse. MD. XIX, 151.

1381. —— „ —— Rex in oppido Savyn mensae episcopalis Chelmensis novum teloneum de sale ab omnibus vectoribus per Chelm in Brzesczie et Parczow cum sale venali ruthenico euntibus exigendum instituit. XX, 218.

1382. —— „ —— Rex Petro Kmytha de Visznycze, palatino Cracoviensi, regni marsalco ac Sandecensi Sczepusiensique capitaneo, 300 fl. in censibus 13 civitatum regalium tenutae ipsius in Sczepusio vel super castris regalibus item tenutae ipsius Lubowla et Podolinyecz in Sczepusio inscribit. R. XX, 226.

1383. —— „ —— Rex Janussio Swyrczowski, curiensi suo, pro meritis oppidum Ropczycze et villam Gora de manibus Nicolai Sborowskj redimere consentit. JL. XX, 231.

1384. —— *sabbato ante Oculi (9 mar.).* Rex pro servitiis Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, palatino Calissiensi, stationem in Stawischyn, quam iamdudum habet inscriptam, retinendam admittit. MD. XIX, 150.

1385. —— „ —— Datus est palatinatus Ravensis Prandothae de Trczyana, per mortem Andreae de Cuthno vacans, in forma cancellariae solita. r. XIX, 152.

1386. —— „ —— Data est venatura Sochaczeviensis Andreae de Trczyana, per liberam resignationem Ioannis Lyenyek, tribuni Ravensis, vacans. r. XIX, 152.

1387. —— „ —— Regia Mtas vigore auctoritatis suae terminum Mathiae et Sandivogio germanis de Czarnkow, quem coram Eadem Mte pro feria 2 post dominicam Laetare instantem proxima (18 mar.) praefati germani habebant praefixum, infra hinc ad sextam diem post felicem Eiusdem Mtis in Brzesczye ingressum, diem ingressus excludendo, prorogavit et distulit, iure partium illaesa remanente. r. XIX, 152.

1388. —— „ —— Rex Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, mandat, ut propter controversias inter Stanislaum Maldrzyk, tribunum Leopoliensem, ex una, et Auctum, Ioannem, Vincentium, Georgium et Iacobum, parte ex altera, vadium 1000 fl. hung. in librum castrensem inscribat. MD. XIX, 152.

1389. —— „ —— Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi, bona Czeczow terrae Cracoviensis de manibus puerorum olim Petri Gnyady, castellani Czechowiensis, redimere consentit. XX, 214.

1390. —— „ —— Rex ad petita Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, oppido Canczuga per Turcos et Tartaros conflagrato libertatem 10 annorum a solutionibus admittit. XX, 215.

1391. —— „ —— Rex Nicolao Firley de Dambrowicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, nuper in Hungariam misso, 200 fl. in villis Krsczonowo, Swidnik, Janovicze et Wrodlkow in terra Lublinensi, necnon in molendinis et piscinis circa Lublin, item in censu suburbii Lublinensis utriusque Czwarthek, Podgrodzie, Tathari et in balneo castrensi et exactione aggerali Lublinensi alias grobelne, tenutae eius, inscribit. XX, 215.

1392. —— „ —— Rex ad instantiam nuntiorum terrae Viznensis, in conventione Pyotrcoviensi moderno congregatorum, specialem succamerariatum Viznensem creat et Nicolao Tharasskowskj dignitatem hanc confert. XX, 215.

1393. —— „ —— Rex ad petita Stanislai Kmitha de Visnycze, palatini Belsensis et capitanei Premisliensis, summam primam 2100 fl. hung., in qua capitaneatum Premisliensem de manibus Petri Herborth de Odnow de consensu regio exemerat, aliasque varias summas, 1000 fl. in mediam sexagenam computando, 900 fl. per 60 scotos et 100 marcas polonicales, simul iunctas, in bonis capitaneatus Premisliensis necnon oppidis Mosczisko et Niezankouicze ac villis pertinentibus inscribit. XX, 216.

1394. —— „ —— Rex Georgio Crupsky, capitaneo Chelmensi et Belsensi, tenutarioque Hrodlensi, promittit, quod eo vivente nemini bona Hrodlo cum villis pertinentibus redimendi facultatem dabit. XX, 217.

1395. —— „ —— Rex ad petita civium Bidgostiensium appellationem a decretis iudicum domesticorum sic dicta orthilegia de civitate Junivladislaviensi, propter desolationem eiusdem oppidi et defectum idonearum personarum ad cognoscendas causas, quoniam magna pars incolarum iudaei sint, ad civitatem Posnaniensem transfert. XX, 218.

1396. —— „ —— Rex Sassino Trambskj, tribuno Gostinensi, 1100 fl. hung. in auro

et 400 in ½ gros. et 30 marc. super oppido Osmolin, ab eo de manibus Nicolai Walewski, succamerarii Sochaczoviensis, redempto, inscribit. XX, 225.

1397. *In conventione generali Piotrkoviensi, sabbato ante Oculi (9 mar.).* Rex Ioanni Strusz de Comorow, Chelmycensi capitaneo mandat, ut sub vadio 1000 marc. bona subditis capitaneatus illius recepta restituat. XX, 228.

1398. —— „ —— Rex Sasino Trampski, tribuno Gostinensi, oppidum regium Ossmolyn, in terra Gostinensi situm, de manibus Nicolai Valewski per eum redemptum, pro summis 1100 fl. hung., 400 in ½ gr. et 30 marc. titulo reemptionis alias naviderkow cum incolis, censibus, redditibus, frumentis alias spamy vendit. JL. XXI, 40.

1399. —— *dominica Oculi (10 mar.).* Rex decretum in causa telonei aquatici in oppido Bidgoscza ab Ioanne Alberto rege instituti et a se tempore coronationis Iacobo Vagorzewski, curiensi suo, donati, quod cives Bidgostienses petebant propter nimiam gravationem eorum tolli et annihilari, in aliud tempus differt et suspendit. XX, 220.

1400. —— *f. 2 post Oculi (11 mar.).* Deputati sunt commissarii Paulus Chotheczski, Polaneczensis, Ioannes Olyeski Malogostensis castellani, Nicolaus Firley de Dambrovycza, vexillifer Cracoviensis, et capitaneus, Otha de Pylcza succamerarius, in absentia eius camerarius, et Stanislaus Chobrzenski iudex Lublinenses, ad granities inter bona regalia oppidum Kazimirz cum villis ad eundem spectantibus, tenutae Sigismundi ducis Sleziae etc., germani regii, ex una, et haereditaria villam dictam Lagussow Caspari et Alberti Jaroczsczy, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 140.

1401. —— „ —— Rex ad intercessionem Ioannis (Konarski), episcopi Cracoviensis, donationem villae regalis Modrzycza cum merica dicta Swadne, Groth de Jankowycze a rege Vladislao Budae, f. 4 post Iacobi (27 iul.) anno 1440 datae, confirmat. MD. XIX, 152.

1402. —— „ —— Rex pro servitiis Nicolao Philipowskj, subpincernae curiae regiae, villam regiam Glynnyk, in terra Bieczensi sitam, de manibus Nicolai, Benedicti et Christophori germanorum, dictorum Glynsczy, eximere admittit. MD. XIX, 153.

1403. —— „ —— Datus est vexiliferatus terrae Leopoliensis post decessum Severini Herbort Georgio Jvchno de Stankow. r. XIX, 153.

1404. —— „ —— Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios, officiales et incolas regni de exigenda exactione fertonum, videlicet a quolibet laneo agri possessionato unus ferto et a medio laneo 6 grossi; Nicolaus Jordan exactor et collector cum consiliariis regiis in terra Cracoviensi constitutus est, qui in manus Petri Kmytha de Wischnycze, palatini Cracoviensis, Iacobi de Schydlowyecz, thesaurarii regni, et Nicolai Lanskoronski de Brzescze, depositariorum aeris publici in terris Cracoviensi et Russiae constitutorum, eandem exactionem fertonum reponere habet. XIX, 153.

1405. —— „ —— Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios, officiales et incolas regni de exigenda exactione censuum de bonis regiis, spiritualibus et saecularibus, ad festum Martini (11 nov.) proximum solvenda XIX, 154.

1406. —— „ —— Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios regni, tam spirituales, quam saeculares, de exigenda exactione civili 2 gross. a qualibet marca in omnibus civitatibus et oppidis regiis, taxatis bonis civium et oppidanorum, ad festum Stanislai proximum in maio (8 mai) ex toto vel medium ad festum Stanislai, medium vero ad Ioannis Baptistae (24 iun.) solvenda. XIX, 155.

1407. —— „ —— Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios et officiales regni de exigenda exactione czopowe unius anni. XIX, 155.

1408. —— „ —— Exactores: in terra Cracoviensi: Nicolaus Lanczkoronskj, Nicolaus Jordan; in terra Sandomiriensi: Ioannes Pnyewskj, Ioannes Byechowskj; in terra Lublinensi Petrus Byczyowskj, in terra Sanoczensi Mathias Bal, castellanus Sanoczensis; in terra Chelmensi Stanislaus Zolkyewskj, vexillifer Chelmensis; in terra Premisliensi Andreas Czurilo; in terra Leopoliensi Andreas Herborth; in terra Belsensi Derslaus de Hvnow. Conservatores seu depositarii aeris publici: Petrus Kmytha de Wyssnycze, palatinus Cracoviensis, Iacobus de Schydlowiecz, thesaurarius regni, Nicolaus Lanczkoronskj de Brzezye. n. XIX, 156.

1409. —— „ —— Rex Ioanni Jaranth de Brudzewo, castellano Calissiensi, pro meritis et servitiis 100 marcas in oppido Varta tenutae eius inscribit JL. XX, 223.

1410. —— „ —— Rex redimendo bona regalia castra Walcz et Drahim, Lucae de Gorka, castellano Spicimiriensi, in 2210 marcis obligata, 500 marcas ipsi in certis redditibus regalibus reformavit, residuas vero 1710 marcas pro festo Ioannis Baptistae (24 iun.) ipsi reddere, vel super exactione regali 2 grossorum alias poradlne palatinatus et omnium districtuum Calissiensium ei inscribere promittit. JL XX, 225.

1411. —— „ —— Rex, satisfaciendo Lucae de Gorka, castellano Spiczimiriensi, pro certa summa eidem in castris Valcz et Drahim inscripta, volensque eadem castra redimere 1710 marc.

pol. eidem in exectione 2 grossorum poradlne vocata totius palatinatus Calissiensis inscribit. XX, 274.

1412. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 2 post Oculi (11 mar.).* Rex Nicolao Slabosz de Putnowycze, tenutario in Cchoszycze, post rationem cum eo factam de exacttonibus fertonum et copowe, per eum in terris Sandomiriensi et Chanczynensi collectis, 1700 fl. hung. et 1100 fl. in moneta se ei debere testificatur (litterae cassatae). XXI, 28.

1413. —— *f. 3 post Oculi (12 mar.).* Rex Petro Schaffranyecz de Pyesskowa Skala, castellano Visliciensi et capitaneo Radomiensi, mandat, ut ratione certarum discordiarum inter Hieronimum de Lanzenicze, ex una, et Nicolaum de eadem Lanzenicze ae Iacobum Dvnin de Vyasd, ex altera partibus, vadium 300 marc. inter partes has inscribat. MD. XIX, 148.

1414. —— „ —— Epistola Alexandri regis ad Iacobum Schyeclyczky, castellanum Woyniciensem et capitaneum Pylznensem, in absentia eius ad vicecapitaneum et ad alios capitaneos locorum, ut diligentiam sub poenis certis circa exactiones fertonum, censuum, civilem et czopowe, in hac praesenti conventione generali laudatas, adhibeant. XIX, 156.

1415. —— *f. 3 Gregorii (12 mar.).* Rex Iacobo Coci pro servitiis institam sive mercimonialem cameram de camera maiori Cracoviae in dextra parte a platea Castrensi ad easdem institas eundo, quae est tertia a fine et quarta a cruce donat. JL. XX, 226.

1416. —— „ —— Rex oppidum Voyslavicze Hieronimi Zaklyka de Myedzygorze haereditarium, in terra Chelmensi situm, nuper a Tartaris vastatum, per 10 annos ab omnibus solutionibus absolvit. JL. XX, 228.

1417. —— „ —— Rex iudaeo Michaëli dicto Caym salvum conductum a creditoribus praesertim a Petro Miskowskj, palatino Lanciciensi, ad regnum redeundi et res suas libere exercendi ad unius anni decursum admittit. XX, 229.

1418. —— *f. 4 post Oculi (13 mar.).* Rex pro meritis iudaeo Isaac, hispano physico, qui ex mandato regio ad caesarem tartarorum Zawolhensium iter longum fecit, 12 marc. census annui de iudaeis in civitate Bussko donat. XIX, 156.

1419. —— *f. 4 ante Laetare (13 mar.).* Bernardus Lvbyschowskj, tenutarius bonorum regalium Lubyschowy, tanquam actor, terminum contra Ioannem Zawaczskj, haeredem de Zawady, terrae Sandomiriensis venatorem, tanquam reum, in causa granitierum inter bona praefata sippatarum, occasione quarum praefatus Bernardus eidem Ioanni causam movit et movere intendit, iuxta citationem litteralem desuper emanatam, attemptavit, de diligentiaque sua in causa et termino eisdem facta per expressum protestatus est. r. XIX, 156.

1420. —— *f. 5 post Oculi (14 mar.).* Rex, cupiens bona regalia: castra Walcz et Drahim, quae Lucae de Gorka, castellano Spiczimiriensi, eorum tenutario, in 2210 marcis fuerant obligata, redimere et eliberare, praefato Lucae castellano 500 marcas ad rationem summae inscriptae super exactione sep dicta inscribit. JL. XX, 220.

1421. —— „ —— Rex tres varias summas fam. Petro Morsthyn, consuli et civi Cracoviensi, in unam 2600 fl. redigit et in una mensura molendini Camyenny in suburbio Cracoviensi tenutae eius inscribit. XX, 235.

1422. —— *f. 5 post Gregorii (14 mar.).* Rex villam Crogulecz in terra et districtu Camenecensi desertam in vicinio villarum Cadyowcze et Rzepyncze iacentem Petro alias Pyetrasko, teloneatori Camenecensi, ad vitam donat. XX, 229.

1423. —— *f. 5 ante Laetare (14 mar.).* Rex privilegium Casimiri IV de non evocandis nobilibus districtus Stryowiensis, de districtu proprio ad iudicium terrestre vel castrense Premisliense ob longam distantiam, confirmat. XIX, 157.

1424. —— „ —— Rex propter controversiam inter Stanislaum de Curozwanka, capitaneum Crzepiczensem, ex una, et Ioannem ac Stanislaum germanos de Sprowa, capitaneos Oppocznenses, parte ex altera, occasione certorum debitorum vadium 1000 marc. vallat et in librum curiae seu cancellariae suae inscribi mandat, atque per Ioannem Rapsthynski de Thanczyn, capitaneum Sandomiriensem et marsalcum curiae regiae, hoc ipsum vadium ad notitiam debitam partis utriusque deducere facit, ut neutra illarum de eo praetendat se aliquam habere ignorantiam. MD. XIX, 158.

1425. —— „ —— Rex Ioanni et Stanislao de Sprowa, tenutariis in Opoczno, ex una, et Stanislao de Curoswyanky, capitaneo Vielunensi, ex altera partibus, querulantibus pro pecuniis et argento per olim Dobeslaum palatinum Lublinensem, patrem Stanislai de Curoswyanky praedicti, apud matrem dictorum fratrum de Sprowa receptis in mutuum et non solutis, vadium 3000 marc. imponit usque ad suum in Brzescie ingressum, ubi coram commissariis respondere et sententiam eorum adimplere tenebuntur, et commissarios Vincentium (de Przeramb) episcopum Vladislaviensem, Ioannem de Tarnow Sandomiriensem, Ambrosium de Pampow Siradiensem et Petrum de Myrow Lanciciensem palatinos ad cognoscendam hanc causam deputat. XX, 228.

1426. —— „ —— Rex ad petitiones et pro servitiis Mathiae de Drzewycza, praepositi

Scarbimiriensis et regni vicecancellarii, ecclesiam parrochialem in villa regia Brudzowycze (Brudzevicze) districtus Opoczensis, iurispatronatus regii, Gnesnensis vero dioecesis, cum iure patronatus ecclesiae parrochiali in Drzewycze (Drzevicza) pro fundandis ibidem mansionariis, qui horas B. V. Mariae decantare, curam animarum ac alia onera ecclesiastica cum praeposito constituendo perficere habeant, incorporat. XX, 230; JL. XXI, 14.

1427. *In conventione generali Pyotrkoviensi, f. 5 ante Laetare (14 mar.).* Rex cum Anna ducissa, necnon Ioanne de Zamyenye, palatino Masoviae, Alexio de Nadazin Czyrnensi, Ioanne de Oyrzanowo Varschoviensi, Andrea de Zaborowo Vyschegrodensi, Andrea de Mynsko Zacrocimensi, Nicolao de Obory Czechonoviensi, Martino de Mrokowo, Liwensi castellanis, principum Stanislai et Ioannis, filiorum olim Conradi, ducis Masoviae, tutoribus, pro ducatibus Masoviae terris, districtibus, castris, civitatibus, oppidis, villis et bonis: Varschowa, Vischegrod, Zacrocim, Czechonow, Lomza, Nouigrod et villis Mlodzieschin, Camyou, Przeslavicze, in terra Gostinensi sitis, contractum facit, vigore cuius ducatus et terras suprascriptos una cum terra Czirnensi, ad regem per mortem Conradi ducis praedicti devolutos, praefatis ducibus Stanislao et Ioanni, ipsorumque filiis et successoribus masculis, infeodat certis sub condicionibus. JL. XXIV, 459.

1428. —— *medio Martio.* Rex significat, quia Petrus Gramrath de Szowoklaski 200 marcas a matre sua Catharina Gramrathova de Nouotancze in mutuum receptas, eidem in villis Sovoklaskj, Mokowa et Pyelgrzymka, item in advocatiis seu medietatibus earum in Pilzno et Ossyek et in aliis bonis inscripserit. XX, 230.

1429. —— *f. 6 ante Laetare (15 mar.).* Castellanatus Crzyvynensis datus est Nicolao Camblan de Szelew. r. XX, 231.

1430. —— „ —— Rex dignitariis et officialibus regni mandat, ut Adam de Curozvyaky, Nicolai de eadem palatini Lublinensis filium, cum omnibus familiaribus suis et servitoribus bannitum et proscriptum per proclamationes publicent. R. XX, 234.

1431. —— *15 Martii.* Rex obsidi serenissimi Menlicherei imperatoris Tartariae de fossis salvum conductum dat, ut Kyoviae cum servitoribus suis maneat tam diu, donec dux Demetrius palatinus Kijoviensis e Tartaria revertatur. XX, 232.

1432. *Brzeszcze, f. 2 Annuntiationis V. M. (25 mar.).* Ioanni Sluzewsky notariatus terrestris Brzestensis datus est post mortem Nicolai Zisca vacans in forma cancellariae solita. r. XX, 234.

1433. —— *f. 4 post Iudica (27 mar.).* Rex Christophoro Thaslik Nohorski, militi Hierosolymitano, curiensi suo, pro servitiis mensam cum 2 servitoribus et locationem trium equorum in zuppis Bochnensibus donat. XX, 238.

1434. —— *f. 5 post Iudica (28 mar.).* Rex in controversia inter Petrum de Zelenyowo, ab una, et Martinum Bangierz, plebanum in Siedlecz, filium olim nob. Ioannis Bangierz, advocati villae regalis Sobothka ante Lanciciam, parte ab altera, pro eadem advocatia orta, dictam advocatiam praefato Petro adiudicat. XX, 237.

1435. —— „ —— Rex litteris universalibus officiales regni, praesertim terrarum Posnaniensis, Calissiensis, Siradiensis, Lanciciensis, Brestensis, Junivladislaviensis, Ploczensis, Ravensis, Sochaczoviensis, Gostinensis et Dobrinensis, certiores facit de suspensione ad 3 annos quarumcunque libertatum et immunitatum a teloneis in praesenti conventione pro necessitate reibublicae laudata. XX, 240.

1436. —— *f. 5 ante Ramispalmarum (28 mar.).* Rex proconsuli et consulibus Brzestensibus privilegium Vladislai II regis anno 1409, Lanciciae, f. 6 ante Mariae Magdalenae (19 iul.) super libertate a podwodis datum confirmat. XX, 239.

1437. —— *f. 6 ante Palmarum (29 mar.).* Datus est salvus conductus Ioanni Lithwin, civi Gnesnensi, ad decursum unius anni valiturum, quod videlicet possit ad civitatem Gnesnensem redire, ibi salvis persona et rebus omnibus suis commorari et omnes res suas disponere libere et absque cuiusvis impedimento in forma cancellariae consueta etc. r. XX, 240.

1438. —— „ —— Rex ad petita Stanislai Goly, civis Brzestensis, litteras Casimiri III regis, anno 1346 in Brzescie, in octava Martini confessoris (18 nov.) super scultetiam in villa regali Volya datas, confirmat. JL. XX, 243.

1439. —— „ —— Rex significat, quia Andreas de Oporow 1200 marc. pol. ratione dotis et dotalitii Catharinae de Gora, consorti suae, in summis, quas habet super villis Nakonow, Wola et Cruchowo districtus Brzestensis a regibus inscriptas, reformaverit. XX, 267.

1440. —— *sabbato ante Palmarum (30 mar.).* Rex ad petita Nicolai de Crethkow, palatini Junivladislaviensis, litteras Vladislai II regis anno 1394 in Nova Civitate Corczin f. 5 post Egidii (3 sep.) et anno 1398 ibidem, dominica infra octavas Martini confessoris (17 nov.) super ius theutonicum et forum septimanale oppido Isdbicza datas, confirmat et insuper in oppido praefato forum pecorale et equestre qualibet feria 4,§ die fori septimanalis consueto, et forum annuale pro festo Mathiae apostoli (24 feb.) instituit. XX, 241.

1441. *Brzesczie, dominica Palmarum (31 mar.).* Rex foralia a piscibus in oppido Brzesczie per unum grossum a quolibet curru piscium instituit. XX, 257.

1442. —— *f. 2 post Palmarum (1 apr.)* Rex in controversia inter cives Bidgostienses et incolas villae regalis Barthodzyeye occasione mellificiorum orta decretum fert. XX, 244.

1443. —— „ —— Rex decernit, quod cives Brestenses non plus quam unum currum pro qualibet expeditione bellica circa veterem consuetudinem expedire tenebuntur, alterius vero currus dationem ratione teloneorum ipsis abolet. XX, 243.

1444. *Thorunia, f. 4 Magna (3 apr.).* De mandato Regiae Mtis terminus partibus infrascriptis videlicet: Petro Gorskj, capitaneo Slochoviensi, et nob. Casper Cnvth pro f. 2 post Vitalis (29 apr) praefixus est ad reponendas litteras per ipsum Knvth, quas se habere praetendit super villam Annusfelth et 12 borras, ad instantiam eiusdem praefati Petri Gorskj. r. XX, 272.

1445. —— *die Iovis sancta (4 apr.).* Rex in oppido Szlochow forum annuale ter in anno pro festis videlicet: Viti (15 iun.), Hedvigis (15 oct.) et pro dominica Reminiscere, septimanale vero feria 2 qualibet instituit. JL. XX, 250.

1446. —— *f. 5 Magna (4 apr.).* Regia Mtas in causa Valentini Vocke, civis Culmensis, tanquam actoris, et Pauli de ibidem, tanquam rei, de consensu utriusque partis ibi tunc personaliter comparentis terminum, quem habuerunt pro f. 2 solennis Paschae (8 apr.), distulit usque ad feriam 2 post Conductum Paschae proximam (15 apr.), devotionis et religionis nostrae gratia. r. XX, 272.

1447. —— *f. 3 post Paschae (9 apr.).* Datus est vexilliferatus terrae Junivladislaviensis Vincentio Cosczyeleczski, post mortem Nicolai Kyelbassa vacans, in forma cancellariae. r. XXI, 32.

1448. —— „ —— Datus est pincernatus eiusdem terrae Junivladislaviensis Martino de Ostrow, per assecutionem iudicatus Alberti Caskowski vacans. r. XXI, 32.

1449. —— *sabbato ante Conductus Paschae (13 apr.).* Rex Ioanni Polak Mirzowski terrigenae cum 4 equis et totidem hominibus salvum conductum in regnum veniendi et negotia sua tractandi admittit. JL. XX, 247.

1450. —— *dominica Conductus Paschae (14 apr.).* Rex 8000 marc. pruth. apud Cristinam olim Henrici Kriger de Thorun relictam pro necessitate regni mutuatas super censu annuo 400 flor. hung. civitatis Elbigensis inscribit. XX, 248.

1451. —— *f. 2 post Conductum Paschae (15 apr.).* Rex villis Chotynicze et Ruschewicze terrae Premisliensis tenutae Jwaskonis Walachi Barynowski, curiensis sui, libertatem 6 annorum ab omnibus exactionibus dat. XX, 248.

1452. —— „ —— Rex Nicolaum Smyothanka, notarium suum, ab expeditione bellica, donec ab imperatore Przekopensi redierit, absolvit. JL. XX, 249.

1453. *Lublin, f. 2 post Conductus Paschae (15 apr.).* Stanislaus de Chobrzany et de Luziska iudex et Bernhardus de Maczeyowicze subiudex terrae Lublinensis testificantur Mathiam et Martinum Zyelkowszcy recognovisse, quia Nicolaus Firley de Dambrowicza, vexillifer Cracoviensis et capitaneus Lublinensis, pro 200 marcis et 130 fl. hung. super villa Dambicza et medietate villae Tharkavicza inscriptis sibi plenarie satisfecerit. XXI, 225.

1454. *Torunia, f. 3 post Conductus Paschae (16 apr.).* Rex in oppido regali Gnyewkow districtus Junivladislaviensis forum septimanale qualibet feria secunda et fora annualia tria: pro Ascensionis domini, pro Mariae Magdalenae (22 iul.) et pro 11000 Virginum (21 oct.) instituit. XX, 248.

1455. —— *f. 4 post Tiburtii et Valeriani (17 apr.).* Rex Margarethae relictae et Ioanni ac Georgio filiis et filiabus olim Laurentii Crocowsky pro servitiis ipsius 500 fl. pruth. in villis Chiloua, Czyssoua et Cossova in terra Pomeraniae tenutae ipsorum inscribit. XX, 249.

1456. —— *f. 5 post Conductus Paschae (18 apr.).* Rex Stanislao Kosthka, tenutario bonorum regalium villae Smylowicze, in terra Cuiauiae et districtu Brzestensi sitae, praefatam villam de manibus ipsius nemini redimere admissurum esse pollicetur. XX, 249.

1457. —— „ —— Datus est salvus conductus Simoni Materna de Gedano in 17 equis in regnum veniendi et res suas disponendi infra hinc ad festum Ioannis Baptistae (24 iun.) duraturus etc. r. XX, 249.

1458. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis, Toruniae f. 2 Urbani (25 mai) anno 1495 datas, donationem rippae villae Murzinowo districtus Pisdrensis Ambrosio Pampowski, palatino Siradiensi, in se continentes, approbat. JL. XX, 251.

1459. —— „ —— Rex ad petita Ambrosii Pampowski, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, haeredisque oppidi Ponyecz, litteras binas Vladislai II regis in Colo, f. 3 ante Ascensionis Domini (14 mai) anno 1398 et Vladislai III regis, Cracoviae, f. 3 Marci (25 apr.) anno 1441 datas, ad telonea in Ponyecz exigenda pertinentes, approbat et innovat. JL. XX, 252.

1460. —— „ —— Rex ad preces Ambrosii Pampowski, palatini Siradiensis et capitanei

Maioris Poloniae generalis, in oppido ipsius haereditario Ponyecz districtus Gostinensis forum equestre f. 2 qualibet septimana instituit. XX, 261.

1461. *Torunia, f. 5 post Conductus Paschae (18 apr.).* Rex adaptationem Stanislai de Strzelcze, canonici Scarbimiriensis, in familiam pinariorum alias Godziamby ab Ioanne Lubranski, episcopo Posnaniensi, Nicolao Lubransky, palatino Calissiensi, et Iacobo Felice de Paniewo factam, confirmat. XX, 281.

1462. —— *f. 6 ante Georgii (19 apr.).* Rex Cristinae, olim Henrici Crigier de Thorun relictae, pro servitiis patris et mariti ipsius, villam regalem Parvam Rogav districtus Torunensis tenutae eius ad vitam possidendam inscribit. XX, 250.

1463. —— *f. 2 ante Adalberti (22 apr.).* Rex ad petita nob. Mathiae Lubyarsky, civis Junivladislaviensis, sententiam Stanislai Cosczyeleczky, castellani Junivladislaviensis et capitanei Nyeschoviensis, Petri Sropsky, vicepalatini Junivladislaviensis, et aliorum commissariorum, a Frederico cardinale primate deputatorum, in causa eiusdem Mathiae Lubyarsky et Pauli Crethek pro 113 marcis pol., Junivladislaviae, f. 5 in vigilia Mariae ad Nives (4 aug.) anno 1502 latam, confirmat. JL XX, 250.

1464. —— *f. 2 ante Georgii (22 apr.).* Rex in controversia inter Nicolaum Locca de Egel, succamerarium Pomeraniae, actorem, et Martinum Thesszinер, tenutarium de Cosszyrzin, tanquam citatum, pro quadam spoliatione domus ipsius Loccae, Martinum praefatum de hac spoliatione expurgat. XX, 249.

1465. —— *f. 4 in crastino Georgii (24 apr.).* Rex Georgio Gothlar, civi Cracoviensi, salvum conductum a creditoribus ad unius anni decursum dat. XX, 253.

1466. —— *f. 4 in crastino Adalberti (24 apr.).* Rex Ioanni sculteto de villa regali Blandow, ad castrum Grudzancz pertinente, privilegium super eandem advocatiam innovat. XX, 253.

1467. —— „ —— Alexander rex fraternitatem artificii pellificii in Ploczko eiusque regulas confirmat. XX, 254, 268.

1468. —— *f. 5 Marci (25 apr.).* Rex Iacobo Dvppe, civi in Czlochow, advocatiam ibidem de manibus aliorum coadvocatorum haeredum exemere consentit. XX, 252.

1469. —— *f. 6 post Georgii (26 apr.).* Rex ad petitiones Nicolai de Cosczielecz, palatini Brzestensis et capitanei Tucholiensis, Ioanni de Wanczlauicze consensum super obligationem villae regalis Sbislaw, ad castrum Tucholiensem pertinentis, tenutae dicti palatini, concedit. XX, 268.

1470. —— *f. 6 in crastino Marci (26 apr.).* Rex laboriosis Matthiae Crasska et Gregorio Birch et aliis mellificatoribus de Barthodzieie litteras olim Premislai Cuiaviae ducis, anno 1298 Vladislaviae 5 calendas Augusti (28 iul.) super eandem villam Barthodzieie datas, confirmat. XX, 268.

1471. —— „ —— Rex oppidanis de Sneyna mensae archiepiscopalis Gnesnensis, litteras Casimiri IV regis, in conventione Pyotrcoviensi, dominica Ne longe (30 mar.) anno 1466 datas, continentes innovationem trium litterarum Vladislai regis, sub datis Lanciciae, f. 5 Laurentii (10 aug.) anno 1424 et Gnesnae, sabbatho ante Viti (11 iun.) anno 1429 super libertatem praefatorum oppidanorum a foralibus, confirmat. JL. XX, 255.

1472. —— „ —— Rex Theodoricum Servilla, capitaneum Golubensem, domum suam lapideam in civitate Cracoviensi in platea s. Andreae ex opposito bursae iuristarum inter domos Drigasz sutoris, ex una, et vicariorum ecclesiae Cracoviensis, partibus ex altera, sitam, Stanislao Jarosski, capitaneo Chanczinensi, donasse testificatur. XXI, 5.

1473. —— *f. 2 ante Philippi et Iacobi (29 apr.).* Rex Ioanni Plankaw, sculteto in Jonesdorff, pro servitiis unum mansum culmensis mensurae in villa regali Epterfeld iuxta fluvium Bakalawne donat. XX, 257.

1474. —— *f. 3 ante Philippi et Iacobi (30 apr.).* Data libertas oppidanis in Naklo ad 4 annorum decursum, eximendo eos ab omnibus censibus et contributionibus, czopowe excepta. r. XX, 256.

1475. —— *f. 4 Philippi et Iacobi (1 mai).* Rex significat, quia Olechno Scorutha de Mlodaticze, succamerarius Chelmensis, ad Tartarorum imperatorem Przecopensem proficiscens in negotiis reipublicae, Margaretham de Nova Civitate Bibyel, consortem suam, tutricem puerorum et bonorum suorum constituerit. XX, 257.

1476. —— „ —— Rex in oppido Nova Civitate Bybel terrae Premisliensis haereditario Margarethae, consortis Olechnonis Scorutha de Mlodaticze, succamerarii Chelmensis, teloneum antiquum innovat. XX, 257.

1477. —— „ —— Rex Olechnonem Skorutha de Mlodaticze, uxorem eius ac pueros ab omni expeditione bellica, donec ex legatione redierit, absolvit. JL. XX, 258.

1478. —— „ —— Nobiles Ioannes Vanczlawskj et Ioannes Czestek pro Nicolao Vytakowsky et uxore eius Hedvigi, ex una, ac Ioannes Gluchowskj, Ioannes Bluvelskj et Laurentius

Lakynskj pro Iacobo Redeczkj et uxore eius Margaretha, ex altera parte, in causa medietatis villae Thopolna(o) fideiusserunt. r. XX, 272.

1479. *Torunia, f. 4 Philippi et Iacobi (1 mai).* Ex decreto Regiae Mtis et consiliariorum eius Nicolaus de Cosczyelecz, palatinus Brestensis et capitaneus Tucholiensis, satisfaciendo Catharinae, Margarethae, Dorotheae sororibus germanis et Helenae, sororinae ipsarum, de Gonczerzewy pro haereditate Mochle, in districtu Bidgostiensi sita, et apud Vincentiannam matrem earum ac Cristinam, germanam dictae Vincentiannae, per olim Ioannem Cosczyeleczky, palatinum Junivladislaviensem, genitorem praefati palatini Brestensis, empta, 16 marcas et mediam sexagenam cum 6 grossis pro festo Ioannis Baptistae proximo (24 iun.) Bidgostiae ad acta libri castrensis reponere et solvere sub totidem damnorum poena debet. r. XX, 272.

1480. —— *f. 5 in crastino Philippi et Iacobi (2 mai).* Petro Czystowski curiensi in reipublicae negotiis ad imperatorem Tartariae Przecopensis misso, donec redierit, data est libertas ab expeditione bellica. r. XX, 258.

1481. —— *f. 6 Inventionis Crucis (3 mai).* Nobilibus Paulo Pomyanowski, advocato Chelmensi, et Stanislao Barzy de Blozew, terrigenae Premisliensi, ad imperatorem Przekopensem cum nobili Olechno missis, data est libertas, donec idem Olechno redibit ab imperatore praefato, ab expeditione bellica. r. XX, 258.

1482. —— „ —— Rex Petro Czystowski, curiensi suo, pro servitiis sortem in villa Czystowicze terrae Belsensis, per mortem Bartholomaei, qui illam apud fratres eiusdem Petri emerat, lege caduca ad Regiam Mtem devolutam, in perpetuum donat. XX, 258

1483. —— „ —— Rex, orta controversia inter nob. Mathiam Lukarski, antiquum praeconsulem Iunivladislaviensem, ex una, et Paulum Czestek, Blasium Nikyel et Petrum Bogsnamy, dispensatores Iunivladislavienses, partibus ex altera, ratione expilationis et damnorum, sententiam fert. XX, 259.

1484. —— „ —— Rex citationes, poenas et vadia contra Audream de Samotuli, palatinum Posnaniensem, interposita ex eo, quia executionem intromissionis in bona Czarnkow Catharinae ab olim Sandivogio de eadem Czarnkow, palatino Posnaniensi, reformata non admisit, de clementia sua cassat. XX, 260.

1485. —— „ —— Oppidanis Plonensibus ab exactione antiquitus conservata in praefato oppido, quae laudata fuit Pyotrkouiae, data est libertas in forma cancellariae consueta. r. XX, 262.

1486. —— „ —— Rex Stanislao Nouomyeski, filio Hedvigis, relictae Martini Wuglowski, iudicis Posnaniensis, pro servitiis ab illa reginae Elisabeth, genitrici regiae, exhibitis, medietatem oppidi Nouemyesczisko tenutae eius eidem Hedvigi genitrici inscribere et reformare consentit. XX, 262.

1487. —— *sabbato Floriani (4 mai).* Rex privilegium Vladislai regis in Radzieyow f. 3 Adalberti (23 apr.) anno 1409 oppido isto super libertate a podwodis datum confirmat. XX, 264.

1488. —— *dominica in crastino Floriani (5 mai).* Rex Andreae Balinski, cubiculario suo, pro servitiis tribunatum Dobrzinensem, post mortem Nicolai Ossowski vacantem, confert. JL. XX, 260.

1489. —— *dominica ante Ioannis ante portam Latinam (5 mai.).* Rex Nicolaum Polak, civem et pannitextorem de Brodnycza, a concivibus suis et praesertim magistris senioribus artis pannitextoriae quadam infamia inculpatum (propter babata per quendam suum socium ab equo mortuo avulsa) expurgat et Nicolao de Dzyalyn, capitaneo Brodnyczensi, committit, ut hoc decretum per omnes sub poena 100 fl. hung. observari mandet. XX, 261.

1490. —— *dominica ante Stanislai (5 mai).* Rex litteras Vlrici Helth proconsulis, Mathiae aurifabri, Petri Adam, Pauli Velkar, Iacobi Barth aurifabri, Martini Crepyl, Ioannis Herman et Andreae Bederman, consulum Posnaniensium, Posnaniae, f. 5 ante 11000 virginum (19 oct.) anno 1497 datas, continentes in se approbationem concordiae inter Paulum Velkar et Barbaram relictam Ioannis Canya per arbitros factae confirmat. XX, 260.

1491. —— „ —— Rex significat, quia Barbara relicta Ioannis Canya, consulis Posnaniensis, pro salute animae mariti sui altare in ecclesia s. Mariae Magdalenae Posnaniensi sub titulo s. Trinitatis fundaverit ac maccelum carnium, propugnaculum alias vykusch in ambitu muris et censum 4 marcarum cum uno fertone in Obornyky pro altare hoc et altarista inscripserit. XX, 264.

1492. —— „ —— Rex ad instantiam Ioannis de Dambrowka, palatini Culmensis, Nicolao de Riwald terrae Chelmensis et districtus Radzinensis privilegium super scultetiam in eadem villa Riwald innovat (litterae cassatae). XX, 274.

1493. —— „ —— Rex ad instantiam Ioannis de Dambrowka, palatini Culmensis, nob. Nicolao Dzienski, sculteto in villa Horznowo, terrae Chelmensis et districtus Radzinensis, privilegium super eandem scultetiam innovat (litterae cassatae). XX, 274.

1494. —— „ —— Rex ad instantiam Ioannis de Dambrowka, palatini Culmensis, no-

bili Martino de Maiori Golambyovo, terrae Chelmensis et districtus Radzinensis, privilegium super scultetiam in eadem Golambyovo innovat (litterae cassatae). XX, 275.

1495. *Torunia, ineunte Maio.* Rex significat, quia Ioannes de Dambrowka, palatinus Culmensis et capitaneus in Radzyn, Annae filiae suae, relictae Pauli Sokolowski, castellani Santhoczensis et capitanei in Grudzancz, liberisque eius Ioanni, Georgio, Jaroslao, Paulo et Annae germanis villam regalem Bogussewo desertam tenutae eorum, ad castrum Radzyn pertinentem, de consensu regio inscripserit. XX, 262.

1496. —— *f. 2 ante Stanislai (6 mai).* Paulo Chudziecz, civi Torunensi, salvus conductus datus est hinc ad festum Michaëlis (29 sep.). r. XX, 264.

1497. —— *f. 3 post Inventionis Crucis (7 mai).* Rex sententiam Sandivogii de Ostrorog, palatini Posnaniensis, capitanei Maioris Poloniae generalis, et aliorum iudicum commissariorum in causa inter Petrum de Swynari, advocatum Gnesnensem, et Swianch proconsulem Gnesnensem, Gnesnae in praetorio, sabbato ante ludica (13 mar.) anno 1434 latam, ad petita nob. Ioannis Czechowski, advocati Gnesnensis, approbat. XX, 263.

1498. —— „ —— Rex litteras Semouiti ducis Masoviae in Ploczko, f. 3 post Omnium Sanctorum (2 nov.) anno 1406 super erectione oppidi Biezun datas, ab Alberto Skora de Gay, succamerario Dobrzinensi, nomine Procopii Schieprzki de Golczewo, generi sui, exhibitas approbat, triaque fora annualia: pro festis Stanislai in maio (8 mai), Nativitatis V. M. (8 sep.), et Circumcisionis Domini (1 ian.) in oppido eodem Biezun instituit. XX, 267, 269.

1499. —— *f. 4 Stanislai in maio (8 mai).* Rex ad instantiam Ioannis de Lassko cancellarii duos mansos nobilis Bartholomei Coga de Lopathki, terrigenae de districtu Brodnyczensi, apud quandam Barbaram Dzyewola in villa regali Parva Smygewko, ad castrum Strasburgk alias Brodnycza pertinente, emptos, ab omnibus censibus et servitiis absolvit. XX, 265.

1500. —— „ —— Rex consulibus ac toti communitati civitatis Brodnyczensis sub poena 100 fl. hung. mandat, quatenus nemo famae prouidi Nicolai Polak pannitextoris et concivis eorum propter babatorum per famulum eius a mortuo equo avulsorum infamati derogare audeat. XX, 265.

1501. —— „ —— Regia Mtas, annuens petitionibus Lucae Watzelrode, episcopi Varmiensis, consensit sibi oppidum Derszaw tenutae eius cum villis Reginoldo Felstete, civi Gedanensi, inscribere et resignare. r. XX, 266.

1502. —— „ —— Rex in oppido Crobya mensae episcopalis Posnaniensis, in districtu Posnaniensi sito, forum annuale pro festo Petri et Pauli instituit. XX, 266.

1503. —— „ —— Rex 1700 fl. pruth. apud consules civitatis Torunensis in mutuum receptos ipsis in exactione terrestri et civili in terris Prussiae proxime instituenda recipiendos demonstrat. XX, 266.

1504. —— „ —— Rex ad petita Alberti de Chudzow, cubicularii sui, et Ioannis Nasygnyewski, terrigenae de terra Dobrzinensi, privilegium Semouiti ducis Dobrinensis, in Dobrzin die divisionis apostolorum (15 iul.) anno 1304 datum, donationem villae Mokowa Andreae de Cracovia in se continens, confirmat. XX, 273.

1505. —— *f. 5 in crastino Stanislai (9 mai).* Rex potestatem ad instituenda pretia, vini varii generis undecunque Posnaniam adducti consulibus Posnaniensibus concedit. XX, 266.

1506. —— *f. 6 post Stanislai in vere (10 mai).* Rex Iacobo de Glynki, cui Ioannes Albertus rex pro certa summa mutuata castrum et capitaneatum Viznensem cum exactione poradlne in vim reemptionis vendiderat, exactionem eandem de omnibus bonis terrae Viznensis exigere permittit. XX, 269.

1507. —— „ —— Rex litteras Alexandrae ducissae Masoviae in Ploczko f. 2 die Agnetis (21 ian.) anno 1426 datas, continentes in se donationem census annui in villa Czyrmno monasterio Plocensi, approbat. XX, 270.

1508. —— „ —— Rex venditionem molendini in Leynaw ab olim Gabriele de Baysen, palatino Culmensi, in Goldawo, Pampow et Cristenburgk tenutario, in rem olim Pauli molendinatoris factam, ad preces Mathiae, Margarethae et Barbarae liberorum dicti Pauli approbat. XX, 270.

1509. —— „ —— Rex Georgio de Bayzen, succamerario Mariemburgensi, et Nicolao de Czemen 80 fl. hung. et 25 marc. debiti in villa Pozilia tunutae ipsorum inscribit. XX, 273.

1510. —— „ —— Rex significat, quia Nicolaus de Cosczielecz, palatinus Brzestensis et capitaneus Tucholiensis, villam regalem Siedlno tenutae suae in eodem districtu de consensu regio in 1000 fl. hung. Ioanni Dzyalynski de Volya, filio olim Petri castellani Slunensis, obligaverit. XX, 274.

1511. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum de Cosczielecz, palatinum Brestensem et capitaneum Tucholiensem, 700 fl. hung. Ioanni, filio olim Petri Dzyalynski de Volya, castellani Slunensis, pro liberis olim Oczyk tenutarii in Ossyek certi debiti per 5 annos reddere promisisse,

in casu vero non redditionis summam eandem de consensu regio in villa Ostrowithi districtus Tucholiensis eidem demonstrasse. XX, 274.

1512. *Torunia, f. 6 post Stanislai in maio (10 mai).* Rex ad vota Helenae consortis suae discreto Laurentio Bekier, artium baccalario, filio honestae Gertrudis relictae famosi Bartholomaei Bekier, civis Torunensis, litteras exspectativae ad ecclesiam parrochialem in Elbing dat. XX, 276.

1513. —— „ —— Rex Andreae Trepka de Obrazouicze, curiensi suo, pro servitiis officium carbariatus in zuppa Bochnensi, quod nob. Andreas Czurilo ex mandato zupparii regii gubernat, donat. XX, 277.

1514. —— „ —— Lucas (Watzelrode) episcopus Warmiensis et Ambrosius Pampowski, palatinus Siradiensis ac capitaneus Maioris Poloniae generalis, commissarii regii, in causa inter nob. Ioannem Czyrwonka, tenutarium in Cowalie, et Franciscum Pfegenhalyn, civem Torunensem, occasione villae Cliuczsko orta, villam eandem dicto Pfegenhalin, uti vero haeredi, adiudicant. XX, 281.

1515. —— *sabbato post Stanislai (11 mai).* Rex ciuibus Coninensibus privilegium olim Casimiri IV regis super possessionem villae Kurowo datum iuxta informationes Ianussii Latalsky, castellani Gnesnensis et capitanei Coninensis, et Ioannis Brzezensky terrigenae commissariorum innovat. XX, 275.

1516. —— „ —— Mauritio ciui Gedanensi datus est salvus conductus hinc ad decursum 3 mensium duraturus persona et rebus suis salvis etc. in forma cancellariae consueta. r. XX, 276.

1517. —— *sabbato ante Sophiae (11 mai).* Georgio de Bayzen datus est consensus redimere bona regalia Nowe alias Neyburg terrae Culmensis citra tamen augmentum summarum in eodem oppido inscriptarum etc. in forma cancellariae consueta. r. XX, 275.

1518. —— *dominica ante Sophiae (12 mai).* Iacobo Colyek de Czielusnycza, vicecapitaneo in Golusch, et Nicolao de Dambrowka terrigenis a bellica expeditione ad unius anni decursum libertas est data, tali tamen condicione quod in castro Golusch tempore bellicae expeditionis residere debebunt. r. XX, 276.

1519. *Mariemburg, f. 6 in crastino Ascensionis Domini (17 mai).* Rex nobili Adae Dambrowski terrigenae, quandam insecuritatem ex parte consulatus Gedanensis habenti, salvum conductum Gedanum veniendi, ibique negotia sua libere exercendi ad decursum 2 septimanarum dat. R. XX, 276.

1520. *Derschova, f. 5 ante Pentecosten (23 mai).* Impositum est vadium 200 marc. contra nob. Ioannem Palewsky ad instantiam nobilis Barbarae relictae Nicolai de Magna Boreschevo pro marito ipsius occasione expoliationis et sui ipsius vinculationis. r. XX, 272.

1521. *Pruscz, f. 6 ante Pentecosten (24 mai).* Rex Martino Gleiser, civi Gedanensi, salvum conductum Gedanum veniendi ad 2 septimanas dat. XX, 276.

1522. *Derschewa, f. 6 ante Pentecosten (24 mai).* Datus est salvus conductus Ioanni de Lynda, civi Gedanensi, ad 2 septimanas sic, ut possit secure Gedanum venire propterea, quia aiebat se habere insecuritatem ex eo, quod vulneraverit Martinum Eberth, concivem suum Gdanensem. r. XX, 276.

1523. —— „ —— Datus est salvus conductus Henrico Egerth, civi Gedanensi, secure permanendi et res suas disponendi propterea, quia aiebat se habere insecuritatem ex eo, quod famulus suus Petrum Bemme, incolam Gedanensem, vulneraverit. r. XX, 277.

1524. *Gedanum, f. 4 post Pentecosten (29 mai).* Rex ad petita Ambrosii abbatis monasterii ecclesiae B. V. Mariae in Czyrwensko emptionem bonorum Sladowo et Wolya Sladowska districtus Sochaczoviensis eidem monasterio contiguorum apud Swyathoslaum dapiferum Gostinensem et Iacobum germanos de Sladowo ac Paulum, Andream, Stanislaum, Pyothruschcam et Elisabeth dicti Iacobi filios, haeredes dictorum bonorum, pro 750 sexagenis confirmat. JL. XX, 176.

1525. —— „ —— Rex Gertrudi de Legendorff, relictae Mathiae Felsdorff, promittit, quia non solum Christophoro de Lawno, vexillifero Mariemburgensi et curiensi regio, sed nemini alio oppidum Starogard in terris Prussiae de manibus eius redimere consenserit. XX, 277.

1526. —— *f. 5 post Pentecosten (30 mai).* Rex Paulo Byalochowsky de Dambrowka terrigenae bona haereditaria Byalochow terrae Culmensis et districtus Grudzensis, circa fluvium Ossa in vicinitate bonorum regalium Zakurzewo, Mokye et Welcz possidenti, liberam fluitationem et lignorum frumentorumque demissionem, sibi per tenutarios bonorum Grudzyancz denegatam, per fluvios Ossa et Visla admittit. JL. XX, 278.

1527. —— „ —— Rex Mathiam Cimerman, burgrabium et proconsulem Gedanensem, pro meritis et ad petitiones Ioannis, regni et ecclesiae Gnesnensis cancellarii, ac Jaroslai, tribuni terrae Siaradiensis, de Lasko germanorum, suo et fratrum omnium familiae domesticae Corabitarum nominibus, nobilitat, dans ei arma familiae eiusdem Corabitarum vulgari Corab: in clypeo

seu campo rubeo navim armatam auream, in cuius prora ac puppi, prout haec fines navium in maritimis militiis nomen retinent, capita leonina caesareata superstant, in medio vero navis malum seu robur gestandi veli locum occupans etiam aureum. JL. XXI, 24.

1528. *Gedanun, f. 6 post Pentecostes (31 mai)*. Regia Mtas dedit oppidanis de Antiqua Nyeschowa exactionem czopowe ad 3 quartalia anni propter destructionem, quam ex inundatione aquarum perpessi sunt de fluvio Visla. r. XX, 277.

1529. —— *sabbato ante Trinitatis (1 iun.)*. Rex monasterio carthusiensi de Paradiso Mariae in terris Prussiae omnia vetera iura tam per reges Poloniae, quam principes Pomeraniae illi concessa, confirmat. XX, 278.

1530. —— „ —— Rex discreto Jost Kostka molendinatori villae Podiesze (Podzyesze) privilegiu super molendinum in dicta villa et sortes ibidem et in villa Szakowo terrae Chemelensis innovat. JL. XX, 277.

1531. —— „ —— Rex Iacobo Waldow molendinatori de villa regali Tluczewo privilegium super hocidem molendinum innovat. XX, 278.

1532. —— *dominica Trinitatis (2 iun.)*. Regia Mtas Georgio abbati et toti conventui monasterii in Pelplin ordinis cisterciensis in terris Pomeraniae confirmavit omnia iura, munimenta et privilegia in forma proxime superiori uti Cartussiensibus praeter hanc finalem clausulam: „et insuper ut ipsi fratres Cartusienses", quae solum in privilegio Cartusiensi est superaddita, privilegium vero confirmationis ipsorum de Pelplin: ibi sunt in aevum. r. JL. XX, 279.

1533. —— *f. 2 Trinitatis (3 iun.)*. Data est libertas oppidanis in Buk ad 7 annorum decursum, eximens eos a solutione czopowe in forma cancellariae consueta, ab expiratione libertatis per dominum cardinalem concessae eisdem. r. XX, 279.

1534. —— *f. 2 in crastino Trinitatis (3 iun.)*. Egregio Stephano Phalco, medicinae doctori et Regiae Mtis physico, litterae consensus super curias Strepaw etc. supra 33 folio in praesenti regestro contentae de annulari sigillo sub sigillum maius cancellariatus sunt translatae et innovatae (conf. supra № 649). XX, 279.

1535. —— „ —— Rex omnia iura et privilegia oppido Gedanensi a praedecessoribus suis donata confirmat. XX, 280.

1536. —— *f. 5 Corporis Christi (6 iun.)*. Rex Vincentio Grodzki et Martino Bank, civibus Sandomiriensibus, nuper per crassatores viarum magna damna passis, libertatem unius anni ab omnibus generaliter solutionibus admittit. XX, 279.

1537. —— „ —— Vincentio Grodzkj et Martino Bank, mercatoribus Sandomiriensibus, Regia Mtas dedit libertatem non solvendorum debitorum quibuscunque creditoribus exemitque eos a iurisdictione omnium dignitariorum ad unius anni decursum ea de causa, quia diebus paulo superioribus dum de Warka et Skaryszow Sandomiriam rediissent, sunt per latrones et praedones capti et spoliati omnibus rebus. r. JL. XX, 279.

1538. —— *f. 6 in crastino Corporis Christi (7 iun.)*. Rex praeconsuli et consulibus Gedanensibus promittit se et successores suos nemini facultatem bona Puczko de manibus eorum exemendi daturos esse. XXI, 320.

1539. —— *f. 6 intra octavas Corporis Christi (7 iun.)*. Rex, cassando litteras Casimiri IV regis olim Tedmanno Monch, Vilhelmo de Hagen et Mathiae Springhorn, civibus Gedanensibus, super summam 1860 fl. hung. debiti datas, ratione solutionis 810 fl. Tedmano Gize, consuli Gedanensi, successori unius creditorum, residuitatem debiti, id est 1050 fl. hung., ceteris successoribus principalium creditorum inscribit. XX, 279.

1540 —— „ —— Rex declarat, quod stadium, in quo iuxta concessionem minerarum fodiendarum, Georgio Manth, praeconsuli Gedanensi, Henrico Snellemberg Torunensi et Philippo Bysschoff Gedanensi civibus in conventione Pyotrcoviensi proxime praeterita datam, nemo alius mineras quaerere potest, 120 passus, passus vero 5 pedes continet. XX, 279.

1541. —— „ —— Rex Tedmano Gize, civi Gedanensi, tenutario villarum regalium Lebenaw et Ruden, 810 fl. hung. debiti veri et insuper 100 fl. hung. novi debiti in eisdem villis inscribit. XX, 280.

1542. *Mariemburg, dominica intra octavas Corporis Christi (9 iun.)*. Datus est salvus conductus Adae Dambrowski in forma superioris salvi conductus (conf. supra № 1519) eidem in Torun dati ad 4 septimanarum decursum. r. XX, 279.

1543. —— *f. 2 infra octavas Corporis Christi (10 iun.)*. Rex cuidam Adam Zalviczki causam cum olim Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi et capitaneo Mariemburgensi, habenti, salvum conductum cum 3 equitibus ad se veniendi et causam suam disponendi ad 4 septimanas admittit. XX, 281.

1544. —— „ —— Mathias Rabe, palatinus Mariemburgensis, Arnoldus de Francza Culmensis, Nicolaus Spoth Gedanensis castellani, Ludouicus de Mortangen Culmensis et Georgius de Bayzen Mariemburgensis succamerarii, commissarii regii, causam certam ratione bonorum in

Parva et Maior Okalicze inter Ioannem Weger de Okalicz et Swyanthusz filium Bartholdi de Poberschow disiudicant. XX, 281.

1545. *Mariemburg, f. 3 intra octavas Corporis Christi (11 iun.).* Rex ad petitionem Francisci Pfegenhalyn, civis Thorunensis, litteras Lucae (Watzelrode) episcopi Warmiensis, et Ambrosii Pampowski, palatini Siradiensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, commissariorum regiorum, in causa inter eundem Franciscum Pfegenhalin et nob. Ioannem Czyrwanka, occasione villae Cliuczsko, in Torun, f. 6 post Stanislai in maio (10 mai) anno 1504 datas confirmat. XX, 281.

1546. —— *sabbato Viti (15 iun.).* Rex Ioanni Jaranth de Brudzew, castellano Calisiensi, castrum et oppidum Siradz cum villis de manibus Nicolai de Curozwankj, palatini Lublinensis, redimere consentit. JL. XX, 272.

1547. —— „ —— Rex ad petita Ioannis Veger de Okalicz terrigenae litteras commissariorum Mathiae Rabe palatini Mariemburgensis et aliorum in causa eiusdem Ioannis Weger cum Swyanthusz de Poberschow, in Mariemburg, 2 intra octavas Corporis Christi (10 iun.) anno 1504 datas confirmat. XX, 281.

1548. —— „ —— Rex Simoni Velter, civi de Gedano, salvum conductum ad festum Petri ad vincula (1 aug.) ad conventionem pro die Alexii proximo (17 iul.) in Choynicze celebrandam dat. XX, 282.

1549. —— „ —— Rex Jonae civi Torunensi salvum conductum a creditoribus praeter Torunenses ad unius anni decursum dat. XX, 282.

1550. —— „ —— Rex famoro Gregorio Brant, civi Gedanensi, pro servitiis 100 fl. hung. super 4 lanois tenutae eius in villa Cosleskye in Maiori Insula inscribit. XX, 272, 282.

1551. —— *dominica post Viti (16 iun.).* Rex pro servitiis nob. Sigismundi Chwalkowsky 11 mansos desertos in villa regali Breythenfelth districtus Slochoviensis cum cmetonibus et hortulanis perpetuo donat. JL. XXI, 2.

1552. —— „ —— Datum est privilegium nob. Sigismundo Chwalkowsky super 8 mansos liberos in oppido nostro Fredlanth, in districtu Slochoviensi sito. r. XXI, 2.

1553. —— *f. 2 post Viti (17 iun.).* Rex omnia privilegia et iura terrarum Prussiae ratificat et confirmat. JL. XXI, 25.

1554. *Torunia, f. 6 (sabbato) in vigilia Ioannis Baptistae (22 iun.).* Rex Ioanni de Ledecz castrum regium Cowalewo in Prussia, tenutam ipsius, in nonnullis partibus, praesertim vero in turribus, munitionibus, fossatis, habitationibus reparare mandat et impendia ad praefatam reparationem facta circa exemptionem castri eiusdem una cum aliis summis, in eodem castro inscriptis, ei solvere promittit. XXI, 12.

1555. —— *f. 6 in vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* Rex ad petitionem Stanislai Coszyeleczskj, castellani Junivladislaviensis et capitanei Nyeszeviensis, curiensis sui, contractum arrendationis inter eundem Stanislaum, ex una, et proconsules et consules civitatis Torunensis, partibus ab altera, occasione traiecti et pontis ex opposito oppidi regii Nyeszewa, tenutae ipsius Stanislai et dictae civitatis Torunensis, Toruniae, die Mercurii penultima decembris anno 1501 factum, confirmat. XXI, 1.

1556. *Lancicia, in vigilia Visitationis B. V. Mariae (1 iul.).* Rex ad petitiones Annae, castellanae Gostinensis, et Andreae de Cuthno haeredum, in oppido novo circa Cuthno, in terra Gostinensi sito, in quo per regem Casimirum fora annuale pro feria 2 ante Pentecostes, septimanale pro feria 5 ad petita olim Nicolai de Cuthno, palatini Lanciciensis, Maiorisque Poloniae et Gostinensis capitanei, erant instituta, pro meliori condicione eiusdem oppidi novi alterum annuale forum pro festo Francisci (4 oct.) instituit. XXI, 17.

1557. —— *in crastino Visitationis B. V. Mariae (3 iul.).* Datus est consensus nob. Nicolao, advocato de Baby, 15 marc. pecuniarum monetae et numeri polonicalis obligandi Paulo Chodzecz, advocato in Dambrovicze, in iure terrestri vel castrensi in sorte advocatiae in Baby, ita tamen quod summa taxae non augeatur, sub sigillo impresso. r. XXI. 1.

1558. *Cracovia, f. 2 divisionis apostolorum (15 iul.).* Rex Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni et capitaneo Lanciciensi, bona regalia villam Zamech districtus Premisliensis de manibus Nicolai, Andreae et Stanislai, filiorum olim Othae de Pylcza, succamerarii Lublinensis, eximere admittit. MD. XIX, 162.

1559. —— *f. 4 post divisionis apostolorum (17 iul.).* Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios et terrigenas regni de novis teloneis in conventu generali Piotrkoviensi laudatis ut, ab omnibus, tam spiritualium, quam saecularium hominibus, mercaturas exercentibus ad triennium exigantur. MD. XIX, 158.

1560. —— „ —— Mandatum Alexandri regis ad exactores teloneorum, ut nova telonea publicent et se in illis exigendis diligentes exhibeant. R. XIX, 159.

1561. —— „ —— Exactores teloneorum: in terra Cracoviensi: Nicolaus Jordan de Zacliczyn; in Sandomiriensi et Lublinensi Andreas Mroczek, notarius terrae Sandomiriensis; in

Leopoliensi, Premisliensi, Halicensi, Belsensi, Chelmensi, Sanocensi Severinus Herborth, notarius Regiae Mtis. n. XIX, 159.

1562. *Cracovia, f. 4 post divisionis apostolorum (17 iul.).* Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios et officiales regni de suspendendis per triennium libertatibus, exemptionibus, donationibus, inscriptionibus et obligationibus, per se et antecessores suos personis spiritualibus et saecularibus super stationes quascunque datis; ad revidendas omnes stationes Andreas Mroczek, regius et terrae Sandomiriensis notarius, constitutus est. MD. XIX, 159.

1563. —— „ —— Litterae Alexandri regis ad civitates et oppida, ut currus bellicos paratos habeant. XIX, 160.

1564. —— „ —— Mandatum Alexandri regis ad capitaneos, ut litteras regias ad civitates et oppida de parandis curribus bellicis transmittant. R. XIX, 160.

1565. —— *f. 3 ante Iacobi apostoli (23 iul.).* Rex pro servitiis Ioanni Camyenyeczky, capitaneo de Bussko, villam haereditariam Bohoroczany circa oppidum Czessybyessy, in terra Podoliae et districtu Haliciensi iacentem, ob crimen laesae maiestatis regiae, per nob. Hriczkonem Crechowijeczky perpatratum, ad regem devolutam, perpetuo donat. MD. XIX, 167.

1566. —— *f. 4 in vigilia Iacobi apostoli (24 iul.).* Data est quitantia Mathiae Pruschak ad Ioannem Jordan, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, pro servitio Regiae Mtis exhibito super 120 fl., ut aut pecuniis, aut sale sibi extraderet ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 160.

1567. —— „ —— Rex Iacobo de Schidlowyecz, thesaurario regni et capitaneo Lanciciensi, mandat, ut propter solutionem 70 fl. debiti regii cuidam Clavs sartori per Ioannem Boner, consulem Cracoviensem, ab eodem Boner 40 marc. argenti in monetariam recipiat et illud elaborari, excudique in monetam faciat. XIX, 160.

1568. —— *f. 6 post Iacobi (26 iul.).* Datus est iudicatus terrae Wyelunensis Ioanni Cosmider de Grusczicze, post mortem Ioannis de Walknowi vacans, in forma cancellariae consueta. r. XXI, 6.

1569. *In castro Cracoviensi, sabbato post Iacobi (27 iul.).* Ioannes Reychman, advocatus provincialis iuris supremi theutonici maidburgensis castri Cracoviensis, una cum 7 scabinis iuratis Raphaële, Mathia Kanngisser, Nicolao Srolla, consulibus Kazimiriensibus, Mathia Przyaczel, Iacobo aromatario, civibus Cracoviensibus, Ioanne Zonthak de Kazimiria consule, Mathia smigmatore, cive Cracoviensi, a rege deputati, Raphaëlem Vyelopolski, tanquam plenipotentem, ex parte Stanislai Morstyn senioris, filii olim Stanislai Morstyn et Ioannis Boner (Bonar) et Petri Morstyn, consulum Cracoviensium, tutorum Georgii Morstyn, filii praedicti olim Stanislai, aetatem nondum habentis, ac honestam Vrsulam, relictam dicti Stanislai, per suum tutorem Erasmum Bethman, advocatiam Lublinensem cum villa Bronouicze, liberando ab omni censu spiritualium et praesertim altaris s. Martini ad s. Barbaram in cimeterio B. V. Mariae Cracoviae, consulibus et communitati civitatis Lublinensis pro 2400 fl. in 8 ratis per 300 fl. annuatim pro quolibet festo Purificationis B. V. Maria (2 feb.), incipiendo a dicto festo proxime venturo, vendidisse et casu non solutionis ratarum pueros praescripti Stanislai Morstyn in praefatam advocatiam et in villam Konopnycza se intromissuros esse in iudicio bannito notum faciunt. XXI, 110.

1570. *Cracovia, f. 2 post Iacobi (29 iul.).* Rex ad petitionem Ioannis de Tharnow, palatini Sandomiriensis, nomine Catharinae de Schamothuly filiae, consortis olim Nicolai Coszyeleczkj, castellani Crussvicensis, inscriptionem 3000 fl. in auro et 640 fl. in mediis grossis in teloneo aquatico in Przepusth a rege Ioanne Alberto Posnaniae, f. 6 in vigilia Matthaei apostoli (20 sep.) anno 1493 dictae Catharinae datam, ob deperditionem litterarum originalium copiam ex libris cancellariae regiae extradere mandat. MD. XIX, 160.

1571. —— *f. 2 ante Petri ad vincula (29 iul.).* Rex Petro Schaffranyecz, castellano Visliciensi et capitaneo Radomiensi, in absentia eius vicecapitaneo Radomiensi, propter controversiam inter Ioannem de Cochanow, iudicem castri Radomiensis, et Ioannem Bogusz de Volya, ex una, ac Iacobum Dunyn de Vgyasd, ex altera partibus, vadium 200 marc. in librum castrensem in domos partis utriusque inscribere mandat. MD. XIX, 160.

1572. —— *f. 3 ante Petri ad vincula (30 iul.).* Deputati sunt commissarii Ioannes de Przeramb Siradiensis, Martinus de Skothnyki Zawychostensis, Ioannes Olyeski Malogostensis castellani et succamerarius, in absentia eius camerarius, Petrus Spoth de Volya, tribunus Radomiensis, ac Nicolaus de Bedlno, subiudex Sandomiriensis, ad granities inter bona regalia oppidum Oppoczno, tenutae Ioannis et Stanislai de Sprowa germanorum, capitaneorum Oppocznensium, ex una, et haereditaria villam Wamblany Nicolai Strasch de Byalaczow, iudicis Cracoviensis, parte ex altera, in forma cancellariae solita. r. XIX, 160.

1573. —— *f. 4 post Iacobi (31 iul.).* Data est absolutio nob. Stanislao Cosczen a bello propter ipsius aegritudinem de consilio consiliariorum, tunc cum Regia Mte exsistentium, ita tamen quod expeditionem sufficientem ex omnibus suis bonis iuxta eorundem facultatem facere et suo palatino demonstrare tenetur. R. r. XIX, 161.

1574. *Cracovia, f. 4 ante Petri ad vincula (31 iul.).* Rex ad petitionem Barbarae, relictae Ioannis Amor de Tharnow, castellani Cracoviensis, Nicolaum Vyernek Lossossynski, burgrabium eius in Rosznow, a bellica expeditione ad unum annum de bonis eius et in custodia castri Rosznow absolvit. MD. XIX, 161.

1575. —— „ —— Rex pontem in fluvio Vysla circa castrum Tynyecz aedificare, executionemque laboris et structurae eiusdem pontis Ioanni Jordan de Zakliczin, castellano Byeczensi, zuppario et procuratori generali Cracoviensi et capitaneo in Osswyanczym, ducere admittit et instituit de eodem ponte novum pontale: a curru mercibus et rebus venalibus onerato 1 grossum, a curru levi seu vacuo ternarium, a persona equestri ternarium et a pedestri denarium, quod praefatus Jordan, quamdiu castrum et civitatem Osswyaczim tenuerit, pro se et illo castro percipiet. JL. XXI, 12.

1576. *In curia regia Cracoviensi, f. 4 ante Petri ad vincula (31 iul.).* Nicolaus Strasch de Byalaczow iudex et Ioannes de Grodouicze subiudex terrae Cracoviensis generales, significant Ioannem dictum Manzyk presbyterum et Iacobum Kophman consules ac Stephanum aurifabrum viceadvocatum et Laurentium Kyelbassa scabinos, tanquam plenipotentes, a consulibus et iuratis czechmagistris contuberniorum totius artificii et communitatis Lublinensis constitutos, se Stanislao Morstyn seniori ac Ioanni Boner et Petro Morstyn, tanquam tutoribus Georgii, filii iunioris olim Stanislai Morstin, consulis Cracoviensis, 2400 fl. pro advocatia Lublinensi in ratis annuis per 300 fl. pro quolibet festo Purificationis B. V. Mariae (2 feb.), incipiendo a proxime futuro, solvere, casu vero non solutionis ratarum intromissionem in advocatiam dictam et villam ipsorum haereditariam Konopnycza per ministerialem Nicolaum de Lublyn dare obligasse. XXI, 112.

1577. *Cracovia, f. 5 Petri ad vincula (1 aug.).* Rex pro meritis olim Stanislai Gamrath, terrigenae regni, Catharinae, consorti eius, bona regalia, videlicet medietates villarum Tczennicza, Tharchow et Jaranyowka de manibus Casper de Nowawyess et fratrum eius eximere admittit. MD. XIX, 163.

1578. —— „ —— Rex inscriptionem 100 fl., quos Ioannes Albertus rex apud Stanislaum Gamrath in mutuum receperat et eosdem in villa regali Mrokow districtus Buczensis inscripserat, praefato Stanislao Gamrath innovat. MD. XIX, 164.

1579. —— „ —— Rex ratificat litteram pro aedificando ponte per fluvium Visla circa Oswyaczym, a rege Ioanne Alberto instituto, cum solutione a quolibet curru, mercibus onerato, capitaneo Osswyanczymensi pro Osswyanczymensi ratione pontalium $^1/_2$ gross. et tenutariis de Bobrek $^1/_2$ gross. pro Bobreczensi fortalitiis. MD. XIX, 179.

1580. —— *f. 6 in crastino Petri ad vincula (2 aug.).* Interpositum est vadium 600 marc. communis pecuniae et numeri consueti inter Ioannem, Iacobum et Andream Dvnyny de Vyasd, ex una, et Abraham de Lanzenicze, tenutarium in Inovlodz, ex altera partibus, et litterae in forma cancellariae solita datae sunt. MD. r. XIX, 161.

1581. *In castro Cracoviensi, f. 6 in crastino Petri ad vincula (2 aug.).* Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus terrae Cracoviensis generalis, Ioannes Jordan de Zacliczyn, castellanus Byeczensis, necnon Nicolaus de Lanczkorona, commissarii a rege deputati, in causa Stanislai dicti Czipsar aurifabri et civis Cracoviensis, occasione cuiusdam horti, inter Cazimiriam et fluvium Visla siti, talem sententiam ferunt, ut idem Stanislaus debeat esse absolutus a solutione quorumvis reddituum dicti horti, exceptis 16 grossis antiquitus solvi solitis de eodem horto ad hospitale s. Hedvigis in Stradomia, et debeat reponere pro anima olim Ioannis Pyl 4 marcas consulibus Kazimiriensibus in praetorio Kazimiriensi. XXI, 109.

1582. *Cracovia, f. 6 post Petri ad vincula (2 aug.).* Rex Petro Olessky, rotmagistro regio, solutionem servitii et damnorum in certis ratis dare promittit, videlicet: in prima pro festo Exaltationis Crucis (14 sep.) proxime venturo pro damnis, in secunda pro festo Circumcisionis Domini (1 ian. 1505) proxime futuro super equum per 6 fl. et tunc ipse Petrus cum sua comitiva omnibus subditis spiritualibus et saecularibus damna illata solvere tenebitur, in tertia vero et ultima rata pro dominica ludica proxima (9 mar. 1505) super equum per 5 fl. (litterae cassatae). MD. XIX, 161.

1583. —— „ —— Similes litterae unicuique seorsum datae sunt in forma pleniori rotmagistris: Ioanni de Camyenyecz, Ioanni Struss, Petro Haliczky, Nicolao Cresa (litterae cassatae). MD. r. XIX, 161.

1584. —— „ —— Dati sunt commissarii: Ioannes Slupeczki Sandeczensis, Iacobus Schyeklyczki Voyniciensis castellani, Petrus Schydlovyeczki succamerarius, in absentia eius camerarius, Nicolaus Sczykowski gladifer et Ioannes Grodowski subiudex Cracovienses, ad limitandas granities inter bona regalia oppidum Thimbark tenutae Ioannis Jordan de Zacliczyn, castellani Byeczensis et zupparii nostri Cracoviensis, ex una, et haereditaria villam Slopnycza Janussii Msthowski, in forma cancellariae solita. r. XIX, 162.

1585. —— *sabbato post Petri ad vincula (3 aug.).* Rex facta ratione cum Petro Olessky

rotmagistro de servitio reipublicae in interregno post obitum regis Ioannis Alberti cum 250 equis exhibito, eidem pro servitio 4850 fl. et pro damnis 160 fl. pro festo Nativitatis Domini (25 dec.) anni 1506 solvere promittit. XIX, 161.

1586. *Cracovia, sabbato post Petri ad vincula (3 aug.).* Item Petro Haliczky datae sunt similes litterae et tenentur sibi 2890 fl., pro damnis vero 101 fl. r. XIX, 161.

1587. —— „ —— Item Ioanni Camyenyeczky datae sunt similes litterae et tenentur sibi 2900 fl., exceptis damnis (litterae cassatae). r. XIX, 161.

1588. —— „ —— Similes litterae datae sunt in forma pleniori rotmagistris: Ioanni de Camyenyecz super 150 equis et Petro Haliczky super 150 equis (verba: „Ioanni de Camyenyecz super 150 equis“ cassata sunt). MD. r. XIX, 162.

1589. —— „ —— Data est libertas a bellica expeditione proxime instituenda Stanislao Costhka, cubiculario Vladislai, regis Hungariae, ob complacentiam Serenitati Suae, sub forma cancellariae solita. R. r. XIX, 162.

1590. —— „ —— Rex Petro Olyeski rotmagistro in prima rata pro festo Exaltationis Crucis (14 sep.) proxime futuro damna, in secunda pro festo Circumcisionis Domini proxime venturo (1 ian. 1505) 1287½ fl., et tunc ipse Petrus omnibus subditis spiritualibus et saecularibus damna cum sua comitiva illata solvere tenebitur, in tertia et ultima rata pro dominica Iudica proxima (9 mar. 1505) 1287½ fl. solvere promittit. MD. XIX, 162.

1591. —— „ —— Ioanni Camyenyeczky data est littera in forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda rata 1023½ fl., pro tertia rata 1023½ fl. MD. r. XIX, 162.

1592. —— „ —— Petro Halyczky data est littera in forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda rata 874½ fl., pro tertia rata 874½ fl. MD. r. XIX, 162.

1593. —— „ —— Petro Chwal data est littera in eadem forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda 845 fl., pro tertia rata 845 fl. MD. r. XIX, 162.

1594. —— „ —— Nicolao Kreza data est littera in eadem forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda 442 fl., pro tertia rata 442 fl. MD. r. XIX, 162.

1595. „ —— Nicolao Zolkyewsskj data est littera in eadem forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda 1111 fl., pro tertia rata similiter 1111 fl. MD. r. XIX, 162.

1596. —— „ —— Petro Cola data est littera in eadem forma prout supra pro prima rata damna solvere debet Regia Mtas, pro secunda 182 fl., pro tertia rata similiter 182 fl. MD. r. XIX, 163.

1597. —— „ —— Ioanni Strusch pro prima rata videlicet pro festo Circumcisionis Domini proxime futuro (1 ian. 1505) 600 fl., pro secunda et ultima similiter 600 fl. MD. r. XIX, 163.

1598. —— „ —— Rex Andreae Rosa de Borzyschevicze, archiepiscopo Gnesnensi, ius patronatus omnium beneficiorum et ecclesiarum in dioecesi Gnesnensi et in collegiata Lanciciensi donat. XXI, 231.

1599. —— *f. 4 ante Laurentii (7 aug.).* Rex pro peritia artis medicinae et servitiis Adam de Bochen, physici regii, ei domum et eius aream, in civitate Cracoviensi in platea S. Annae, in acie ex opposito Collegii Maioris, inter Zarogowski a postico seu parte posteriori, ex una, et Ioannis vitreatoris domos, partibus ex altera, sitam, ad regem lege caduca per mortem Michaëlis dicti Czeclarze devolutam, perpetuo donat. JL. XXI, 4.

1600. —— *f. 6 in vigilia Laurentii (9 aug.).* Rex ad petitiones Stanislai Morsthyn, consulis civisque Cracoviensis, advocati haereditarii Lublinensis, Ioannis Bonar, Petri Morstyn, consulum Cracoviensium, tutorum Georgii fratris sui minorennis, ipsis advocatiam Lublinensem haereditariam consensu Vrsulae, relictae olim Stanislai Morsthyn et dicti Georgii matris, quae in casu mortis eiusdem Georgii ius successionis ad sortem suam advocatiae praedictae quaestum habere videtur, proconsuli, consulibus et communitati civitatis Lublinensis in iure supremo maydemburgensi perpetuo resignare admittit. XXI, 4.

1601. —— *f. 2 post Laurentii (12 aug.).* Rex oppido Rzeschow, per hostes Crucis destructo, ad fortificandum et muniendum oppidum praedictum libertatem 6 annorum ab omnibus exactionibus civilibus, czopowe et fertonum solutionibus donat. XXI, 4.

1602. —— „ —— Oppidanis in Grodek libertas per 6 annorum decursum ab omnibus censibus, proventibus, daciis, contributionibus, exactionibus civilibus et czopowe, quibuscunque vocentur nominibus institutis et instituendis, est data et insuper ab expeditione currus bellici in proximo debendi absolvuntur, in forma cancellariae. r. XXI, 5.

1603. —— „ —— Libertas per 6 annorum decursum oppido Belzicze est data exi-

mendi ipsos oppidanos damna passos ab omnibus et singulis exactionibus civilibus, czopowe et solutionibus quibuscunque institutis vel instituendis, in forma cancellariae. r. XXI, 5.

1604. *Cracovia, f. 2 post Laurentii (12 aug.).* Rex ad petitiones oppidanorum oppidi Dubieczko, in terra Sanoczensi siti, litteras libertatis praefato oppido, Vilnae, f. 6 Aegidii (1 sep.) anno 1503 per se datas, innovat ac de sigillo secreti in maius sigillum regni transsumere admittit. XXI, 5.

1605. —— „ —— Rex propter destructionem incolarum villae regalis Sokolnykj per hostium incursionem, terras Russiae ferro, igneque vastantium, factam, ipsis libertatem 2 annorum ab omnibus censibus, proventibus, daciis et contributionibus donat. XXI, 6.

1606. —— *f. 2 ante Assumptionis V. M. (12 aug.).* Oppidanis Plocensibus data est libertas ab expeditione currus bellici usque ad conventionem generalem Piotrkoviensem, in forma cancellariae. r. XXI, 6.

1607. —— „ —— Rex Ioanni Carwowskj, notario regio, medietatem advocatiae in villa regia Dzierzasno, districtus Plonensis, apud Stanislaum Troyani de Tarnowo, eiusdem medietatis possessorem, emere consentit. XXI, 6.

1608. —— *f. 3 ante Assumptionis V. M. (13 aug.).* Rex Petrum Olessky cum comitiva 220 equitum sextariorum in servitium suscipit et ad unum quartale anni super singulum equum et hominem armatum per 6 fl. solvere promittit. MD. XIX, 163.

1609. —— „ —— Nicolao Zolkyewski super 200 equos sextariorum, Petro Haliczki super 180 equos sextariorum, Ioanni Camyenyeczkj super 200, Petro Chwal super 200 litterae datae sunt. r. XIX, 163.

1610. —— „ —— Rex proconsuli et consulibus civitatis Lublinensis, solutionibus podvodarum et aliarum civilium contributionum oneratis, ab eis currus expeditionis bellicae non recipere promittit, ubi vero regem persona in propria movere contigerit, extunc consules Lublinenses currus bellicos dare tenebuntur. XXI, 6.

1611. —— *f. 4 in vigilia Assumptionis V. M. (4 aug.).* Rex nob. Ioanni quondam molendinatori Znenensi, salvum conductum, ad festum Martini proxime futurum (11 nov.) duraturum plenamque securitatem in 10 equis et totidem personis, ad iudices commissarios veniendi in causa occasione molendini Znenensis dat. XXI, 6.

1612. —— „ —— Rex pro virtute Othae Machffecz, terrigenae regni, ei villam regiam dictam Bocholcz (Bucholcz) districtus Marchoviensis, tenutae ipsius, cuicumque subdito regni in summis, in illa villa inscriptis, obligare admittit. XXI, 6.

1613. —— *f. 6 in crastino Assumptionis V. M. (16 aug.).* Rex honestam Annam, consortem Iacobi de piscaria, in locum et officium piscariae Cracoviensis ad tempora vitae eius praefacit cum condicione solutionis census singulis quatuor temporibus anni per 2 fl. hung. MD. XIX, 178.

1614. —— „ —— Rex famosis Iacobo et Annae, coniugibus, de piscaria regia Cracoviensi, balneolum in horto ipsorum, quem possident, inter ianuam alias forthkam iudaeorum, ex una, et portam dictam Vislna, partibus ex altera, restaurare et aedificare admittit. MD. XIX, 178.

1615. —— *dominica post Assumptionis V. M. (18 aug.).* Rex Georgium Judrzyschowskj cum comitiva 121 equitum sextariorum in servitium suscipit et ad quartale anni super singulum equum et hominem armatum per 6 fl. solvere promittit. MD. XIX, 163.

1616. —— „ —— Eundem (Gorgium Indrzyschowski) ab expiratione novissimi servitii iam exhibiti cum comitiva 121 equitum in forma cancellariae suscepimus etc. r. XIX, 163.

1617. —— *f. 2 infra octavas Assumptionis V. M. (19 aug.).* Rex propter servitia fidelia Ernasth de Unrow, capitanei Marchoviensis et curiensis sui, ei praedia regia deserta vulgariter nuncupata Vyssoka et Vteynaw, in terris Prussiae sita, de manibus Leonardi Bok, civis Gedanensis, et nob. Petri Jassko, seu cuiuscunque alterius subditi, eorundem praediorum possessoris, redimere admittit. XXI, 7.

1618. —— *f. 4 infra octavam Assumptionis V. M. (21 aug.)* Rex ad preces Petri Myskowski de Myrow, palatini Lanciciensis, censum annuum 16 marc., in villis haereditariis Jawornyk et Postavicze terrae Cracoviensis per eum inscriptum et obligatum, septimaeque mansionariae noviter in ecclesia s. Barbarae in coemeterio B. V. Mariae, in circulo Cracoviensi consistente, erectae, cuius Thomas Rosnowski, canonicus Sandomiriensis, possessor existit, incorporatum, in oppidum Cromolow terrae Cracoviensis, haereditarium Stanislai Cromolowski, transferre admittit. XXI, 7.

1619. —— „ —— Rex inter Stanislaum Zolkiewski, succamerarium Belsensem, et Ioannem Cotowski, advocatum haereditarium Vnyeoviensem, ex una, et Bernardum de Brichter, curiensem regium, ab altera partibus, in causa occasione verbalium iniuriarum certam sententiam fert. XXI, 8.

1620. —— „ —— Rex ad petitiones Andreae de Gora, decretorum doctoris, archidiaconi Curzeloviensis, privilegium Ioannis Alberti regis, super censum annuum de laniariis seu car-

nificibus Cracoviensibus, Cracovia, f. 5 infra octavas Nativitatis B. V. Mariae (10 sep.) anno 1500 ei datum, approbat et de sigillo secreti in maius sigillum regni transferre decernit. XXI, 8.

1621. *Cracovia, f. 5 in octava Assumptionis V. M. (22 aug.).* Rex ad preces Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis et primatis, Ioannis (Konarski) Cracoviensis et Erasmi (Ciołek) Ploczensis episcoporum, necnon Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, Ioannis de Tarnow Russiae generalis, Stanislai Kmytha de Wyssnycze Belsensis et Nicolai de Curozwanki Lublinensis palatinorum, Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis generalis, Iacobi de Syeklyky Voynyciensis, et Ioannis Jordan de Zaklyczyn Bieczensis castellanorum, et Ioannis Rapstynski de Tanczyn, curiae regiae marschalci, Sandomiriensis et Ploczensis capitanei, pro meritis et servitiis Nicolai Lanczkorunski, curiensis regii, per eum praesertim circa expeditiones stipendariorum factis, castellanatum et quodcunque officium in terris Cracoviensi, Sandomiriensi et Radomiensi vacaverit, conferre pollicetur. XXI, 9.

1622. —— „ —— Rex Andream Radzyeowski, castellanum Sochaczoviensem, cui Erasmus episcopus Plocensis, propter deputationem suam. a rege datam, ad curiam Romanam, gubernationem bonorum episcopatus sui gerendam commisit, ab expeditione bellica de bonis suis haereditariis et regalibus usque ad eiusdem episcopi reditum absolvit. XXI, 9.

1623. —— *f. 5 ante Bartholomaei (22 aug.).* Rex ad supplicationem Andreae Rosa archiepiscopi Gnesnensis, et pro servitiis Ioanni Smolisky, aulico suo, molendinum in Brzescze cum tertia mensura molendini praefati, per mortem Stanislai, molendinatoris eiusdem molendini, ad regem Ioannem Albertum devolutum, donat. MD. XIX, 164.

1624. —— *f. 6 in vigilia Bartholomaei (23 aug.).* Intelligentes ex querela Nicolai Groth, plebani in Kygye, quod non est securus de vita, sacerdotes et familia eius in praefata Kyge a nobb. Janussio Paczanowsky, Thoma Conarsky de Corythnicza, Stanislao Borczinsky, Ioanne Vyrzbiczky vadium 1000 marc. vallavimus et interposuimus, et litterae in forma pleniori cancellariae datae sunt. r. XIX, 164.

1625. —— „ —— Rex facta ratione cum Ioanne Camyenyeczki, rotmagistro de servitio reipublicae in interregno post obitum regis Ioannis Alberti exhibito ac de damnis, 2670 fl. pro praefato servitio pro festo Nativitatis Domini anni 1506 eidem solvere promittit. MD. XIX, 164.

1626. —— „ —— Similes litterae datae sunt Stanislao Haliczkj super 3990 fl. sine tamen damnis, in forma prout supra. r. XIX, 164.

1627. —— „ —— Rex ad petita Martini Skothnyczki de Boguria, castellani Zavichostensis et iudicis Sandomiriensis, oppido Zauichost, religiosarum virginum sanctimonialium s. Andreae in Cracovia haereditario. in terra Sandomiriensi sito, forum annuale pro die OO. SS. (1 nov.), septimanale vero feria secunda donat. XXI, 9.

1628. —— „ —— Alexio Plonyenski per mortem Dobeslai Ruzowski vacans vexilliferatus minus terrae Dobrzinensis datus est ad tempora vitae suae, in forma cancellariae. r. XXI, 9.

1629. —— „ —— Rex Bohdan, palatini Valachiae, oratoribus cum eorum comitiva, ad regnum Poloniae proficiscentibus, salvum conductum, perfectamque securitatem, ad festum beati — proximum duraturum, dat. XXI, 10.

1630. —— „ Rex Petrum Schaffranyecz de Pyeskowaskala, castellanum Visliciensem et condam capitaneum Mariemburgensem, de omnibus proventibus et censibus, ad idem castrum Mariemburgense provenientibus, a tempore, quo ipse Petrus castrum praedictum ab Ioanne Alberto rege in gubernationem susceperat, usque ad tempus, quo hanc arcem ad voluntatem regiam dimisit, quietat. XXI, 11.

1631. —— „ —— Rex Petro Schafranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Visliciensi et capitaneo Schochaczowiensi, summam 2500 fl., pro servitiis, tam in regno, quam in Magno Ducatu exhibitis, debitam, de argento proprio in monetaria regia excudere admittit. XXI, 11.

1632. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Kianski, servitoris sui, litteras super libertatem bellicae expeditionis, ei a rege Casimiro Cracoviae, f. 4 Mariae Magdalenae (22 iul.) anno 1489 concessas, approbat. XXI, 11.

1633. —— „ —— Rex facta ratione cum Petro Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Vischliciensi et condam Mariemburgensi capitaneo, de proventibus, censibus ac aedificiis, ad idem castrum Mariemburgense provenientibus, per ipsum a tempore suae ad capitaneatum eundem intromissionis, ad diem destitutionis suae perceptis, summam 3736 fl. ei debere remanet, quam pro festo Michaëlis proxime venturo (29 sep.) solvere promittit, in casu vero non solutionis in termino dicto eandem summam in capitaneatu, castro et oppido Schochaczoviensi ac omnibus villis, stationibusque inscribere se obligat. XXI, 12.

1634. —— „ —— Rex pro servitiis Petro Sidlowyeczski, succamerario Cracoviensi, Juniwladislaviensi et Gostinensi capitaneo, molendinum regium aquaticum, sub castro Gostinensi in piscina situm, pro meliori provisione castri eiusdem, tenutae eius, de manibus Sassin Tramski, tribuni Gostinensis, redimere admittit. XXI, 13.

1635. *Cracovia, sabbato Bartholomaei (24 aug.).* Rex ad supplicationem Ioannis Jordan de Zakliczin, castellani Bieczensis, capitanei Osswyanczimensis, zupparii et procuratoris Cracoviensis generalis, pro provido Ioanne Opplatek de Monovicze, cui quondam princeps Casimirus privilegium perpetuum super tabernam in villa regia Monovicze, ad capitaneatum Osvyanczimensem pertinente, dederat, sed id privilegium per ignem oppidi Osvyanczim consumptum erat, dat praefato Ioanni Opplatek novum privilegium perpetuum super dictam tabernam cum additione prati dicti Grodza et silvae dictae Kalne, ad cum debita solutione regi census annui 2 marc. et 2 caponum pro festo Martini confessorris (11 nov.) MD. XIX, 165.

1636. —— *dominica in crastino Bartholomaei (25 aug.).* Rex ad supplicationem Mathiae de Drzenicza, regni vicecancellarii, Adae Drzeniczki, capitaneo Lukoviensi, pro eius meritis, villam regiam Regnow dictam districtus Ravensis de manibus Ioannis et Nicolai haeredum de Wossnyki, in summis in eadem villa patri praedictorum germanorum inscriptis, eximere admittit. XXI, 10.

1637. —— „ —— Rex facta ratione cum Petro Schafranyecz de Pyeskowaskala, castellano Wyschliciensi et condam Mariemburiensi capitaneo, pro omnibus proventibus, ad idem castrum Mariemburiense provenientibus, ei summam 3736 fl. debitus remanet, quam ei in bonis regalibus: capitaneatu, castro et oppido Sochaczowiensi, villisque ad illa pertinentibus, tenutae ipsius, inscribit, admittitque eidem Petro redimere universa oppida et villas regales in terra Schochaczowiensi de manibus quorumlibet tenutariorum. XXI, 10.

1638. —— *f. 2 post Bartholomaei (26 aug.).* Rex Stanislaum Syrzchowsky, plebanum Rzeciczensem et exactorem Ravensem, de exactionibus terrestribus de terra Ravensi, 8 gross. de laneis et civilibus anni 1502 et czopowe a festo Mathiae (25 apr.) anni 1502 usque ad festum Mathiae anni 1504 exactis, quietat. MD. XIX, 165.

1639. —— „ —— Rex ad petitionem Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, pro meritis Ioannis Syrkhowski, notarii regii, ei notariatum terrestrem Ravensem, per cessum sive decessum Mathiae de Rokythnycza, plebani Ravensis, moderni eiusdem officii possessoris, vacaturum, confert. XXI, 14.

1640. —— *f. 3 post Bartholomaei (27 aug.).* Rex ad petitiones Pauli Jassyenski, curiensis sui, litteras super oppidum Kapynos cum villis, ei per se Vilnae, f. 5 in vigilia Epiphaniae Domini (5 ian.) anno 1503 concessas, de sigillo secreti in maius sigillum regni transfert. XXI, 13.

1641. —— „ —— Rex pro servitiis Alberti Brzeszynski, cubicularii sui, eidem medietatem villae regalis Oppalenycza, in Prussia sitae, de manibus prov. Barbarae Zedliczowa, civis Brodniczensis, redimere consentit. XXI, 13.

1642. —— „ —— Regia Mtas, intelligendo Nicolaum de Koszyelecz, tenutarium Bobrowiczensem, infirmitate praeventum et nimium gravatum, non posseque expeditioni bellicae personaliter interesse, ipsius personam ab expeditione bellica hac vice duntaxat instituta sive instituenda absolvit, ita tamen quod ipse Nicolaus sufficientem expeditionem per idoneas personas de omnibus bonis et suis et regiis tenutae suae facere tenebitur. r. XXI, 13.

1643. —— *f. 4 post Bartholomaei (28 aug.).* Data est quitantia Nicolao Wronykowskij, super 14 ulnas adamasci ad zupparium Cracoviensem. MD. r. XIX, 165.

1644. —— „ —— Data est quitantia rotmagistris Caluss super 9 mensuras, Kanya super 2 mensuras, Symek super 2 mensuras salis cocti, Grodeczky 2 banci salis dati sunt, ad zupparium Cracoviensem. MD. r. XIX, 165.

1645. —— „ —— Data est quitantia ad zupparium Cracoviensem oppidanis de Wolbram super 10 bancos et 10 vasa salis, ob frequentiam podvodarum, per eos datarum. MD. r. XIX, 165.

1646. —— „ —— Ad eundem zupparium Cracoviensem civibus Osswyaczimensibus pro instaurando ponte exusto super 40 bancos salis pro 40 fl. quitantia data est. r. XIX, 165.

1647. —— *f. 4 Augustini (28 aug.).* Rex ad vota Elisabeth, reginae Poloniae, nobili Marco, cubiculario eius, praedium ipsius proprium cum pomorio, agrisque, ad illud pertinentibus, extra civitatem inter praedium Jaschotha et Stanislai Panyewnik, civium Bochnensium, iacens, in iure civili Bochnensi, senioribus artificii et fraternitatis sartoriae Bochnensis pro ministerio ecclesiastico eorum fundationis incorporandum admittit. XXI, 13.

1648. —— *sabbato ante Aegidii (31 aug.).* Rex famosis Stanislao Tarnowsky de Posnania et Paulo de Gedano dat consensum ad quaerendum mineras, thesaura subterranea ac varia metalla in montibus, campis, planis, silvis, pratis, agris, nemoribus, torrentibus, vallibus, collibus, aquis, oppidis, villis regalibus, spiritualium, religiosorumque et nobilium terrigenarum, praesertim vero in locis: in monte Pyenyen, Lanczko, Macskonicze, Pustalaka, Chelmo, Sramovicze, in utraque Babyagora, Libiberg, Mossyna, Crosscenko, per et infra terram Cracoviensem et Sczepusii consistentibus, ad 3 annos pro sua utilitate, elapso vero praefato spatio pro fisco re-

gio, sub condicionibus et consuetudinibus in regnis Hungarae et Bohemiae observari solitis. MD. XIX, 165.

1649. *Cracovia, dominica Aegidii (1 sep.).* Data est quitantia ad zupparium Cracoviensem Ioanni (Lubranski) episcopo Posnaniensi super 30 bancos salis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 166.

1650. —— *f. 2 post Aegidii (2 sep.).* Rex ad relationem Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, quomodo a rege Casimiro nob. olim Ioannes Schelynek obtinuerat certum consensum super reformationem dotis et dotalitii consorti suae nob. olim Hedvigi, sorori germanae Ioannis de Szenycza, iudicis terrae Chelmensis, faciendam in summis in villa regali Nyedzelovycze, in terra Chelmensi sita, eidem Schelynek inscriptis, ad supplicationem praefati Ioannis de Szenycza dictam reformationem eidem approbat. MD. XIX, 166.

1651. *Lublin, f. 3 post Aegidii (3 sep.).* Ioannes Syestrzenyecz proconsul, Nicolaus Lubimelski, Andreas Schadurka, Iacobus Gayek, Ioannes Neko, Thomas Proszyecz, Mathias Mazurek, Nicolaus Byalek, Ioannes Grek, Stanislaus Zyelenka et Nicolaus Doyszwoy consules, Stephanus aurifaber viceadvocatus. una cum scabinis Ioanne Myecznyk, Ioanne Scala, Ioanne Swyezypolyecz, Alberto Smarslek et czechmagistris, senioribusque Ioannem Mazyk et Iacobum Gayek, confratres suos consulares, Stephanum aurifabrum viceadvocatum et Laurentium Kyelbassa scabinum, suos et totius communitatis plenipotentes, ad tractandam et emendam advocatiam Lublinensem a Ioanne Bonar et Petro Morstyn, tutoribus Stanislai Morstyn et Georgii, fratris eius, puerorum et haeredum olim Stanislai Morstyn, ipsius advocatiae possessorum, constituunt. XXI, 113.

1652. *Cracovia, f. 4 ante Nativitatis V. M. (4 sep.).* Data est quitantia Vays Hannus bombardistae ad cives Leopolienses ad rationem exactionis czopowe super 10 fl. r. XIX, 166.

1653. —— „ —— Data est quitantia Gyrzyk, tenutario Colensi, super 46 marc. pecuniarum ad Ioannem Latalsky, castellanum Gnesnensem, ad rationem exactionum priorum publicarum super rationem servitii ipsius Gyrzyk. r. XIX, 166.

1654. —— *f. 5 ante Nativitatis V. M. (5 sep.).* Rex ad petitionem Iacobi de Syekluka, castellani Woynyczensis, Byeczensis et Rathnensis capitanei, ecclesiae parrochiali s. Leonardi in oppido Rathno, iuris patronatus regii, ad competentiorem victus provisionem rectoris et ministrorum illius, praedium regium seu curiam alias dworzyscze, nominatum Rayewyscze, inter Crenno et Zalyesze villas regias situm, cum agris et pratis, ad illud spectantibus, perpetuo donat. XXI, 15.

1655. —— „ —— Rex propter fidelia servitia Casperbar, civis et consulis Cracoviensis, domum ipsius et Barbarae, coniugis eius, in foro civitatis Cracoviensis sitam, in qua Sigismundus, Oppaviae et Maioris Glogoviae dux, in suo Cracoviam adventu hospitari et in ea monetarum regni cussiones fieri consueverunt, ab hospitalitate omnium hominum liberat. XXI, 15.

1656. —— „ —— Rex nobilem Janyewski, terrigenam Chelmensem, ab expeditione bellica nunc instituta liberat ea sub condicione,ut idem Janyeszowski, quam diu bellica expeditio duraverit, in castro haereditario Vchanye gen. Pauli Jassyen defensionem intendat. XXI, 15.

1657. —— „ —— Rex textoribus panni in oppido regali Srzem stamina laboris sui, per 30 ulnas dimensionis seu longitudinis Posnaniensis, certo sigillo et signo plumbeo signata, vendere admittit. JL. XXI, 16.

1658. —— „ —— Rex ad petitiones oppidanorum et consulum oppidi regalis Crosno, in terra Sanocensi siti, nundinas seu forum annuale, pro festo S. Trinitatis in praefato oppido per antecessores reges institutum, pro dominica Conductus Paschae transfert. XXI, 16.

1659. —— „ —— Rex oppidanos Srzemenses, tenutae Stanislai Lassoczki, succamerarii Posnaniensis, de summa 100 fl. hung. pro omnibus stationibus, singulis annis per 50 marc. solvi consuetis, annis praeteritis regi non solutis, quietat, diminuitque stationem eo modo, quod proximis singulis 10 annis 30 tantum pro 50 solvere sibi debeant. XXI, 17.

1660 —— „ —— Rex in causa inter Sigismundum de Thargovisco (Targowyczski), decretorum doctorem, custodem Sandomiriensem, canonicum, vicariumque in spiritualibus Cracoviensem generalem, ex una, et Clementem de Byelawy, ab altera partibus, ratione granitierum villae Maioris Swyrsche, ad ipsum Sigismundum custodem et custodiam praedictam Sandomiriensem pertinentis ac pro mellificiis et usibus aliis, quibus idem Clemens ratione vicinitatis suae villae Minoris Swyrsche in silvis, nemoribus et borris villae Maioris Swyrsche, quae nemora seu borrae Chianow (Thinow, Chinow) dicuntur, habere practenditur, certam sententiam fert. XXI, 31.

1661. —— *f. 6 ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* Rex incolas oppidi Crossno propter incinerationem eius ab omnibus datiis, solutionibus, exactionibus et contributionibus post coronationem regiam institutis et a solutione teloneorum triennalium, in conventione Piotrkoviensi novissime praeterita institutorum, liberat. XXI, 17.

1662. *Cracovia, in vigilia Nativitatis V. M.* (*7 sep.*). Rex ad petitiones oppidanorum de Olsthynek erectionem eiusdem oppidi Olsthynek, a Casimiro IV rege in conventione generali Piotrkoviensi, f. 4 ante OO. SS. (29 oct.) anno 1488 datam confirmat. JL. XXI, 18.

1663. —— *f. 2 in crastino Nativitatis V. M.* (*9 sep.*). Rex Iacobum Ebermuth, haeredem de Pogorzalisthaw, villam suam haereditariam Pogorzysthaw cum villis, ad eam spectantibus, et cum oppido Pyassek, in terra Lublinensi sito, ac advocatiam suam haereditariam in villa regali Plonka terrae Chelmensis, necnon tertiam partem mediae alterius villae Dambrowa et Zawada terrae Sandomiriensis, cum Ioanne de Swyrczow, tenutario de Ropczycze, pro advocatia haereditaria in Zulyn terrae Chelmensis, cum additione parata pecunia 600 marc. commutasse testificatur dictamque commutationem approbat. XXI, 18.

1664. —— *f. 2 post Nativitatis V. M.* (*9 sep.*). Rex Ioanni Bochothnyczky, exactori exactionis marcarum de villis, mandat, ut Martinum Skothnyczki de Bogoria, castellanum Zavichostensem, propter satisfactionem eius de exactione marcarum de villis Skothnyky et Bogoria de sortibus sua et vicinorum eius de Zayeszyerze, Smyechovicze, Krzikossy et Dambrowycza, pro praefata exactione a villis dictis turbare non audeat. XIX, 168.

1665. —— *f. 3 post Nativitatis V. M.* (*10 sep.*). Datus est iudicatus terrae Sandomiriensis Nicolao Sworskj de Bedlno per promotionem Martini Skothnyczkj de Boguria in castellanum Zawychostensem, in forma cancellariae solita. r. XIX, 168.

1666. —— „ —— Petrus de Sydlowyecz, succamerarius Cracoviensis et capitaneus Gostinensis, presbyteris fraternitatis in Wyelyczka transsumptum inscriptionis, venditionis et emptionis pro 30 marc. operis montanei, dicti Przythka, una cum sepo, in montibus Wyeliczensibus, penes opera Konyeczny et Kuchczyk situati, ad Andream de Bochnya et Nicolaum Wylk, emethonem de Marchowy, fratres germanos, post mortem Ioannis Lyczko et Annae Bambemkowa, germanae eius, devoluti, de anno 1498 f. 5 ante Aegidii (30 aug.) in actis praefati succamerariatus inventam, in rem Ioannis baccalarii, Nativitatis Mariae et Iacobi Mariae Magdalenae altaristarum in Wyeliczka et fraternitatis ipsorum per praedictos Andream de Bochnya et Nicolaum Wylk recognitam, dat. XXI, 41.

1667. —— *f. 3 intra octavas Nativitatis V. M.* (*10 sep.*). Rex propter damna, quae Margaretha ducissa Rathiboriensis percepit in censibus annuis per eam in zuppis Cracoviensibus emptis, ei 2 fl. hung. et unum bancum salis pro quolibet quartali cuiuslibet anni, incipiendo a quartali s. Crucis nunc futuro donat. XXI, 28.

1668. —— *f. 4 post Nativitatis V. M.* (*11 sep.*). Rex oppidanos et incolas oppidi Opatowyecz, ven. Ioannis Themyczensis haereditarii, propter dapaupertationem ab expeditione curus bellici liberat. XXI, 19.

1669. —— *f. 5 intra octavas Nativitatis V. M.* (*12 sep.*). Rex Ioanni et Petro Thworowsczy, germanis, curiensibus regiis, pro servitiis post rationem, quam cum eis Erasmus, episcopus Plocensis, tunc vero praepositus Vilnensis et secretarius regius, Vilnae faciebat, 715 fl., post rationem vero ulteriorem nunc per Ioannem Rapstynski de Thanczyn. curiae regiae marsalcum, Sandomiriensem et Plocensem capitaneum, cum eis hic factam, 380 fl. solvere promittit. XXI, 20.

1670. —— „ —— Rex ad vota Andreae Rosa, archiepiscopi quondam Leopoliensis, nunc Gnesnensis, decretum in causa inter vicarios ecclesiae metropolitanae Leopoliensis, ex una, et mansionarios ecclesiae s. Catharinae in castello Leopoliensi, partibus ab altera, occasione 300 fl. hung. in auro, per olim Nicolaum Cuchta, civem Leopoliensem, legatorum, per eundem archiepiscopum prolatum, approbat. XXI, 20.

1671. —— „ —— Rex ad vota Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, donationem domus lapideae, per olim Petrum Striczek consulem, in postico alterius domus eiusdem Striczek inter domos Michaëlis Gyebel, parte ex utraque, ex opposito ecclesiae metropolitanae in civitate Leopoliensi sitae, pro praedicatore dictae ecclesiae maioris Leopoliensis testamentaliter legatae, approbat, liberatque eandem domum ab omnibus datiis, censibus, exactionibus et contributionibus laudatis et laudandis et libertati ecclesiasticae eam incorporat. XXI, 20.

1672. —— „ —— Rex Nicolaum Cepel de Posnania, decretorum doctorem, praepositum Wratislaviensem ac Gnesnensis et Cracoviensis ecclesiarum canonicum, quem Ioannes, regni et ecclesiae Gnesnensis cancellarius, ac Jaroslaus tribunus Siradiensis, de Lasko germani, suo et fratrum omnium familiae domesticae Corabitarum nominibus, pro eximiis, praeclarisque eius virtutibus in suum et totius ipsorum Corabitarum familiae fratrem adoptarunt, nobilitat, dans ei arma familiae eiusdem Corabitarum vulgari Corab: in clipeo seu campo rubeo navim marinam auream deferens, cuius prora, puppique prout haec funes navium in maritimis militiis nomina retinet, capita leonina caesareata, in medio vero navis malum seu robur gestandi veli locum occupans etiam aurea. XXI, 20.

1673. —— *f. 6 intra octavas Nativitatis V. M.* (*13 sep.*). Rex Erasmo Schembek, Ioachimi marchionis Brandeburgensis subdito, salvum conductum ad conventionem Myedzyrzecen-

sem pro festo Nicolai proxime venturo (6 dec.) tenendam veniendi, coram regiis et praefati Ioachimi marchionis consiliariis comparendi et negotia sua tractandi dat. XXI, 23.

1674. *Cracovia, f. 6 intra octavas Nativitatis V. M. (13 sep.)* Rex pro subditis suis, per Erasmum Schembek deportatis, sponsione fidei obligatis, fideiubet, quod ipsum Erasmum quoad praestandam sponsionem fidei satisfacient ac pro die ac loco ipsis designandis comparebunt. XXI, 23.

1675. —— *f. 6 vigilia Exaltationis Crucis (13 sep.).* Interpositum est vadium 200 marc. inter Nicolaum Crethkowsky, palatinum Juniwladislaviensem, ex una, et Stanislaum Obalkowsky ac Petrum fratrem ipsius patruelem, ex altera partibus. r. XIX, 167.

1676. —— *sabbato intra octavas Nativitatis V. M. (14 sep.).* Rex iudaeis Moyszesz et Iacob germanis de Lancicia telonea nova triennalia, in conventione generali Piotrkoviensi proxime praeterita decreta, in terra Lanciciensi ac in Clodawa, Colo, Cloczow, Conyn, Sleszyn, Bresczye, Radzeyowo, Junowlodz, Gostynyn et Rawa, necnon teloneum in Sochaczow, per regem Ioannem Albertum institutum et ipsis iudaeis arrendatum, pro 2500 fl. hung., 2 lapidibus croci et 10 lapidibus piperi ad 3 annos arrendat; dicti iudaei medietatem receptorum alias przemythy pro fisco regio reddent, aliam vero medietatem pro usu suo recipient. XXI, 19.

1677. —— *sabbato Exaltationis Crucis (14 sep.).* Rex ad petitiones puerorum olim Nicolai Naramowskj, molendinatoris Calissiensis et Siradiensis, certam sententiam commissariorum suorum de data in conventione generali Piotrkoviensi, f. 4 ante Iudica (29 mar.) anno 1503, occassione propinquitatis Erasmi, civis Calissiensis, ad molendina, post mortem nob. Ioannis Schostek ad eum devoluta et a dicto Erasmo praefato Nicolao Naramowskj vendita, latam approbat. XXI, 67.

1678. —— *f. 2 post Exaltationis Crucis (16 sep.).* Data est quitantia Ioanni Pyleczky super 14 ulnas adamasci cum auro pro 50 fl. ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XIX, 167.

1679. —— „ —— Data est quitantia Martino Skotnyczky, castellano Zavichostensi, super 6 bancos salis ad eundem Jordan, zupparium Cracoviensem. r XIX, 167.

1680. —— „ —— Data est quitantia Mathiae de Drzewycza, vicecancellario regni, super 2 patellas salis cocti ad eundem zupparium. r. XIX, 167.

1681. —— „ —— Data est quitantia bernardinis de Colo super 6 vasa salis rumularii extradendi in Bydgostia vel in Ffordan ad Stephanum Fyschel. r. XIX, 167.

1682. —— „ —— Rex Iacobo de Schydlowyecz, capitaneo Lanciciensi et thesaurario regni, mandat, ut a Martino armifice propter debitum 37 fl. pro servitio, Ioanni Alberto regi exhibito, recipiat tantum argenti, quantum de lucro eiusdem pro solutione debiti praefati sufficeret. XIX, 167.

1683. —— „ —— Rex facto rationis calculo cum nob. Perocio Thedaldo de Florentiis de zuppis Wyeliciensi, Bochnensi, Przemysliensi, Drohobicensi, Dolinensi et teloneo Grodzeczensi, arrendae olim nob. Arnolphi Thedaldi de Florentiis, patrui eius, per ipsum Perocium post mortem eiusdem patrui possessis, ac etiam cum nob. Ioanne Thedaldi de Florentia, praefati olim Arnolphi nepote et dicti Perocii germano, qui post eum in zuppas Przemyslienses et arrendam earum successit, de omnibus censibus et proventibus eos quietat, et arrendat eidem Ioanni zuppas Przemyslienses cum advocatia in villa Nahayowycze pro 1400 fl. usque ad exsolutionem summae 4400 fl. hung., quam rex ex praefata ratione cum eo facta debet. XXI, 22.

1684. —— „ —— Rex Ioanni abbati Thynensi nonnulla bona monasteriique dicti haereditaria, villam Oppatowycze integram desertam et duos laneos in villa Swyaczycze desertos, districtus Xanzensis, pro medietate villae Vscze, Petri Othwynowski haereditariae, in districtu Novae Civitatis Corczyn circa oppidum Opatowyecz consistentis, permutare admittit, liberatque eandem medietatem villae Vscze ab expeditione bellica et de iure saeculari sive terrestri in ius spirituale ac bona Opatowycze et Swyaczycze de iure spirituali in ius saeculare seu terrestre transfert. XXI, 27.

1685. —— „ —— Rex controversiam inter cives Cracovienses, ab una, et Leopolienses, partibus ab altera, pro libera Leopoli mercatura, in rem civium Cracoviensium decidit. XXI, 50.

1686. —— *f. 3 die Lamparti (17 sep.).* Rex in causa controversiae inter Nicolaum de Kamyenyecz, castellanum Sandomiriensem, Cracoviensem et Sanocensen capitaneum, pro teloneo unius grossi ab equo, quod ipse Nicolaus in Rimanow exigere volebat, ab una, et Victorinum de Senno, dicti oppidi Rimanow haeredem, qui dictum teloneum nomine foralium appellans ad se pertinere allegabat, ab altera partibus, idem teloneum praefato capitaneo Sanocensi, sic ut in Sanok, Rzeszow, Crosno et aliis oppidis et locis terrae et capitaneatus Sanocensis recipi consuetum est, adiudicat. XXI, 25.

1687. —— *f. 4 in crastino Lamparti (18 sep.).* Rex ad petitionem Catharinae de

Cleczowo, Ioannis Gyszyczki relictae, nunc vero Danielis Kyernoski consortis, reformationem dotis eius et dotalitii per dictum Ioannem ei in certis bonis haereditariis factam et a Casimiro IV rege in conventione Clodaviensi dominica Iudica (1 apr.) anno 1487 approbatam e regestris cancellariae regiae transcribere mandat. XXI, 27.

1688. *Cracovia, f. 4 in crastino Lamparti (18 sep.).* Rex ad intercessionem Erasmi (Ciołek), episcopi Plocensis, oppidanos et incolas oppidi Poltowsko, ad mensam eius episcopalem spectantis, ex incendio damna passos, a solutione omnium regalium teloneorum, tam terrestrium, quam aquaticorum, ab expiratione telonei novi triennalis, in conventione generali Piotrkowiensi proxime praeterita instituti, ad decursum 12 annorum liberat. XXI, 28.

1689. —— „ —— Rex nob. Iwasko, armeno de Leopoli, cubiculario suo, bona haereditaria, quae modo obligatorio a Bohdano de Haynowcze possidet, videlicet villam Wlossow et medietatem villarum Haynowycze, Nynczyn, Perlowcze et Syolka, nob. Iacobo Wrona, curiensi regio, obligare et pro eliberatione praefatorum bonorum alias vwaruye cavere, evictionemque eandem in villa regia Cozycze, tenutae eiusdem Iuaskonis, admittit. XXI, 32.

1690. —— *f. 5 ante Matthaei ap. (19 sep.).* Rex Sasyn Trampski, tribunum Gostinensem, Barbarae de Kazanow, consorti suae, 100 marc. dotis et totidem dotalitii super medietate omnium bonorum suorum tam paternorum, quam maternorum, et medietate pecuniarum, ei in oppido regio Osmolyn a rege inscriptarum, reformasse testificatur. XXI, 36.

1691. —— *f. 2 post Matthaei (23 sep.).* Rex ad petitionem consiliariorum suorum Ioanni, Andreae et Felici de Opporow, tenutariis castri regii et bonorum Crusswicza, villam regiam Sculska Vyesch, ad ipsum castrum spectantem, Hectori de Orchow in 220 fl. hung. obligare admittit. XXI, 30.

1692. —— *f. 3 post Mathiae (Matthaei!) apostoli (24 sep.).* Data est quitantia Iacob piscatori in Cracovia, super 30 marc. pecuniarum ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XIX, 168.

1693. —— „ —— Item data est quitantia Stanislao Szyrchowsky super 7 bancos salis ad zupparium Cracoviensem. r. XIX, 168.

1694. —— „ —— Rex cmetones villae regalis Braszewycze, in terra Siradiensi sitae, per incendium damna passos, ab omnibus contributionibus, exactionibus laneorum, fertonum, 8 grossorum ac aliorum ad 6 annos liberat. XXI, 28.

1695. —— *f. 3 ante translationis Stanislai (24 sep.).* Rex ad preces reginae genitricis suae ac principis Sigismundi Cristophoro Teszlyk (Thaschlik) Nuhorski, militi Hierosolymitano, capitaneo Cyeskoviensi, curiensi suo, restituit stationem regalem monasterii Landensis, pro bina legatione nomine regni ad imperatorem Tartarorum, per regem Ioannem Albertum ei donatam, loco cuius stationis eidem ad triennium census 60 marc. in zuppis Cracoviensibus postea datus erat. XXI, 29.

1696. —— *f. 4 ante translationis Stanislai (25 sep.).* Data est praesentatio Iacobo Staschkowsky super praebendam seu canonicatum Sandomiriensem per mortem Nicolai Crzyczky, eiusdem ultimi et immediati possessoris, in forma cancellariae solita. r. XIX, 168.

1697. —— *f. 5 vigilia translationis Stanislai (26 sep.).* Rex Nicolao Slabosz, tenutario in Loschycze, 1600 fl. in auro et 1500 fl. debiti super rata, regi per Annam Masoviae ducissam pro medio quadragesimae nunc affuturo (2 mar.) debita, inscribit. XXI, 30.

1698. —— *f. 5 ante Michaëlis (26 sep.).* Rex Nicolaum, Ioannem et Stanislaum, filios olim Ioannis de Pilcza, palatini Sandomiriensis, Nicolaum, filium olim Othae de eadem Pilcza, succamerarii terrae Lublinensis, suo et fratrum, sororum germanorum minorennium nominibus, de summa 800 fl. hung. dotis olim Catharinae de Pylcza, relictae Andreae de Olesznycza, castellani Sandecensis, et de Pyandzyczow haeredis, amittae praedictorum fratrum, in bonis haereditariis castro et oppido Pyandzyszow et villis Sczepyecz, Brzesczye, Pashczorka, Koporinya et Drodzyeyowycze, districtus Sandomiriensis, per dictum maritum suum inscriptae, et de 400 fl. hung. eiusdem dotis, Ioanni Bochothnyczski, de Olesznycza et de Pyendzyczow haeredi, per commissarios regios Spithkonem de Jaroslaw castellanum et Petrum Kmytha de Visznycze palatinum Cracovienses, Ioannem de Tarnow Sandomiriensem, alterum Ioannem de eadem Tarnow, terrarum Russiae palatinos, Ioannem de Slupcza Sandomiriensem et Martinum Schotnyczski de Boguria Zawichostensem castellanos, pro certis rebus praetiosis adiudicatis, eundem Ioannem Bochothnyczki (Bochonyczski, Bochnyczski) quietasse testificatur. XX, 29.

1699. —— „ —— Rex pro meritis Lucae de Gorka, castellani Spiczimiriensis, ei bona regalia oppidum Pobyedzyska cum villis, ad id spectantibus, in iure terrestri, Ioanni Jarand de Brudzewo, castellano Calissiensi, obligare admittit. XXI, 30.

1700. —— „ —— Rex pro meritis Lucae de Gorka, castellani Spiczimiriensis, ei bona regalia villas Clesczewo et Trzebyeslawky districtus Pysdrensis datiamque 2 grossorum alias poradlne in palatinatu Calissiensi in iure terrestri Ioanni Jarand de Brudzewo, castellano Calissiensi, obligare consentit. XXI, 30.

1701. *Cracovia, f. 6 translationis Stanislai* (*27 sep.*). Rex ad petitiones Pauli de Jassyenycze, curiensis sui, ac etiam benemerita olim Pauli de eadem Jassyenycze, castellani Sandomiriensis, genitoris eius, ei de villa eius haereditaria Vchanye districtus Chelmensis oppidum erigere admittit, transferendo de iure polonico in ius maydemburgense cum libertatione a qualibet alia iurisdictione et poena pyathadzeszcza a ministeriali imponenda et dando fora annualia pro festivitatibus Alberti (23 apr.) et Laurentii (10 aug.) et forum septimanale qualibet feria quarta, ac libertatem ab exactionibus, teloneis, censibus et praesertim a czopowe, solutionibusque, datiis et contributionibus per 16 annos. JL. XXI, 76.

1702. —— *sabbato Venceslai* (*28 sep.*). Data est quitantia Paulo Charwat super 8 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XIX, 168.

1703. —— „ —— Data est quitantia Bvryan Schelyg super 6 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XIX, 168.

1704. —— *sabbato vigilia Michaëlis* (*28 sep.*). Rex ad preces presbyterorum de Wyelyczka suo et totius fraternitatis stolnicorum in zuppa regia Wyeliczienci certas inscriptiones super opera in montibus Wyeliczienbus, per Catharinam Dzyrdzyna cum filiabus eius Anna et Brigida in Wyelyczka, sabbato post Iudica (26 mar.) anno 1485, per Barbaram Harda in Wyelyczka, f. 5 ante Iudica (14 mar.) anno 1499, per Andream de Bochnya et Nicolaum Wylk f. 5 ante Aegidii (30 aug.) anno 1498 et copiam ex eadem inscriptione, Cracoviae, f. 3 post Nativitatis V. M. (10 sep.) anno 1504 datam, ac per Lucam Fiolek in Wyelyczka, f. 4 infra octavas Paschae (22 apr.) anno 1495 in rem praedictorum presbyterorum et eorum fraternitatis recognitas, ratificat. JL. XXI, 40, 42.

1705. —— *dominica Michaëlis* (*29 sep.*). Rex Ioannem et Andream, haeredes de Tanczyn, filios olim Sbignei, succamerarii Cracoviensis, Ioanni, Stanislao et Andreae, filiis olim Gabrielis de eadem Tanczyn et Annae, matri et tutrici eorundem, pro sorte, ipsos post olim Andream de eadem Tanczyn, patruum eorum germanum, concernente, videlicet pro quarta parte omnium bonorum eiusdem olim Andreae solvere 2000 fl. in tribus ratis: pro hoc festo Nativitatis Domini 660 fl. et alios 660 fl. ad aliud festum Nativitatis Domini, residuum vero 680 fl. pro tertio festo Nativitatis Domini, casu vero non solutionis summarum in praefatis terminis dare intromissionem in quartam partem castri et civitatis Tanczyn et villarum et montis, in quo laborant plumbum, ac in totam villam Zalasz se obligasse testificatur. XXI, 31.

1706. —— „ —— Rex cives de Kazimiria, ob ignem damna passos, ab omnibus censibus annuis, exactionibusque ac podvodis ad 20 annos, a czopove vero ad unum annum liberat. XXI, 46.

1707. —— *f. 2 post Michaëlis* (*30 sep.*). Rex testificatur Ioannem et Andream, filios olim Sbignei de Tanczyn, succamerarii Cracoviensis, ab una, et Alexandram de Chozowa, Nicolai de eadem Tanczyn, palatini Russiae, relictam tutricem puerorum suorum Ioannis et Stanislai, ab altera partibus, occasione sortis bonorum, post mortem Andreae de Tanczyn, castellani Woynyczensis, patrui germani sterilis, ad eos devolutorum, talem concordiam fecisse: praefati Ioannes et Andreas dictis Ioanni et Stanislao de bonis praefati Andreae derelictis pro sorte eorundem singulis annis ad quodlibet festum Nativitatis Domini per 50 fl. hung. usque ad aetatem adultam in manus eiusdem Alexandrae solvere, in casu vero non solutionis eiusdem summae intromissionem in villas suas Philipowycze et Lachowycze dare et recipere 60 marc. de praefatis censibus annuis pro debito suo pro domo murata ex opposito s. Annae Cracoviae sita, praefatae Alexandrae tutrici pro pueris suis ab eis resignata, ac ab olim praefato Nicolao, palatino Russiae, apud suas neptes Barbaram Petri de Nouemvsto, Agnetem alias Beatam Iacobi Syechuczakj, castellani Woynyczensis, Elisabeth Stanislai de Myelecz, Dorotheam Procopii Osolynski, consortes empta, debeant. XXI, 34.

1708. —— *f. 3 post Michaëlis* (*1 oct.*). Rex Ioanni Zaramba de Calinowa, capitaneo Maioris Poloniae generali, duas villas Clonowa et Braschowycze cum media Ruda Braschowska districtus Siradiensis ab ipso adhuc puero per tutorem suum alienatas, restituit, donatque ad tempora vitae eius. MD. XIX, 171.

1709. —— „ —— Rex propter non solutionem 3634 fl. hung. Nicolao Creza de Bobolicze, rotmagistro suo, in certis terminis, medietatem praefatae summae, videlicet 1834 fl. pro festo Adalberti (23 apr. 1505) nunc venturo, residuam vero medietatem 1834 fl. hung. pro festo Nativitatis Christi extunc immediate sequenti solvere promittit. XXI, 32.

1710. *In castro Cracoviensi, f. 4 post Michaëlis* (*2 oct.*). Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis, testificatur Ioannem Trestka, haeredem de Vithow, domum suam haereditariam seu totum spatium aut circuitum latitudinis et longitudinis eiusdem domus, Cracoviae penes curiam s. Martini sitam, Ioanni de Lassko, regni Poloniae et ecclesiae Gnesnensis cancellario, pro 40 marc. resignasse. Idem Nicolaus de Camyenyecz, f. 4 post Francisci (*9 oct.*) testificatur ministerialem Stanislaum Sluska de Casimiria Ioannem de Lassko in possessionem dictae domus intromisisse. XIX, 181.

1711. *Cracovia, f. 4 post Michaëlis (2 oct.).* Rex Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, pro servitiis in terris Russiae et Podoliae ratione defensionis earum ceu campiductori generali exercituum regni, 1300 fl. in censibus et proventibus capitaneatus Sanocensis inscribit. XXI, 36.

1712. —— *f. 4 ante Francisci (2 oct.).* Datum est vadium 500 marc. inter genn. et honor. Petrum de Nyemyglowy, castellanum et capitaneum Ravensem, ex una, et Hermolaum, succamerarium Ravensem, et Ioannem notarium, germanos de Sathkouicze, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 169.

1713. —— „ —— Rex ad petitiones Andreae Roza, archiepiscopi Gnesnensis, transumptum privilegii, ad ecclesiam Gnesnensem pertinentis, a Casimiro IV rege in conventione generali Piotrcoviensi, f. 5 infra octavas Pentecostes (17 iun.) anno 1451 dati, edit, confirmatque idem privilegium. JL. XXI, 97.

1714. —— *f. 5 post Michaëlis (3 oct.).* Rex Clementi de Kamyenyecz, curiensi suo, pro servitiis 60 marc. inscribit, quas Nicolao de eadem Kamyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, de proventibus capitaneatus Sanocensis exsolvere mandat. XXI, 36.

1715. —— „ —— Sigismundus, dux in Slesia, Oppaviae, Glogoviae Maioris, Freystat, Gorrae, e consensu regis Alexandri, Christophoro de Sydlowyecz, subdapifero Cracoviensi et magistro curiae suae, burgrabiatum quemcunque primum per cessum vel decessum vacaturum in arce Cracoviensi ad vitam eius confert, liberatque eum ab omni expeditione bellica. XXI, 39.

1716. —— „ —— Rex testificatur Margaretham ds Pliszyn, consortem Ioannis Sborowsky, fratrem suum germanum Ioannem Guth, tribunum Leopoliensem, de bonis paternis et maternis quietavisse. XXI, 287.

1717. —— *f. 6 Francisci (4 oct.).* Datum est vadium 300 marc. inter Iacobum Cossowsky, ex una, Petrum Spoth et Ioannem Conarsky, parte ex altera, quia inter se dissident, occasione certarum inscriptionum, quas ipsi seu uxores ipsorum in bonis Skossowy ac aliis, in terra Lanciciensi sitis, se habere praetendunt, ut potius iure et non vi negotia sua prosequantur, in forma cancellariae solita. r. XIX, 168.

1718. —— „ —— Rex iudaeo Ozar, teloneatori Ravensi, mandat, ut 40 fl. Nicolao Pyotrowsky, curiensi regio, pro servitio Ioanni Alberto regi exhibito, super quos olim cardinalis, frater regius, eidem ad Paulum Czarny, protunc zupparium Cracoviensem, quitantiam dederat, ad rationem telonei Ravensis solvat. XIX, 169.

1719. —— „ —— Rex cives oppidi regii Kazymyerz circa Cracoviam siti a solutione omnium teloneorum per et infra regnum liberat propter desertationem eius parte per tempestatem, parte per incendium. JL. XXI, 43.

1720. —— *sabbato post Francisci (5 oct.).* Rex Catharinam, relictam Andreae Pinczowsky de Olyessnycza, castellani Sandeczensis, Stanislao Schaffranyecz de Pyeskowa Scala, curiae regiae succamerario et capitaneo Novae Civitatis Corczyn, 1000 fl. hung. in auro post Annam de Chodecz, neptem suam ac eiusdem Stanislai consortem, in bonis suis haereditariis villa Kvrow districtus Czchoviensis reformasse testificatur. MD. XIX, 168.

1721. —— „ —— Data est quitantia Mykvlasch Hybram, curiensi regio, pro damnis ipsius, in servitio Reg. Mtis perceptis, super 16 bancos Osswyaczimenses salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensem. r. XIX, 169.

1722. —— „ —— Rex Mykvlasch Hybram, curiensi suo, 114 fl. debiti pro servitio pro festo Michaëlis proxime venturo (29 sep. 1505) solvere promittit. XIX, 169.

1723. —— „ —— Data est quitantia Petro de Wroczymowicze, dapifero Cracoviensi, super 10 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 169.

1724. —— *dominica post Francisci (6 oct.).* Datus est consensus vener. Andreae Laskj resignandi praebendam sive canonicatum Posnaniensem hon. Martino Swyancziczkj, in forma cancellariae solita, iurispatronatus regii. r. XIX, 169.

1725. —— „ —— Datus est consensus eidem resignandi ecclesiam parrochialem in Mszonow praefato hon. Martino Szwyancziczkj. r. XIX, 169.

1726. —— *6 octobris.* Epistola Alexandri regis ad Iulium II papam de praesentanda praepositura ecclesiae cathedralis Posnaniensis, per mortem Nicolai de Krzyczko vacante, in Paulum de Sydlowyecz, iuris pontificii doctorem et cancellarium Sigismundi, ducis in Slesia. XXI, 37.

1727. —— *f. 2 post Francisci (7 oct.).* Rex Iacobo de Sokolow haeredi et in Zaborze advocato propter insidias in vitam eius et bona haereditaria Sokolow, in ducatu Masoviae sita, a nonnulis officialibus et subditis eiusdem ducatus paratas, salvum conductum in praefato ducatu ad festum Paschae proxime futurum (23 mar. 1505) duraturum dat. XXI, 37.

1728. —— „ —— Rex resignationem officii nossyczstwo nuncupati, quod habet Sasyn

Trampski, tribunus Gostinensis, in zuppa regia in Wyelyczka, per eundem Trampski in personam Ioannis filii eius, factam, approbat. XXI, 38.

1729. *Cracovie, f. 2 post Francisci (7 oct.).* Rex ad petitionem oppidanorum de Viznya libertatem, iis a rege Ioanne Alberto, Cracoviae, f. 6 Francisci (4 oct.) anno 1499 datam, roborat cum additione libertatis 3 annorum a solutionibus proventuum et contributionum, a quibus per regem Ioannem Albertum exempti sunt. XXI, 38.

1730. —— „ —— Rex ad preces consiliariorum suorum Adamo de Curowsząkj (Curoszyaky) salvum conductum, perfectamque securitatem ad regnum in 12 equis et totidem personis veniendi dat. XXI, 38.

1731. —— „ —— Rex Nicolaum Szykowski, gladiferum Cracoviensem, circa stationem regalem in oppido Scarbymerz, ei per regem ad vitam donatam, et in conventione generali Piotrkoviensi proxime praeterita, quam et omnes stationes regales, ad triennium suspensam, reliquit. XXI, 38.

1732. —— „ —— Rex litteras super redditus Sanocenses, Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et Cracoviensi ac Sanocensi capitaneo, a se Cracoviae f. 3 post Paschae (29 mar.) anno 1502 datas, de sigillo annulari in maius sigillum cancellariatus transfert. XXI, 45.

1733. —— *f. 3 post Francisci (8 oct.).* Rex collationem burgrabiatus cuiuscunque per cessum vel decessum vacaturi in castro Cracoviensi militi Christophoro de Sydlowyecz, dapifero Cracoviensi et curiae marsalco ac magistro, a Sigismundo in Slesia duce, Cracoviae, f. 5 post Michaëlis (3 oct.) anno 1504 datam, ratificat. XXI, 39.

1734. —— *f. 4 post Francisci (9 oct.).* Rex cives Schydlovienses a podwodis, quibus privilegio regis Vladislai liberati erant, dimittit. JL. XXI, 42. NB. Similis formae litterae datae sunt his civitatibus et oppidis videlicet: Visliciae, Sthobnicza, Novae Civitati Corezin, Osyek. Oppathoviec.

1735. *In castro Cracoviensi, f. 4 post Francisci (9 oct.).* Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus terrae Cracoviensis, Ioannem Trzeska, haeredem de Vythow, domum ipsius haereditariam seu totum spatium aut circuitum latitudinis et longitudinis eiusdem domus, Cracoviae penes curiam s. Martini sitam, Ioanni de Lasko, regni et ecclesiae Gnesnensis cancellario, pro 40 marc. vendidisse et intromissionem per ministerialem Stanislaum Slaska de Kazimiria in praedictam domum dedisse notum facit. XXI, 84.

1736. *Cracovie, f. 5 post Francisci (10 oct.).* Rex litteras, super victum in zuppis Wyeliczensibus Stanislao Szmyecek de Crzessyn a rege Casimiro Cracoviae f. 2 Lucae (18 oct.) anno 1490 datas, igne crematas, de regestris cancellariae regiae transscribeere admittit. XXI, 42.

1737. —— *f. 5 ante Hedvigis (10 oct.).* Rex pro meritis Petro Miskowski de Mirow, palatino Lancicicnsi, advocatiam in Oswyaczym, ad regem iure regio et successione caduca post mortem Ioannis Larys devolvendam, donat (litterae cassatae). JL. XXI, 57.

1738. —— *f. 6 ante Calixti (11 oct.)* Data est quitantia nobili — Lanczkj super 60 marc. pecuniarum ad Petrum Glowyenskj, exactorem Ravensem, ad rationem exactionum antiquarum, in forma cancellariae solita. r. XIX, 169.

1739. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Pyczek, cubiculario regio, super 229 fl. pro servitiis per olim Nicolaum Pyczek, curiensem Regiae Mti exhibitis, ad famosos praeconsules et consules civitatis Gedanensis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 170.

1740. —— *sabbato ante Hedvigis (12 oct.).* Data est quitantia ven. Iacobo Staschkowsky ad Ioannem Jordan, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, super 30 marc. pecuniarum, ad rationem antiquarum exactionum terrae Cracoviensis. r. XIX, 170.

1741. —— „ —— Rex pro benemeritis Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et Cracoviensis generalis ac Sanoczensis capitanei, et praesertim eos campiductoris generalis regni in terris Russiae et Podoliae pro defensione earum, ei omnes census, redditus et proventus duorum annorum Sanoczenses confert. R. XXI, 45.

1742. —— „ —— Rex propter incursionem Tartarorum et devastationem per eos civitatis regiae Chelmensis, incolas eiusdem civitatis ab exactione civili duorum annorum alias pro duobus vicibus liberat. JL. XXI, 46.

1743. —— „ —— Rex propter destructionem castrorum regiorum Chelmensis et Belzensis Gregorio Thrupski (Krupski) de Orlow, Belzensi et Chelmensi capitaneo, pro reaedificatione eorundem castrorum telonearum Belzense et Chelmense cum omnibus proventibus, redditibus, poenis pertransitis alias praemythne a festo Martini proxime venturo (11 nov.) per annum integrum exigere admittit. JL. XXI, 46

1744. —— *f. 3 Hedwigis (15 oct.).* Data est quittantia Szczesny Walyschowsky super 150 fl. pecuniarum ratione totalis servitii sui, Regiae Mti exhibiti, ad Martinum Szczavynskj, exactorem terrae Sochaczoviensis, ad rationem exactionum antiquarum terrestrium. r. XIX. 170.

1745. —— „ —— Data est quitantia Andreae Czechelecky, capitaneo Bydgostiensi,

super—bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 170.

1746. *Cracovia, f. 4 Galli (16 oct.)*. Quitatus est Ioannes Jordan de Zaklyczyn, zupparius Cracoviensis, de summis infrascriptis, quas de mandato regio erogavit, realiter et in effectu dedit ad rationem zupparum Cracoviensium, primum pro hatlassio fl. 24, item pro curru toto novo cum omnibus attinentiis fl. 12, item pro expensis in auro fl. 70 et in moneta fl. 37 pro expediendo doctore Myechowitha ad regem Hungariae ad Suae Mtis satis solennem postulationem. r. XIX, 170.

1747. —— „ —— Rex propter fidelia servitia Ioannis Swyrczowski, tenutarii bonorum regalium Ropczycze, curiensis sui, ei bona regalia Pothcamienye, in terra Leopoliensi sita, de manibus—Cebrowski, terrigenae regni, redimere consentit. XXI, 52.

1748. —— *f. 6 Lucae (18 oct.)*. Datum est vadium 400 marc. inter Stanislaum Lyassoczky, succamerarium Posnaniensem et tenutarium Srzemensem, ex una, et Felicem Ossyeczki, parte ex altera, qui inter se dissident occasione quarundem possessionum, in forma cancellariae solita. r. XIX, 170.

1749. —— „ —— Rex ad petitionem Pauli Camyenycki de Pomyanowo, advocati Chelmensis, privilegium Vladislai regis super advocatiam civitatis Chelm, in Mynsko Lithuaniae, f. 2 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.) anno 1502 a se renovatum, de sigillo annulari in maius regni transfert. JL. XXI, 48.

1750. —— „ —— Rex pro servitiis Janussio tenutario in Ropschicze, curiensi suo, bona regalia villam Buczynowa, in terra Haliciensi sitam, inquantum vel per mortem Andrich Michowski vel alio quocunque modo ad regem devoluta fuerit, ad vitam possidendam donat. XXI, 52.

1751. —— „ —— Datus est succamerariatus Sanoczensis Swchowski per cessum vel decessum Dobrogosthii Pelka eiusdem succamerariatus ultimi et immediati possessoris. r. XXI, 60.

1752. —— „ —— Rex Ioannem Obermuth, terrigenam regni, villam regiam Plonka cum allis de consensu regio Janussio Swyrczowskj, curiensi regio, resignasse testificatur. XXI, 74.

1753. —— *in domo archiepiscopi Gnesnensis, 19 octobris*. Ioannes abbas Clarae Tumbae in Mogyla, ordinis Cisterciensium dioecesis Cracoviensis iudex et conservator iurium bonorum et privilegiorum ac suppositorum Almae Universitatis Generalis Cracoviensis Studii a sede apostolica specialiter deputatus, Andreae archiepiscopo Gnesnensi, Ioanni Cracoviensi et Erasmo Plocensi episcopis, ac Spithkoni de Jaroslaw, Cracoviensi castellano, Petro de Mirow Lancicieusi, Nicolao de Curoswakj Lublinensi palatinis, Nicolao de Camyenyecz, capitaneo Cracoviensi, Sandomiriensi, Iacobo Syekluczkj, Voynicensi et Ioanni Jordan de Zaklyczyn Byeczensi castellanis, Ioanni de Lasko cancellario, Mathiae de Drzewycza vicecancellario et Iacobo de Sydlowyecz, vicethesaurario regni, pro rege ob debitum 4000 fl. hung., apud Petrum Salomonem, consulem Cracoviensem, Ioannem, utriusque iuris doctorem, scholasticum Gnesnensem, et canonicum Cracoviensem ac dictae universitatis suppositum, et Nicolaum, civem Cracoviensem, filios eius, contractum, fideiussoribus, monitiones cum insertis excommunicationum et interdicti sententiis facit, ut in crastino festi Epiphaniarum Domini extunc immediate futuri (7 ian. 1505) dictis creditoribus 8000 fl. hung. solvant. XXI, 66.

1754. —— *f. 2 11000 virginum (21 oct.)*. Rex proconsuli et consulibus Cracoviensibus molendinum regale Cuthlow ante valvam s Nicolai civilem cum tertia parte aquae, ex fluvio Rudawka currentis, cum duabus mensuris, ad mensam regalem spectantibus, pro 5400 fl. hung. ab eis mutuatis et pro festo Michaëlis nunc futuro (29 sep. 505) solvendis obligat. XXI, 49.

1755. —— „ —— Rex Ioanni Bonar, Zayfredo et Erasmo Bethman, consulibus et mercatoribus Cracoviensibus, pro debito ac pannis sericeis et laneis 7500 fl. in cisticula zupparum Wyeliciensium, quam Ioannes Bonar possidet atque ex eadem 50 fl. hung. vigore priorum inscriptonum septimanatim tollit, inscribit et ex eadem cisticula septimanatim 100 fl. usque ad solutionem summae praefatae percipiendos demonstrat. XXI, 51.

1756. —— *f. 3 in crastino 11000 virginum (22 oct.)*. Rex Paulo Jassyenski, curiensi suo, 700 fl. pol. et 500 marc. pro quitantiis debet, quas summas in conventione generali proxime ubicunque in regno celebranda solvere promittit. XXI, 50.

1757. —— *f. 4 post 11000 virginum (23 oct.)*. Rex Barbarae Russynowska 650 marc., ad eandem per obitum Ioannis Janowski, germani ipsius, devolutas et per regem Ioannem Albertum dicto Janowski debitas, solvere in ratis promittit, videlicet: pro festo Epiphaniarum proxime venturo (6 ian. 1505) 150 marc. ipse rex et residuum 500 marc. zupparius Cracoviensis soluturus erit per 100 marc. annuatim pro festo Nativitatis Christi. XXI, 53.

1758. —— *f. 5 post 11000 virginum (24 oct.)*. Rex Iwaskonem Sossnkowski, nota-

rium ruthenicum, ad wladicaturam Chelmensem, per mortem hon. Syennon, ultimi et immediati eius possessoris et rectoris, vacantem, instituit. XXI, 52.

1759. *Cracovia, f. 5 post 11000 virginum (24 oct.).* Rex Catharinam Zaleska, civem in Cozyeglowy, bona sua immobilia haereditaria, quae possidet in Crepicze, videlicet: domum brasorium et braxatorium in acie plateae Cracoviensis, penes domum Pauli Kulescze sitam, cum omni suppellectili domestica et instrumentis braxatoriis ac unum laneum agri, inter praepositi et Alberti Owczarz agros situm, Stanislao de Curoszwąki, capitaneo Wyelunensi et tenutario Crepicensi, pro 40 marc. vendidisse testificatur. XXI, 53.

1760. —— „ —— Rex ad petitionem Marci, reginae Poloniae Elisabeth piperarii, venditionem domus, praedii et 10 virgarum in Bochnya, coram iudicio bannito particulari et legali in Bochnya f. 2 post Nativitatis Mariae (10 sep.) anno 1498 per Catharinam Scorczanka in rem praedicti Marci recognitam, approbat. XXI, 56.

1761. —— „ —— Rex privilegium super censum annuum de iudaeis Leopoliensibus Ioanni de Buczacz seniori filio et Annae de Sprowa, relictae Iacobi de Buczacz, palatini Russiae, matri, per se Vilnae, f. 3 ante Simonis et Iudae (25 oct.) anno 1502 datum, de minori in maius sigillum transfert. XXI, 63.

1762. —— *f. 5 ante Simonis et Iudae (24 oct.).* Rex propter destructionem civitatis Sandecensis ad intercessionem Petri Kmitha de Vysznycze, palatini Cracoviensis et regni marsalci, capitaneique Sandecensis et Scepusiensis, cives mercatoresque eiusdem civitatis Sandecensis a solutione novi triennalis telonei liberat. XXI, 52.

1763. —— *f. 6 ante Simonis et Iudae (25 oct.).* Datum est vadium 600 marc. inter Ioannem Pomorskj, ex una, et Iacobum Syemyanowski, Ioannem Glogowskj, Ioannem Pyekarskj, Nicolaum et Ioannem fratres ipsius, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 170.

1764. —— „ —— Rex ad intercessionem principis Sigismundi, Glogoviae Maioris et Opaviae ac totius Slesiae ducis et tunc tenutarii bonorum regalium Olsthyn et Czenstochowa, consulibus oppidi Czenstochowa pontem seu aggerem circa dictum oppidum Czanstochowa facere cum facultate a quolibet curru mercibus onerato per eundem pontem seu aggerem transeunte per tres denarios percipiendi admitit. MD. XIX, 170.

1765. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Pyotrowskj, curiensi regio, super 12 fl. pecuniarum ad Nicolaum Jordan de Zacliczyn, teloneatorem Cracoviensem, ad rationem novi telonei. r. XIX, 171.

1766. —— „ —— Stanislao de Gorka, praeposito Calissiensi et canonico Gnesnensi, super 100 sexagenas, renovando alias priores quitantias, eidem annis superioribus datas, ad Andream de Schamotuli, palatinum Posnaniensem, ad rationem exactionis 2 grossorum palatinatus Posnaniensis quitantia data est. r. XIX, 171.

1767. —— „ —— Rex pro servitiis Mathiae Gambynskj, terrigenae regni, villam regiam Perchinsco districtus Zidaczoviensis de manibus Demetrii Rosznyathowskj exemere consentit. XXI, 54.

1768. —— „ —— Rex tanquam principalis debitor et Andreas Gnesnensis archiepiscopus, Ioannes Cracoviensis et Erasmus Plocensis ecclesiarum episcopi, Spythko de Jaroslaw, castellanus Cracoviensis, Petrus Miskowski de Mirow Lanciciensis, Nicolaus de Curozwąki Lublinensis palatini, Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis, Iacobus de Syeklukj, Woynyczensis et Ioannes Jordan de Zaklyczyn Byeczensis castellani, Ioannes de Lasko cancellarius, Mathias de Drzewycza vicecancellarius et Iacobus de Sydlowyecz, thesaurarius regni, tanquam fideiussores, 4000 fl. hung., apud nob. Petrum Salomonis, consulem et civem Cracoviensem, ad necessitatem regni et signanter solutionem servilium, Russiae terras tutantium, in mutuum receptos, pro festo Nativitatis Christi proxime venturo solvere promittunt, in casu vero prorogationis ad festum Epiphaniarum tunc immediate futurum alios 4000 fl. ratione damnorum eidem consuli solvere se obligant. XXI, 54

1769. —— *sabbato ante Simonis et Iudae (26 oct.).* Data est quitantia Mathiae de Drzewicza, regni vicecancellario, ad eundem palatinum Posnaniensem, super residuitatem proventus exactionis 2 gross. anni praeteriti, ad rationem eiusdem exactionis 2 gross. palatinatus Posnaniensis. r. XIX, 171.

1770. —— „ —— Quitantia data est Stanislao Chroberskj, curiensi principis Sigismundi etc., super 6 bancos salis ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum praedictarum Cracoviensium. r. XIX, 171.

1771. —— „ —— Quietatio nob. J. Pustholka, curiensi domini Sigismundi, super 6 bancos salis ad eundem zupparium Cracoviensem ad rationem dictarum zupparum data est. r. XIX, 171.

1772. —— „ —— Quietatio Stanislao Orzechowskj, cubiculario regio, super 10 fl. ad Nicolaum Jordan de Zakliczyn, teloneatorem Cracoviensem, ad rationem novi telonei data est. r. XIX, 171.

1773. *Cracovia, sabbato ante Simonis et Iudae app. (26 oct.).* Quietatio Andreae Zbrozek, cubiculario regio, super 5 marc. pecuniarum ad Iacobum Szwider, iudicem et exactorem Siradiensem, ad rationem exactionum in felici coronatione Regiae Mtis decretarum, sibi exigi commissarum. r. XIX, 171.

1774. —— „ —— Rex Petrum Kmytha de Vysznycze, palatinum Cracoviensem, Elisabeth de Dmosczicze, consorti suae, bona regalia seu villas Przeborowye et Lanky districtus Cracoviensis tenutae suae usque ad vitam consortis suae donasse testificatur. JL. XXI, 53.

1775. —— „ —— Rex propter depopulationem bonorum oppidi Opathow, mensae episcopalis Theodorici episcopi Lubucensis, per Tartaros, liberat universos homines et cmethones ab omnibus exactionibus, contributionibus fertonum et 8 grossorum, solutionibus et datiis institutis et instituendis tamdiu, quamdiu praenominatus episcopus census suos de eisdem cmethonibus non perceperit. XXI, 54.

1776. —— „ —— Rex Petrum Kmitha de Vysznycze, palatinum Cracoviensem, Elisabeth de Dmoszczycze, consorti suae, super tota civitate regia Nova Sandecz, villisque ad eam pertinentibus, tenutae suae, 3000 fl. hung. ratione dotis et totidem ratione dotalitii inscripsisse testificatur. JL. XXI, 55.

1777. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai de Kazanow, canonici Leopoliensis, notarii regii, molendinatoris Radomiensis, ipsius et nobb. Stanislai, Andreae et Bartholomaei germanorum nomine, privilegium regis Vladislai de data Budae, ipso die Assumptionis V. M. (15 aug.) anno 1442 super molendinum ipsorum haereditarium in Radom, quod genitor eorum olim Dominicus de Cazanow, capitaneus protunc Radomiensis, apud Stanislaum dictum Baben emerat, ratificat et emptionem praedictam approbat. JL. XXI, 55.

1778. —— „ —— Rex ad petitionem Mathiae Kosczyescha, canonici et altaristae altaris regii in ecclesia cathedrali Ploczensi, privilegium Semoviti, Masoviae ducis, de data in Ploczko, f. 3 infra octavas Ascensionis Christi (20 mai) anno 1393 super censum et dotationem eiusdem altaris datum, approbat. JL. XXI, 122.

1779. —— *sabbato vigilia Simonis et Iudae (26 oct.).* Rex Ioanni et Felici germanis de Oporow oppidum regium Gambicze tenutae ipsorum districtus Gnesnensis Andreae abbati Trzemesnensi obligare admittit. MD. XIX, 170.

1780. —— „ —— Rex Iacobo Obermuth, terrigenae regni, villam regiam Crasne de manibus Janusii Swyrczowski, tenutarii bonorum regalium Ropczycze et curiensis regii, eximere admittit. XXI, 57.

1781. *Buda, 26 octobris.* Vladislaus, Hungariae et Bohemiae rex, propter missionem per Alexandrum Poloniae regem oratorum Erasmi episcopi Plocensis ac Victorini Syenyenskj ad curiam Romanam, eisdem oratoribus litteras passus dat. R. XIX, 175.

1782. *Cracovia, dominica ante Simonis et Iudae app. (27 oct.).* Datus est consensus Gregorio in Crosczynko plebano resignandi suam praefatam capellam hon. Petro de Sandecz, in forma cancellariae solita. r. XIX, 171.

1783. —— „ —— Rex nuntiis et oratoribus Bogdan, woyewoda Moldaviensis, ad regnum in proximo venturis, salvum conductum in 30 equis et totidem personis dat. XXI, 54.

1784. —— „ —— Datus est consensus Janussio Swyrczowski redimendi villam regiam Plonka cum aliis, ad eam pertinentibus, de manibus Iacobi Obermuth citra tamen augmentum summarum etc., in forma cancellariae. r. XXI, 57.

1785. —— *f. 2 Simonis et Iudae (28 oct.).* Datum est vadium 100 marc. inter Andream Sborowsky, tenutarium bonorum regiorum Odalanow, ex una, et Nicolaum Thopolsky, terrigenam regni, parte ex altera, in forma cancellariae solita. r. XIX, 170.

1786. —— „ —— Datus est consensus Felici Gilowski redimendi villas Demno et Ostrowsko de manibus Barbarae Ostrowska, relictae Ioannis Voynowski, citra augmentum summarum etc., in forma cancellariae. r. XXI, 55.

1787. —— *f. 3 in crastino Simonis et Iudae (29 oct.).* Rex Sigismundo, Maioris Glogoviae et in Slesia duci, germano suo ratione debiti 15,000 fl. inscribit 10,000 fl. percipendos de zuppis Wyelicziensibus sive de sale bancato Osswyaczymensi per 1500 fl. singulis annis, incipiendo ab anno proxime futuro ad annum 1510, et 1000 fl. anno 1511, summam vero 5000 fl. in rata ultima de ducatibus Masoviae per alias litteras inscriptam. XXI, 60.

1788. —— „ —— Rex Sigismundo, Maioris Glogoviae, Opaviae et in Slesia duci, germano suo, 2200 fl. in moneta, pro summis 1000 fl. in moneta et 800 in auro, eidem Sigismundo a rege Ioanne Alberto in zuppis Wyelicziensibus donata, super praedictis zuppis inscribit. XXI, 60.

1789. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis Schiling et Catharinae coniugum, civium Posnaniensium, certa privilegia a Casimiro IV rege Cracoviae, dominica Conversionis Pauli (25 ian.) anno 1489 confirmata ratificat. JL. XXI, 64.

1790. *Cracovia, f. 3 post Simonis et Iudae (29 oct.).* Data est quitantia Stanislao Dolusskj, curiensi regio, super 12 fl. pecuniarum ad iudaeos Lublinenses, ad rationem proventuum per eos solvi consuetorum, in forma cancellariae. r. XIX, 171.

1791. —— „ ——. Rex Andreae sartori Elisabeth reginae Poloniae matris mansionem in domo dicta Bvczynskych penes domum Ioannis Gnyady, burgrabii castri Cracoviensis, in castro eodem sita, concedit. MD. XIX, 173.

1792. —— „ —— Rex Sigismundo Maioris Glogoviae, Opaviae et in Slesia duci, 5000 fl. apud Annam matrem, Stanislaum ac Ioannem, filios eius, duces Masoviae, per ipsum Sigismundum recipiendos ad rationem debiti 15000 fl. assignat. XXI, 61.

1793. —— *f. 4 ante OO. SS. (30 oct.).* Rex controversiam inter Stanislaum Maldrzyk de Chodowancze, ex una, et Auctum de Panyewo, tenutarium Zidaczoviensem, ex altera partibus, occasione bonorum regalium Ownya tenutae ipsius Maldrzyk et aliorum bonorum regalium Ownya tenutae praedicti Aucti Andreae archiepiscopo Gnesnensi, Vincentio episcopo Vladislaviensi, Spithkoni de Jaroslaw, Petro Miskowskj de Mirow, palatino Lanciciensi, et Mathiae de Drzewycza, vicecancellario regni, atque Nicolao de Bresznye, tenutario in Laisko, et Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, superarbitro decernendam committit. JL. XXI, 63.

1794. *Vyssna, f. 4 ante OO. SS. (30 oct.).* Stanislaus de Srzensko castellanus, Iacobus de Glinki capitaneus, Lucas de Glinki vexillifer, Nicolaus de Taraskowo succamerarius, Mathias de Grandi iudex, Petrus Czarny de Zalyessye subiudex, Nicolaus de Grampcz notarius, Stanislaus de Glinky vicecapitaneus, Nicolaus de Wyazownycza venator, Albertus de Cocosski, ministerialis Vysnenses decernunt Ioannem Swyelyczky de Vanschosche Barbarae, consorti Ioannis Swythko de Vanschosche, filiae olim Margarethae Coczelowa de eadem Vanschosche, mansum minus duobus morgis in Vanschosche per 4 hebdomadas in possessionem dare sub poena quinquagenali iudicio et pyathnadzesca et dampnum 10 sexag. pro fruitione persolvenda debere. XXI, 132.

1795. *Cracovia, f. 5 vigilia OO. SS. (31 oct.).* Rex Ioannem Zaramba de Calynowa, capitaneum Maioris Poloniae generalem et tenutarium castri et bonorum regalium Grabow, Stanislao Jaroskj, capitaneo Chaczynensi et curiensi regio, 2000 fl. hung. debiti pro festo Michaëlis (29 sep.) proxime venturo pro rege solvere promisisse testificatur. XXI, 61.

1796. —— „ —— Rex Stanislao Jaroskj, capitaneo Chanczynensi, curiensi suo, 1000 marc. debiti, inscriptas per Elisaboth, genitricem regiam, eidem Stanislao in proventibus suis, annis singulis pro festo Nativitatis Christi solvi de zuppis Wyelicziensibus consuetis, assecurat. XXI, 62.

1797. —— „ —— Rex propter fidelia servitia Stanislao Jaroskj (Jaroczkj), capitaneo Chaczynensi et curiensi suo, exspectativam super succamerariatum Cracoviensem, per cessum vel decessum Petri Sydlowyeczkj, moderni eiusdem succamerariatus possessoris, vacaturum, dat. XXI, 62.

1798. —— „ —— Rex Stanislao Jaroskj, capitaneo Chaczynensi, curiensi suo, 2000 fl. hung. in auro, apud eum in mutuum receptos, in censu, regi annuatim pro festo Michaëlis per iudaeos Posnanienses et Gnesnenses solvi solito, ab olim Janussio duce Zeganensi percepto, inscribit. JL. XXI, 62.

1799. —— „ —— Rex Ioannem et Andream, filios olim Sbignei de Tanczyn, succamerarii Cracoviensis, bona haereditaria oppidum Pleszewo, districtus Calissiensis, cum villis, Nicolao, duci Oppaviensi et Rathiboriensi, post Annam, sororem eorum, dicto duci desponsatam, ratione dotis inscripsisse cum abrenuntiatione per eam alias wyrzecze szya de bonis paternalibus et maternalibus, testificatur. XXI, 65.

1800. —— *f. 6 post Simonis et Iudae (1 nov.).* Rex ad vota reginae Elisabeth iudaeae Rasska Moysessowa et pueris eius domum in quacunque platearum intra muros civitatis Cracoviensis emere admittit. XXI, 63.

1801. —— *sabbato in crastino OO. SS. (2 nov.).* Rex Ioanni Jordan mandat, ut Sigismundo, duci in Slesia, 2200 fl. in $^1/_2$ gr. pro quibuscunque quatuor temporibus anni per 550 fl. ad vitam de zuppis et 10,000 fl. debiti per 1500 fl. annuatim, incipiendo ab anno proxime futuro a festo Circumcisionis Domini ac 1000 fl. anno 1511 in sale bancato Osswyaczynensi aut in moneta exsolvat. XXI, 66.

1802. —— *sabbato die animarum (2 nov.).* Data est quitantia Alberto Nagorski, notario regio, super 5 marc. pecuniarum ad Policzkj, exactorem Posnaniensem, ad rationem exactionum antiquarum. r. XIX, 172.

1803. —— *f. 3 post OO. SS. (5 nov.).* Rex pro benemeritis Nicolao de Brzeszye, tenutario Lanskorunae, aeris publici anni praesentis depositario, villam regiam Wroblowycze districtus Przemisliensis iure haereditario donat. JL. XXI, 69.

1804. —— *f. 3 intra octavas OO. SS. (5 nov.).* Rex Simoni Gromek, pellifici de

Cracovia, propter paupertatem eius salvum conductum in regno ad unum annum dat. XXI, 75.

1805. *Cracovia, f. 4 post OO. SS. (6 nov.)*. Rex Ioannem Crzyzanowskj, venatorem Sandomiriensem, ab expeditione bellica propter legationem filii eius Ioannis cum Victorino de Syenno in curiam Romanam liberat tamdiu, donec idem Ioannes de itinere romano redierit. NB. Similis formae et stili litterae ut supra et sub eadem data datae sunt nobb. Raphaëli Gosczyeradowskj, Mathiae Wsdowskj, Iacobo Pnvczkj, Iacobo Dlugoskj. XXI, 69.

1806. —— *f. 4 infra octavam OO. SS. (6 nov.)*. Rex Nicolao et Stanislao germanis de Brzezie, tenutariis bonorum regalium Lanskoruna, villam Trzebunya super fluvium Trzebunka ex utraque fluvii rippa de nova radice locandam admittit, transferendo eam de iure polonico in ius maydemburgense. XXI, 69.

1807. —— „ —— Rex resignationem officii portulanatus in Vyelyczka per Clementem Brandis de Grabyschicze in personam ven. Nicolai Cazanowsky, notarii regii, approbat. XXI, 90.

1808. —— *f. 4 Leonardi (6 nov.)*. Quitantia Ioanni Rapsthynski, marschalco curiae, super 16 ulnas axamenti ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium, data est. r. XIX, 172.

1809. —— „ —— Quitantia Georgio Hubathi ad eundem super 6 bancos salis, ad rationem zupparum Cracoviensium, data est. r. XIX, 172.

1810. —— „ —— Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, data est quitantia super 14 fl. ad pellicium ad rationem monetariae. r. XIX, 172.

1811. —— „ —— Ioanni Jordan, castellano Byecensi et zupparío Cracoviensi, data est quitantia super axamentum pro 32 fl., ad rationem zupparum Cracoviensium 16 ulnas; item ad eundem Jordan data est quitantia super 12 fl. ad pellicium vulpinum Mathiae de Drzewycza, vicecancellario regni Poloniae. r. XIX, 172.

1812. —— „ —— Data est quitantia Alberto Lanczskj, curienai regio, super 30 fl. ad exactorem Posnaniensem Policzky dictum. r. XIX, 172.

1813. —— „ —— Data est quitantia ven. Ioanni Gwyazdowskj, notario Regiae Mtis, super bancos salis 6 ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 172.

1814. —— „ —— Data est quitantia Vlodek, vicecapitaneo Cracoviensi, super 4 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 172.

1815. —— „ —— Rex propter damna, per Tartaros facta, cives et incolas Crassnosthavienses, mercantias quascunque exercentes, a solutione teloneorum, noviter in conventione generali Piotrkoviensi institutorum, liberat. MD. XIX, 172.

1816. —— *f. 4 ante Martini (6 nov.)*. Rex ob merita Ioanni Rapstinsky de Tanczyn, curiae regiae marsalco et capitaneo Sandomiriensi, domum in oppido regio Bandzyn, inter domos Czyepyek ex una et sartoris ex altera parte iacentem, post mortem Ioannis Plasski ad se devolutam, donat. MD. XIX, 172.

1817. —— „ —— Rex in causa inter proconsulem et consules Cracovienses, ab una, et oppidi Miechoviensis ab altera partibus, ratione salis vendendi certam sententiam fert. JL. XXI, 70.

1818. —— „ —— Rex ad dignitarios regni litteras universales mittit, ut civibus et mercatoribus Cracoviensibus, bobus mercantibus et Leopoli Cracoviam euntibus, telonea et pontalia in locis inconsuetis, videlicet: Polanyeczkye, Brzesne per 2, Visliciensi per 12, Trzesnyowskje pontale, Turobskje, Cobyeczkje, Gorzeczkje, quod circa oppidum Ropczycze per 4 denarios, exigere et extorquere non audeant, mandatque, ut qui privilegia seu litteras super pontalia in praedictis locis se habere praetenderint, eas coram rege personaliter comparendo examinandas reponant. XXI, 72.

1819. —— „ —— Rex processum iudiciarium ex parte Ioannis Pyotrowskj, archidiaconi Sandomiriensis, nomine Alberti et Sophiae, puerorum olim Nicolai Turskj, haeredis in Vamborkow, ratione partis villae praefatae Vamborkow contra Nicolaum de Curoswakj, palatinum Lublinensem, et eius consortem Evam, post litteras prohibitionum intentatum, annihilat. XXI, 74.

1820. —— *f. 5 post Leonardi (7 nov.)*. Datum est vadium 300 marc. inter nobb. Stanislaum Chlochel, ex una, et Hieronimum ac Georgium de Pawlowicze, ex altera partibus, in forma cancellariae solita. r. XIX, 173.

1821. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Rapsthynsky, curiae regiae marsalco, super 100 marc. ad Betrandum, notarium terrestrem Plocensem, ad rationem exactionum antiquarum. r. XIX, 173.

1822. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Staschkowsky, canonico Cracoviensi, super 16 ulnas axamenti per sexagenam ulna quaelibet ad Ioannem Jordan ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 173.

1823. *Cracovia, f. 5 ante Martini (7 nov.).* Rex ratione differentiae inter proconsulem et consules Cracovienses, ab una, et nob. Iacobum Bostowsky, ab altera partibus, occasione perlucrorum, per dictum Iacobum contra Georgium Brennar, civem Cracoviensem, in stateram seu libram communem alias vagy in civitate Cracoviensi iure obtentorum, certam sententiam fert. XXI, 94. 125.

1824. —— *f. 6 post OO. SS. (8 nov.).* Rex in civitate Chelm in terris Russiae fora annualia duo unum pro festo Andreae (30 nov.) et aliud pro festo Stanislai in maio (8 mai) instituit. XXI, 72.

1825. —— *f. 6 ante Martini (8 nov.).* Data est quitantia ad I. Pnyowsky, exactorem terrae Sandomiriensis, Nicolao Piothrowsky ad rationem servitii sui super 170 fl. pecuniarum, ad rationem exactionum antiquarum. r. XIX, 173.

1826. —— „ —— Data est quitantia Rey cubicularío super 20 marc. ad Ioannem Byechowsky, exactorem terrae Sandomiriensis. r. XIX, 173.

1827. —— „ —— Rex hebraeo hyspano Isaac, uxorique ac filiis eius, ob eius industriam et experientiam in arte medicinae, Cracoviae vel in quacunque alia civitate regni domus in haereditatem emptionem seu arrendationem, in eademque liberam mansionem concedit cum libertatione ab omnibus exactionibus et contributionibus et ab omni iurisdictione dignitariorum et officialium regni. MD. XIX, 173.

1828. —— „ —— Rex Andreae Vysga, stabulario suo, salarium 2 marcarum, pannum Vratislaviensem, pelliceam agnellinam et expensas annuatim in proventibus regiis procuratoriae magnae Cracoviensis donat, mandatumque de eodem Ioanni Jordan de Zacliczyn, castellano Byeczensi et magno procuratori castri Cracoviensis, mittit. MD. XIX, 174.

1829. —— „ —— Rex Petro de Sydlowyecz, succamerario Cracoviensi et Junivladislaviensi ac Gostinensi capitaneo, pro servitiis praerogativam inscribit, quod molendinum regium aquaticum braseorum, sub castro Gostinensi in piscina situm, de manibus ipsius non redimet, nec alicui redimere consentiet tam diu, donec ipse Petrus idem tenuerit seu de bonorum eorundem tenuta redemptus non fuerit. XXI, 73.

1830. —— „ —— Oppido Crassnyk Ioannis Rapstynskj de Tanczyn, curiae regiae marsalci, Sandomiriensis et Plocensis capitanei, haereditario et omnibus villis ad illud pertinentibus, Regia Mtas ab universis exactionibus, contributionibus civilibus, fertonum et 8 grossorum, teloneis dedit libertatem ab hinc ad 8 annos et praesertim ab exactione czopowe. r. XXI, 75.

1831. —— *sabbato ante Martini (9 nov.).* Rex propter debitum 671½ marc. et 3 gr. certis carnificibus, pistoribus, institoribus et aliis subditis suis, civibus de Cracovia, Cazimiria et Clyeparz pro carnibus, panibus, cervisia, lignis et aliis victualibus, ad coquinam regiam de mandato suo per dispensatorem suum hon. Albertum de Stawysszyn receptis, mandat Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, ut ab eis tantum argenti recipiat ad monetariam, quantum sufficeret pro solutione eiusdem debiti. XIX, 177.

1832. —— „ —— Rex ad petitiones Alberti de Chudzowo, terrigenae et cubicularii sui, donationem haereditatis Mokova, Andreae de Cracovia a duce Dobrinensi Semovito in Dobrzyn, die divisionis apostolorum (15 iul.) anno 1304 datam, confirmat. JL. XXI, 72.

1833. —— *dominica ante Martini (10 nov.).* Rex Thomae de Obidzino, artium magistro et coadiutori cantoris ecclesiae Plocensis, dat licentiam absentiae studii causa in partes Italiae et in Urbem ad biennium vel quamdiu res suae exposcent. MD. XIX, 175.

1834. —— *dominica vigilia Martini (10 nov.).* Rex testificatur se debere Paulo Czarny de Wythouicze, capitaneo Brzestensi, 13837 fl. hung., videlicet ratione solutionis: 3000 fl. Spythkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi; 4000 fl. Ioanni Jordan de Zakliczyn, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi; 700 fl. nobili Melchier (Malchier) pro villis Cobyernicza, Bwyakow et Poramba (Porambka); 1000 fl. pro complenda restauratione castri Osswyaczym, quam ipse Paulus finire debet iuxta formam, sicut castrum illud tempore olim Ioannis Ternka aedificatum erat; hos 8700 fl. Paulo Czarny in castro et oppido Osswyaczimiensi cum oppido Canthi et villis Dwori, Manouicze, Ossyek, Lanki, Byelawi, Lipnyk, Brzescze, Brzezynka, Babicza, cum omnibus utilitatibus, incisionibus roborum et lignorum demissionibus trassthy communiter dictis, et in villis Cobyernicza, Bwyakow et Poramba (Porambka), residuitatem vero debiti, id est summam 5277 fl. pro funeralibus sepulturae Ioannis Alberti regis, pro rebus ad coronationem Alexandri regis emptis, pro solutione stipendiariorum, pro expeditione curiensium et nuntiorum Turcorum et Tartarorum erogatos aliis litteris ei assecurat. XXI, 100.

1835. —— „ —— Rex facta ratione cum Paulo Czarny de Vithouicze, Brzestensi et Osswyaczimiensi capitaneo et tunc zuppario Cracoviensi, super administratione zupparum earundem 13837 fl. ei debitos remanserat, ad rationem cuius summae 8700 fl. in capitaneatu, castro et oppido Osswyaczymensibus, necnon in villis Dwori, Manouicze, Laki, Byelawi, Lipnyk, Brzescze, Brzeszynka, Babycza, Cobyernicza, Bwyakow et Porambka ac in oppido Canthy ei inscripsit, residuam vero summam 5277 fl. pro festo Nativitatis Christi anni 1506 solvere, et in

casu non solutionis in capitaneatibus et civitatibus Brzestensi et Osswyaczimiensi tenutae eiusdem Pauli Czarny inscribere promittit. XXI, 102.

1836. *Cracovia, f. 2 Martini (11 nov.)*. Rex Margarethae ducissae Zathoriensi, 1000 fl. hung., provenientes e summa maiori 3000 fl. hung., per antecessores reges ei ratione mutuati debiti in zuppis Cracoviensibus assignata, de eisdem zuppis per 100 fl. hung. annuatim, solvendos demonstrat. XXI, 75.

1837. —— „ —— Rex propter petitiones Derslai Vilczek de Boczow, succamerarii Leopoliensis, ad reformationem certae summae, quam Ioannes Fredro de Pleschovicze Catharinae, consorti Raphaëlis, filii sui, filiae vero dicti succamerarii Leopoliensis, in bonis regalibus Laschki districtus Premisliensis sine consensu regio fecit, consentit. XXI, 75.

1838. —— *f. 3 in crastino Marci (!Martini) (12 nov.)*. Rex apud Nicolaum de Curosswaki, palatinum Lublinensem, 3000 fl. in ½ gr. in mutuum recipit et insuper debet eidem Nicolao 2000 fl. in ½ gr. de bonis Padew, ad capitaneatum Sandomiriensem pertinentibus, ex certis condicionibus inter ipsum Nicolaum et Stanislaum de Kuroswaki, capitaneum Wyelunensem, eius nepotem, in divisione bonorum post mortem Petri de Kuroszwaki, castellani Sandomiriensis et thesaurarii regni, ad eos devolutorum, factis, quas summas praefato Nicolao in bonis regalibus castro Siracz et Sadek ac villis Brodnya (Brodzyna), aliisque villis, praediis et molendinis, ad castrum et oppidum Siradiense et oppidum Sadek pertinentibus, inscribit. XXI, 26, 87.

1839. —— *f. 3 post Martini (12 nov.)*. Rex litteras suas Iohanni de Lassko super officium cancellariatus in conventione Lublinensi f. 2 post Catharinae (27 nov.) anno 1503 sub sigillo secreto datas in litteras maiori, id est vicecancellarii regni, sigillo sigillatas transfert. MD. XXII, 79.

1840. —— *intra octavam Martini (12—17 nov.)*. Rex propter paupertatem Stanislao Rak seni victum, mendicis zuppae commensalibus dari consuetum, ac pro amictu tunicam panni Wratislaviensis et pelliceam agnellinam cum salario annuo 1 marcae pro quatuor temporibus per 1 fertonem solvendae, deinde cameram et locum convenientem et post quodlibet prandium et quamlibet coenam cervisiae ac candellarum tantum, quantum aliis, in zuppis Vyeliciensibus ad vitam donat. XXI, 79.

1841. —— *f. 3 intra octavam Martini (12 nov.)*. Rex ad petitiones Martini de Radom, praepositi Myechoviensis, donationem telonei in villa Chelm, dicto monasterio a duce Boleslao V Cracoviae, f. 3 post octavas Paschae (13 apr.) anno 1260 factam, confirmat. JL. XXI, 81.

1842. —— *f. 4 post Martini (13 nov.)*. Rex ad supplicationem Nicolai Zathorsky, civis Cracoviensis, certum decretum commissariorum, per regem Ioannem Albertum deputatorum, in causa incolatus lapideae Conradi, ducis Masoviae, dictae Xanzacza, in circulo Cracoviensi sitae, inter Casimirum ducem Theschinensem, ac praefatum Conradum vertente, de data Cracoviae, dominica post octavas Epiphaniarum (16 ian.) anno 1502, confirmat. MD. XIX, 176.

1843. —— „ Regia Mtas mandavit et commisit Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, recipere 120 marc. argenti a fam. Ioanne Hannusch, cirurigo suo, ad monetariam et solvi sibi illud sicut et aliis solvitur eo praetio, et excudi de eodem pecuniam, lucrum vero ex eodem argento proveniens, debet extradi ei ad rationem servitii, in forma cancellariae solita. r. XIX, 178.

1844. —— „ —— Rex ad preces Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis ac campiductoris exercituum regni generalis, in oppido Vyelopole eius et aliorum ipsius germanorum haereditario, in terra Sanocensi sito, forum annuale pro festo S. Trinitatis instituit. XXI, 80.

1845. —— „ —— Rex ad petitionem Ioannis de Lasko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellarii, donationem domus Iacobo Trzesko castellano a rege Casimiro Cracoviae, die Pentecostes (15 mai) anno 1334 factam et venditionem eiusdem domus, per Ioannem Trzeska, haeredem de Vythow, praefato Ioanni de Lasko in castro Cracoviensi f. 4 post Michaëlis (2 oct.) anno 1504 inscriptam, approbat et domum praedictam iurisdictioni tantum regiae submittit. MD. XXI, 84. Eaedem litterae sub data f. 6 post Martini. XIX, 181.

1846. —— *f. 4 infra octavas Martini (13 nov.)*. Rex pro servitiis Stanislao Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castri Cracoviensis burgrabio et succamerario curiae regiae, certam aream sub castro Cracoviensi supra fluvium, dictum Rudawka, inter molendinum capitaneale ex una et domum canalium castri parte ex altera iacentem, perpetuo donat. MD. XIX, 177.

1847. —— *f. 5 post Martini (14 nov.)*. Rex ratione facta cum Ioanne de Lasko, regni cancellario, per medium consiliariorum Andreae, archiepiscopi Gnesnensis, Erasmi Plocensis episcopi, Dobrogostii Ostrorog de Lwovek, castellani Posnaniensis, Mathiae de Drzewycza, vicecancellarii regni, et Nicolai de Brzesye, tenutarii Lanczkoronae et aeris publici depositarii, de exactionibus et contributionibus, publicis et privatis, ac etiam de thesauro regni, ab initio regi-

minis sui usque ad praesentem diem, dictum Ioannem de Lasko de eisdem universis summis tam in moneta, quam in auro quietat. XIX, 175; MD. XXI, 83.

1848. *Cracovia, f. 5 post Martini (14 nov.)*. Rex post rationem cum Ioanne de Lassko, regni cancellario, factam, eidem Ioanni certam summam se debere et soluturum esse fatetur. XIX, 176; MD. XXI, 83.

1849. —— „ —— Rex propter merita Mathiae de Drzewicza, praeposito Skarbimiriensi et regni vicecancellario, censum annuum 13 marc. de macellis pistorum Cracoviensium Ruskoni altaristae in capella Hynczorum, in ecclesia cathedrali Cracoviensi sita, pro 400 fl. hung. per regem Ioannem Albertum venditum vi reemptionis alias nawydercoff, pro certo altari erigendo obligare admittit. JL. XXI, 77.

1850. —— „ —— Rex propter servitia Mathiae de Drzevicza, praeposito Scarbimiriensi et regni vicecancellario, censum annuum 20 fl. in carnificibus Cracoviensibus Stanislao de Pyotrkow, vicesacristiano ecclesiae s. Mariae Cracoviae, pro 300 fl. in auro et 100 fl. in ½ gr. per regem Ioannem Albertum vi reemptionis alias nawyderkow venditum, pro certo altari erigendo obligare admittit. XXI, 77.

1851. —— „ —— Andreas Rosa Gnesnensis archiepiscopus, ad petitiones Ioannis de Lasko, ecclesiae praefatae et regni cancellarii, nomine regis Alexandri, tenorem litterarum binarum unarum super oppidum Walcz de data Posnaniae f. 2 intra octavas Corporis Christi (14 iun.) anno 1406 et alterarum super castrum Drahem de data in Przyszow, f. 2 in crastino OO. SS. (2 nov.) anno 1422 transscribit et transmittit. XXI, 78.

1852. *Posnania, f. 5 in crastino Briccii (14 nov.)*. Andreas de Schamothuli Posnaniensis, Nicolaus Gardzyna de Ludbrancz Calissiensis palatini, Ioannes Jarand de Brudzewo Calissiensis, Petrus de Opalyenycza Landensis castellani, Ioannes Zaramba de Calynowa, capitaneus Maioris Poloniae generalis, iudices et commissarii per regem specialiter deputati, significant, quia Nicolaus Camblan de Scholowo, castellanus Crziuinensis, contra Mathiam Gosthynski, castellanum Srzemensem, qui nobilitatem eius redarguebat, adduxit fidedignos testes, qui recognoverunt: „eundem Nicolaum Camblan de domo et armis eorum fratrem et amicum exstitisse hoc ordine et modo, quia post patrem esset de armis Vschczelycz, qui gerit Schachownycza, post matrem patris sui, avam videlicet suam Czelapala, quae gerit truncum siccum alias cloda szucha cum duobus nodis alias szaki, item post matrem eius propriam esset de armis Nowyna, quae gerit quasi appensum cum cruce alias zawyasza s krzyżem, tandem de armis Corab, quae gerit naviculam instar eius, qua utuntur in mari aut aliis navigationibus, e quibus quidem armis erat mater genitricis suae, ava videlicet ipsius Nicolai Comblan". XXI, 174.

1853. *Cracovia, f. 6 post Martini (15 nov.)*. Rex 785 marc. argenti cum 20 scotis, quas Petrus de Mirow, palatinus Lanciciensis, ab Anna ducissa Masoviae attulit, Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, ad excudendum in monetam dedit, de quo argento et certis vasis deauratis, inter illud argentum exsistentibus, praefatus thesaurarius 614 flor. auri et 854 marc. cum 3 lotis et 3 quintis argenti accepit, de quibus summis rex eum quietat. MD. XIX, 178.

1854. —— „ —— Data est quitantia doctori Adae, physico regio, super 18 ulnas hatlassii boni ad Iacobum de Schydlowyecz, thesaurarium regni, ad rationem monetariae, in forma cancellariae solita. r. XIX, 184.

1855. —— „ —— Notariis cancellariae 20 marc. ad Petrum Glowyensky, exactorem terrae Rawensis, ad rationem exactionum antiquarum, datae sunt. r. XIX, 184.

1856. —— „ —— Stanislao Okun, curiensi regio, super 40 fl. ad rationem servitii sui ad gen. Petrum Glowyenskj, ad rationem exactionum antiquarum, quitantia data est. r. XIX, 184.

1857. —— „ —— Ioanni Gwyassdowskj, notario regio, 20 marc. ad Demetrium, exactorem teloneorum novorum, in forma cancellariae solita, ad rationem eorundem teloneorum, datae sunt. r. XIX, 184.

1858. —— „ —— Nicolao Pyotrowskj, curiensi regio, super 4 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum, in forma cancellariae solita, quitantia data est. r. XIX, 184.

1859. —— „ —— Rex ob praeclaras virtutes et benemerita Simonem Kulhawi de Byczyna, rotmagistrum suum, nobilitat, dans ei vitulum cornutum rubeum in scuto flaveo et campo aureo seu glauco pro clenodio seu armis. MD. XIX, 184.

1860. —— „ —— Rex revisis privilegiis, oppidanis de Brzesnycza a praedecessoribus suis concessis, ratione controversiae eorum cum Adamo Wlodzyslawskj, tenutario bonorum regalium Oczyecz, ob non solutionem telonei decernit, quod praefati incolae, cum quibuscunque mercibus euntes, teloneum excepto Siradiensi teloneo salis solvere non debeant (litterae cassatae). XXI, 77.

1861. —— „ —— Rex facta ratione cum Georgio de Paludia, capitaneo Colensi, pro servitiis ei 1400 fl. in conventione generali proxima ubicunque celebranda solvere promittit. XXI, 79.

1862. *Cracovia, sabbato post Martini (16 nov.).* Rex propter damna, quae incolae oppidi Glowno, Petri, vexilliferi Ravensis, et aliorum fratrum suorum haereditarii, ex incendio perceperunt, ipsis ad preces praedicti Petri libertatem ab omnibus contributionibus et solutionibus ad 10 annos donat. XXI, 79.

1863. —— *sabbato infra octavam Martini (16 nov.).* Rex propter querelam oppidanorum de Brzesnycza super Adam Wlodzyslawski, tenutarium bonorum regalium Oczyecz, ratione perceptionis per eum telonei, revisis privilegiis eorundem oppidanorum, ipsos a solutione dicti telonei in Oczyecz liberat. XXI, 79.

1864. —— *dominica post Martini (17 nov.).* Rex pro meritis Ioannis regni et ecclesiae Gnesnensis cancellarii, et Jaroslai, tribuni Siradiensis, germanorum de Lassko, in oppido eorum Lassko haereditario in terra Siradiensi sito, duplex annuale forum: unum superioribus annis per regem Vladislaum pro festo Francisci (4 oct.) donatum de eodem festo ad festum Michaëlis (29 sep.). anteferendum, aliud vero pro festo Visitationis V. M. (2 iul.) et septimanale iuxta antiquam donationem singulis feriis secundis instituit. MD. XIX, 182; XXI, 85.

1865. —— „ —— Rex ad petitiones consulum suo et totius civitatis Cazimiriensis circa Cracoviam nomine, privilegia super ius maydburgense et certas libertates, a rege Casimiro Sandomiriae, 3 calendas martii (27 feb.). anno 1335 et Cracoviae, f. 3 post octavam Iacobi (6 aug.) anno 1370, a regina Elisabeth, Cracoviae, die Martini (11 nov.) anno 1379 et a rege Vladislao, in Nova Civitate, dominica infra octavas Assumptionis V. M. (18 aug.) anno 1409 concessas, confirmat. JL. XXI, 126.

1866. —— *dominica infra octavam Martini (17 nov.).* Rex Nicolao de Curoszwakj, palatino Lublinensi, 2412½ marc. et 800 fl. hung. debiti regis Casimiri de bonis haereditariis, quae certis creditoribus per olim Petrum de Curoszwaki, castellanum Sandomiriensem et regni thesaurarium, ipsius Nicolai germanum, inscripta erant, exceptis bonis Cosczyelnykj, quae Spithko de Jaroslaw, castellanus Cracoviensis, in 1000 fl. tenet, transfert in bona regalia castrum et civitatem Siracz cum oppido Schadek, promittendo oppidum Sadek cum Brodnya et aliis villis de manibus Petri Miskowski de Mirow, palatini Lanciciensis, cui Schadek cum Brodnya et aliis villis, in certis summis ab Iohanne Alberto rege inscripta erant, ad diem Paschae proxime venturum (23 mar.) eliberare seu eximere. XXI, 80.

1867. —— „ —— Rex propter servitia Casparo Bar, civi et consuli Cracoviensi, et praesertim, quia in domo eius moneta regia cudi et fabricari consuevit, novum privilegium super defluxum aquae ex ipsius piscina in ferali extra et penes muros Cracovienses ex opposito domorum canonicalium sita, per cannale ad piscinas regias, ibidem in ferali sitas, donat. JL. XXI, 87.

1868. —— *f. 2 post Martini (18 nov.).* Rex Martino de Nerumberga, magistro armorum regio, pro 600 fl., ei ratione salariorum annuorum debitis, locum et situm areae in ferali supra ripam fluvii Rudaua penes pontem domus Casper Bar, civis et consulis Cracoviensis, ex una, et eundo versus ferale ad viam, qua itur ad piscinas regias et ex transverso in longitudinem procedendo praedicta via usque ad canale piscinae ipsius Casperbar, per quod exit aqua de piscinis, penes eius cultellificium situm, partibus ex reliquis, donat. JL. XX, 81.

1869. —— *f. 2 in octava Martini (18 nov.).* Petrus Kmitha de Visnycze, palatinus Cracoviensis, Iacobus de Sydlowyecz, et Nicolaus de Brzezie tenutarius, aeris publici depositarii generales, mittunt litteras ad archiepiscopum, episcopos et clerum in synodo provinciali congregatos, ut 1000 fl. hung., pro necessitate regni apud Nicolaum de Curoszwąkj, palatinum Lublinensem, mutuatos, de contributione de statibus spiritualibus in synodo decernenda eidem Nicolao solvant. XXI, 83.

1870. —— „ —— Rex propter litteras ad synodum pro Nicolao de Curoszwakj, palatino Lublinensi, ob debitum 1000 fl. hung. pro necessitate regni per Petrum Kmitha de Visnycze, palatinum Cracoviensem et marsalcum, Iacobum de Sydlowyecz, thesaurarium regni, et Nicolaum de Brzezie, tenutarium in Lanskoruna, aeris publici depositarios, datas, eandem synodum hortatur, ut praefatum debitum eidem Nicolao de contributione de statibus spiritualibus solvatur. XXI, 83.

1871. —— *f. 3 Elisabeth (19 nov.).* Rex propter querelam incolarum ratione exactionis telonei salis in Ostrzeschow per Dobrogostium de Ostrorog, castellanum Posnaniensem et tenutarium eorundem bonorum regalium Ostrzeschow, revisis eorum privilegiis, a solutione dicti telonei praedictos incolas liberat. XXI, 82.

1872. —— *f. 6 in crastino Praesentationis V. M. (22 nov.).* Rex ad petitiones praelatorum et canonicorum, totiusque capituli Ploczensis ecclesiae privilegium Conradi ducis Masoviae et Cracoviae de anno 1227 super villam Gory mensae ipsorum propter sigilli destructionem renovat et confirmat. JL. XXI, 88.

1873. —— *sabbato Clementis (23 nov.).* Datus est iudicatus Busczensis Nicolao Dambsky. r. XXI, 88.

1874. *Cracovia, sabbato Clementis (23 nov.).* Datus est subiudicatus Busczensis Iacobo Belzyczky de Podczapi per promotionem Nicolai Dampsky de Krzyve ad iudicatum vacans. r. XXI, 88.

1875. —— „ —— Datus est notariatus Busczensis Iozeph Zurathynsky de Zurathyn. r. XXI, 88.

1876. *Lublin (!), f. 2 ante Andreae (25 nov.).* Rex a Petro Nyemyglowski, castellano et capitaneo Ravensi, 400 fl. in moneta in mutuum recipit et super capitaneatu, castro et oppido Ravensi, inscribit cum ea moderatione, quod pro 200 fl., (in vim inscriptionis regis Ioannis Alberti) idem Petrus non plus quam 1000 marc. singulis annis regibus Poloniae de eisdem proventibus Ravensibus, defalcaturus erit. XXI, 7.

1877. —— *f. 3 in crastino Catharinae (26 nov.).* Rex ad preces praelatorum et baronum regni pro parte Ioannis de Thanczyn, curiensis regii, factas, censum annuum 15 marc. in bonis eius haereditariis quibuscunque, in quacunque terra ac districtu consistentibus, pro summa certa vi reemptionis alias naviderkow vendere admittit. XXI, 89.

1878. —— „ —— Rex Annam genitricem, Stanislaum et Ioannem, filios eius, duces Masoviae, de summa 10,000 fl. pro rata festi Adalberti proxime praeteriti ad rationem summae capitalis 30,000 fl. pro infeodatione ducatuum Masoviae per manus Petri Miscowski de Mirow, palatini Lanciciensis, recepta, quietat. JL. XXI, 94.

1879. —— „ —— Rex Annam genitricem, Stanislaum et Ioannem filios, duces Masoviae, ad rationem summae capitalis 30,000 fl. pro infeodatione ducatuum Masoviae de summa 5000 fl. hung. pro secunda rata festi Natalis Domini proxime futuri per manus Alberti de Cracovia, canonici Visliciensis, notarii regii, recepta, quietat. JL. XXI, 94.

1880. —— *f. 3 post Catharinae (26 nov.).* Rex significat, quia nobb. Mathusz, Jrzyk et Byenasch, nepotes ex fratre olim Georgii Vyelopolsky, curiensis regii, recognoverint Ioannem Andream de Buczacz, curiensem regium, ipsis pro bonis Sokolow districtus Haliciensis, ad praefatum Georgium pertinentibus, satisfecisse. XXI, 89.

1881. —— „ —— Rex Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, mandat, ut Ioanni Andreae de Buczacz, curiensi regio, possessionem villae Sokolow districtus Haliciensis, apud nobb. Mathusz, Jrzyk et Byenasch, nepotes olim Georgii Vyelyopolsky, curiensis regii, acquisitae det. XXI, 89.

1882. —— *f. 4 post Catharinae (27 nov.).* Rex ad petitionem consiliariorum Ioanni abbati Clarae Tumbae, Petro Salomonis consuli et Nicolao, filio eius, civi Cracoviensibus, ius patronatus regium et conferendi praeposituram Skarbimiriensem per Mathiae de Drzevicza, regni vicecancellarii, cessum vel decessum, pro una vice dat et ad dictam praeposituram Ioannem Salomonis de Cracovia, utriusqne iuris doctorem, canonicum Cracoviensem et ipsius Petri filium, instituit. XXI, 89.

1883. —— *f. 5 post Catharinae (28 nov.).* Rex ad petitionem Erasmi Ciołek, episcopi Ploczensis, testudinem, per duces Masoviae in ecclesia cathedrali Ploczensi Virginis Mariae quondam ad thesauros ducales servandos fundatam, ex opposito sacristiae superioris in dextra parte sitam, pro capitolio erigendo, ei et ecclesiae Ploczensis capitulo donat. XXI, 90.

1884. —— *f. 6 vigilia Andreae (29 nov.).* Rex in causa controversiae inter Ioannem Carssnyczki de Zymnavoda, molendinatorem molendini regii circa valvam Cracoviensem Leopoli siti, et Catharinam, consortem eius, ex una, et Martinum, alium molendinatorem et haeredem tertiae partis molendini regii circa valvam Haliciensem, similiter Leopoli siti, partibus ab altera, occasione molendorum braseorum et tertiae metretae emolimentorum, exinde provenientium, ortae, certam sententiam fert et praedictum molendinum circa valvam Haliciensem eidem Ioanni de manibus dicti Martini redimere consentit. XXI, 86.

1885. —— „ —— Universis villarum Pyathnycza et Boszeyewo in terra Viznensi sitarum incolis tenutae Iacobi de Glynky, capitanei Viznensis, data est libertas ab exactionibus omnibus et singulis regiis et reipublicae anni duntaxat praesentis, propter destructionem segetum in eisdem villis anno praesenti in aestate per grandinis tempestatem factam, ne incolae earundem villarum exinde dispergantur et ad terras Prussiae, quibus ferme ipsae villae conterminant, fugiant, et mandatum est Betrando moderno exactori etc., ita tamen si et inquantum ipse capitaneus census suos ex eisdem incolis non perceperit. r. XXI, 90.

1886. —— *sabbato Andreae (30 nov.).* Rex Iacobo de Glinky, capitaneo Vissnensi, consensum ad reformationem dotis et dotalitii Annae de Lassko, consortis eius, super bonis regalibus capitaneatus Vissnensis dat. XXI, 90.

1887. —— „ —— Rex nob. Ioannem Calus rotmagistrum cum comitiva 200 peditum et 6 equitum in servitium suscipit, cui super quemlibet peditem per 5 fl. et super quemlibet equitem per 10 fl. pro quolibet quartali anni dare pollicetur. XXI, 91.

1888. —— „ —— Simon Culhawi in totidem equis et humanis personis peditibus

susceptus est in servitium, quod ei incipietur a die conscriptionis et durabit ad quartale anni, cui super quemlibet peditem et equitem totidem dabitur, ut suprascriptum est. r. XXI, 91.

1889. *Cracovia, f. 3 ante Barbarae (3 dec.)*. Rex emptionem villae Lubomirka seu Damian districtus Radomiensis a rege Vladislao Damian de Grzyn donatae et per Thomam de Corithnycza a successoribus ipsius Damian Petro et Ioanne de Zathowye annis superioribus emptae, approbat. XXI, 91.

1890. —— „ —— Rex propter virtutem nob. Andreae Nyewyarowsky, consuli Vieliciensi, duo vasa cervisiae Proscheviensis seu Czyeschinensis aut alius cuiuscunque undecunque advectae in domum suam singulis septimanis deponere ac pro usu suo et hospitum suorum eandem cervisiam propinare ad beneplacitum regium admittit. XXI, 91.

1891. —— *f. 5 in crastino Barbarae (5 dec.)*. Datus est succamerariatus Lublinensis Stanislao Cazanowsky, vacans post mortem Ioannis Ossolynsky eiusdem ultimi et immediati possessoris. r. XXI, 91.

1892. —— *f. 5 ante Nicolai (5 dec.)*. Epistola Ioannis de Lassko, regni Poloniae cancellarii, ad nobiles, dignitarios et officiales terrae Ploczensis, qua petit, ut nob. Stanislao Rudowsky, uti suo surrogatori, in iudiciis publicis residere permittant. XXI, 91.

1893. —— *die Iovis ante Nicolai (5 dec.)*. Elisabeth regina Poloniae domum ligneam Radomiae, in platea Castrensi a quodam altarista altaris s. Andreae in ecclesia parrochiali comparatam, fratribus de observantia ordinis minorum monasterii s. Catharinae Radomiensis pro ampliatione cimeterii donat. XXI, 175.

1894. —— *f. 5 vigilia Nicolai (5 dec.)*. Rex donationem duorum operum salicidarum, quae prov. olim Nicolaus (Stanislaus) Vagrzynek de Vyelyczka in montibus zupparum Vyeliciensium pro 60 marc. comparaverat, priori et conventui monasterii Virginis Mariae in Arena, in suburbio Cracoviensi, per dictum Vagrzynek testamentatiter factam, approbat, salvo tamen reemptionis iure ad arbitrium primariorum sectorum salis in Wyeliczka, qui stolnyczy dicuntur. JL. XXI, 93.

1895. *In arce Cracoviensi, 6 decembris*. Rex Erasmum Ciołek, episcopum Ploczensem, Victorinum de Sienno, consiliarios regni, et Nicolaum Czepel de Posnania, praepositum Vratislaviensem et canonicum Cracoviensem, secretarium suum, ad Iulium papam II oratores suos constituit. JL. XXI, 100.

1896. *Cracovia, sabbato vigilia Conceptionis V. M. (7 dec.)*. Rex ad petitiones incolarum oppidi Costen carnium macella in circulo propter ignem de ipso loco circuli in locum seu plateam, quae se inibi a maiori hostio ecclesiae parrochialis ad plateam Glogoviensem protendit ac inter dorsa domorum circuli, ex una, et Andreae Vrban versus ecclesiam praedictam ac Martini Pyątka ad plateam praefatam Glogoviensem haereditates, partibus ab altera, extendit, transferre admittit. XXI, 92.

1897. —— *f. 2 in crastino Conceptionis V. M. (9 dec.)*. Rex propter fidelia servitia nob. Caspar Knvth, curiensis sui, ei 100 fl. hung. in bonis regalibus oppido Amersthyn et villis Valkyemwolth, Domislaw et Anusfelth, in terris Prussiae et districtu Slochoviensi sitis, tenutae ipsius, inscribit. XXI, 95.

1898. —— „ —— Rex oppidanis Vyeliciensibus liberam lignorum propriorum exustionem in duabus patellis et gazis zupparum Vyeliciensium coquendi salis, videlicet in Nagorna et Radzeowska donat. XXI, 95.

1899. —— „ —— Rex in oppido regio Ropczicze forum septimanale liberum singulis secundis feriis instituit. XXI, 95.

1900. —— *f. 2 post Conceptionis V. M. (9 dec.)*. Rex ad petitiones praelatorum, spiritualium et saecularium ac etiam baronum et nobilium totius regni innovat vetus regni statutum, ex monumentis thesauri publici regni sumptum, quod propter defensionem ecclesiarum ac bonorum ecclesiasticorum in principalibus videlicet Gnesnensi, Cracoviensi, Vladislaviensi, Posnaniensi et Plocensi ecclesiis laici non debeant ad dignitates personatus et officia ac canonicatus et praebendas suscipi, tantum indigenae regni Poloniae nobiles ex utroque parente recipiantur, ex plebeis vero ii, qui doctores iuris, theologiae et medicinae sint. XXI, 98.

1901. —— *f. 4 post Conceptionis V. M. (11 dec.)*. Rex in causa controversiae inter Nicolaum de Curozwanki, palatinum Lublinensem, ex una, et Iacobum de Syecluki, castellanum Voyniciensem et burgrabium castri Cracoviensis, partibus ex altera, ortae de libero transitu seu ingressu cum curribus et equis per domos seu curias utriusque eorum, quas vicinatim et contigue in castro Cracoviensi habent, certam sententiam fert. XXI, 99.

1902. —— „ —— Rex ad petita Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, iudaeo Isaac, ipsius archiepiscopi physico, censum annuum 100 fl. hung., de iudaeis Cracoviensibus, provido olim Frederico de Olomwez, cirurgico regio, a rege Ioanne Alberto pro 300 fl. hung. ad vitam venditum, de manibus praedicti Frederici itidem ad vitam in eadem summa eximere admittit. XXI, 95, 116, 121.

1903. *Cracovia, f. 5 post Conceptionis V. Mariae (12 dec.)* Rex causam controversiae inter Nicolaum de Curozwanki, palatinum Lublinensem et tenutarium Schidloviensem, ex una, et Stanislaum Schafranyecz de Pyesskowa Scala, capitaneum Novae Civitatis Corczyn, ex altera partibus, occasione granitierum Novae Civitatis et Schidloviensis districtuum et praesertim iurisdictionis castrensis ortae, ad generalem conventionem proxime futuram suspendit. XXI, 103.

1904. — „ —. Rex Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo, in absentia ipsius vicecapitaneo Cracoviensi, mandat, ut visis perlucris, quae Nicolaus de Curozwanki, palatinus Lublinensis, nomine Evae de Rythwyany, consortis suae, contra olim Dobrochnam de Lanzenicze, palatinam Calissiensem, alias Zarambina, iudicialiter obtinuit, cum iure intromissionis in bona Zoraw et villas, ad illa pertinentes, dotalitii Dobrochnae praedictae, cum Ioannes Zaramba de Calinowa, capitaneus Maioris Poloniae generalis, eiusdem Dobrochnae filius, intromissionem eandem non admittit, ipsum Nicolaum in bona praedicta intromittat. XXI, 104.

1905 — „ — Rex Ioanni Rapsthinski de Tanczyn, marsalco curiae regiae ac Sandomiriensi et Plocensi capitaneo, mandat, ut ob causam Nicolai de Cwrozwanki, palatini Lublinensis, contra Martinum de Skothniki, tunc iudicem Sandomiriensem, nunc vero castellanum Zanichostensem, quod Ioannes Albertus rex palatinum ipsum et Evam consortem ac Petrum Dunyn de Prawkouicze, Bernhardinum de Przeborouicze et Leonardum Borkowski, familiares ipsius palatini, ad instantiam quarumlibet personarum iudicare prohibuerat, nullam executionem ratione perlucrorum, contra inhibitionem regiam obtentorum, faciat usque ad diffinitionem regiam in conventione generali. XXI, 104.

1906. *Circa fluvium Byeprza, circa ostium ipsius, quo intrat in Narew, sabbato in crastino Luciae (14 dec.)* Prandotha de Zelassna, palatinus Ravensis, Andreas de Radzyeyovicze, castellanus Sochaczoviensis, Nicolaus de Barthniki, custos Plocensis, commissarii ex parte Regni, Ioannes dux Glinski marsalcus, Wassil Chresthovicz, venator ducatus Lithuaniae, Vassil Doroskovicz de Sorky, loco domini Alexandri Chothchevicz subdelegatus, commissarii ex parte Lithuaniae, audiunt propositiones partium litigantium Alberti Gastholth et Iacobi capitanei Visnensis quoad limites inter bona Thikoczin Lithuaniae et terram Visnensem Masoviae et differunt partibus iisdem terminum in Lopuchovo ad feriam 2-am proximam ad probandum intentiones earum per privilegia et per testes. Rescriptum ex regestro Nicolai de Barthniki, custodis ecclesiae Plocensis, per me Ioannem Losch, notarium terrestrem Visnensem, extraditum. XXII, 28.

1907. *Cracovia, dominica post Luciae (15 dec.)*. Rex incolas oppidi regii Kczinya terrae Calissiensis tenutae Alberti de Slupi, per ignem damna passos, ad decennium ab omnibus datiis, exactionibus, civilibus, fertonum et 8 grossorum, contributionibus, podvodis et aliis solutionibus, excepta sola exactione czopove, liberat. JL. XXI, 96.

1908. — *f. 2 post Luciae (16 dec.)*. Rex Stanislao Czyelanthko Orzeskouicz et Nicolao Czarny, consulibus Schidloviensibus, salvum conductum hinc usque ad festum Ioannis Baptistae proxime venturum (24 iun.) duraturum dat. XXI, 96.

1909. — „ — Rex ad petitionem Stanislai Czipsar, aurifabri et civis Cracoviensis, certum decretum commissariorum regiorum, in castro Cracoviensi, f. 6 in crastino Petri ad vincula (2 aug.) anno 1504 factum, super horto, inter Kazimiriam et fluvium Visla sito, approbat. JL. XXI, 109.

1910. *Lopuchovo, f. 2 post Luciae (16 dec.)*. Commissarii Poloniae et Lithuaniae causam et negotium limitum inter terram Visnensem et ducatum Lithuaniae, controvertentibus partibus, ad Regiam Mtem pro conventione proxima et pro meliori informatione remittunt. Rescriptum ex regestro Nicolai de Barthniki, ut supra. XXII, 29.

1911. *Cracovia, f. 2 ante Thomae (16 dec.)*. Rex Lucam de Staremyastho, rotmagistrum suum, cum comitiva 100 peditum et 3 equitum in servitium suscipit, cui super peditem per 5 fl. et equitem per 10 fl. pro quolibet quartali anni dare pollicetur. XXI, 104.

1912. — *f. 3 post Luciae (17 dec.)*. Rex ad petitiones Ioannis Bonar et Petri Morstyn, consulum Cracoviensium, tanquam tutorum Stanislai et Georgii, filiorum olim Stanislai Morsthyn, consulis Cracoviensis, cum scientia Ursulae, praedicti Stanislai Morsthyn relictae, venditionem advocatiae Lublinensis, in castro Cracoviensi, sabbato post Iacobi (27 iul.) anno 1504, obligationem consulum Lublinensium super 2400 fl., in curia regia Cracoviensi, f. 4 ante Petri ad vincula (31 iul.) eodem anno, et plenipotentiam consulum Lublinensium, certis personis ad emendam eandem advocatiam datam in Lublin, f. 3 post Aegidii (3 sep.) anno eodem factam, approbat. JM. XXI, 110.

1913. *Lopuchowo, f. 3 post Luciae (17 dec.)*. Depositiones 30 testium per commissarios Poloniae ratione granitierum inter terram Visnensem et ducatum Lithuaniae examinatorum. Rescriptum ex libro terrestri Visnensi. XXII, 29.

1914. *Cracovia, f. 3 ante Thomae (17 dec.)*. Rex litteras ad dignitarios et officiales

regni dat de libertate perpetua oppidi regii Kazymyrz circa Cracoviam ab omnibus teloneis, pontalibus, aggeralibus, navigiis et aliis introitibus per totum regnum propter destructionem in muro et propugnaculis, in maiorique parte desolationem eiusdem oppidi. XXI, 100.

1915. *Cracovia, f. 4 post Luciae (18 dec.).* Rex propter condicionem meliorem faciendam in bonis regalibus Canthy, ad castrum Osswyaczym pertinentibus, cum Baltazar (Melchier) haerede de Cobyernycza pro villis ipsius haereditariis Cobyernicza, Bwyakow et Porąbka villam regalem Ossyek, ad castrum praedictum spectantem, cum additione 700 fl. hung. et cum silva alvina alias olzyna dicta kanczka usque ad limites seu granities Grodzyeczka et Sparowska et torrentem alias potok dictum Czyrnina usque iterum ad granitiem Kaniczuskyey commutat. JL. XXI, 109.

1916. —— *f. 4 ante Thomae (18 dec.).* Rex propter minorennitatem Victorini Goslwbski, haeredis in Semperborg, eum ab expeditione bellica hinc usque ad 2 annorum decursum absolvit. XX, 103.

1917. —— „ —— Rex Felicem Valischewski, terrigenam regni, qui cum Erasmo, episcopo Plocensi, ad papam legato, proficiscitur, ab expeditione bellica tam diu, donec ipse Erasmus de itinere romano redierit, absolvit. XXI, 103.

1918. —— „ —— Rex ad petitiones oppidanorum de Brzessnycza privilegium super libertatem teloneorum, a Casimiro III rege Cracoviae, die Stanislai (8 mai) anno 1344 eisdem oppidanis datum, et a Vladislao II rege in Czchow, die divisionis apostolorum (15 iul.) anno 1397, a Vladislao III rege in Othwan, f. 4 ante Assumptionis V. M. (9 aug.) anno 1441, a Casimiro IV rege in Piotrkow, f. 3 die Matthaei (21 sep.) anno 1456 confirmatum, approbat. JL. XXI, 115

1919. —— *f. 5 ante Thomae (19 dec.).* Rex iudaeo Jossko telonea sua Leopoliense et Belsense ad triennium, incipiendo a festo Purificationis V. M. (2 feb.) anni 1505 pro 500 marc. annuatim arrendat cum condicione, quod soluturus erit annis singulis archiepiscopo Leopoliensi 40 marc., palatino Russiae 100 marc., episcopo Cameneczensi 20 marc., capitulo Leopoliensi cathedrali 50 marc., praeposito hospitalis Leopoliensis 5 marc., mansionariis ad s. Catharinam Leopoli 32 marc. et vicariis Cameneczensis ecclesiae cathedralis 50 marc. census annui, Ioanni quoque Fryez cirurgico ad ipsius vitam 10 marc. de teloneo Leopoliensi, castellano Belsensi 10 sexag., vexillifero Belsensi 6 sexag., plebano Hrodlensi 4 sexag. praebendario Belsensi 6 marc., unum florenum pro pellicea et $1^1/_2$ marc. pro panno, Dobrodwor plebano 4 marc., praeposito in Bwssko 6 marc., plebano in Bwssko unam sexagenam de teloneo Belsensi, residuum vero dictae summae ad thesaurum regium. XXI, 104.

1920. —— „ —— Rex iudaeum Jossko, Lublinensis et Leopoliensis teloneorum factorem, ab omnibus solutionibus annuis more aliorum iudaeorum impedendis ad triennium liberat. XXI, 107.

1921. —— „ —— Rex ad dignitarios et officiales regni dat litteras, quibus iudaeum Jossko, eiusque servitores a iudiciis quibuslibet saecularibus regni propter arrendam per eum teloneorum Leopoliensis et Bussensis ad triennium liberat. JL. XXI, 107.

1922. —— „ —— Rex iudaeo Jossko teloneum triennale in terris Podoliae, Haliciensi, Leopoliensi, Sanocensi, Premisliensi, Belsensi et Chelmensi a die et tempore, quibus illud teloneum Severinus Herborth, canonicus Cameneczensis et notarius regius, exigere incepit, pro 400 marc. ad 3 annos arrendat. XXI, 107.

1923. —— „ —— Rex ad petitiones Pauli Czarny de Wythouicze, capitanei Brzestensis et Osswyaczimiensis, ei certam summam ratione servitiorum suorum in bonis regalibus castro et civitate Brzesthensi ac villis, tenutae suae, Martino Borzymowski, iudici Brzestensi, inscribere admittit. XXI, 108.

1924. —— „ —— Rex ad vota reginae Elisabeth Andreae Vinarski, cubiculario eius, 5 marc., 2 vasa salis rumularii, pelliceam agnellinam et 8 mensuras panni Vralislaviensis, necnon expensas in zuppis Vyeliciensibus annuatim ad vitam donat. XXI, 108.

1925. —— „ —— Rex facta ratione cum iudaeo Jossko teloneatore de teloneis Leopoliensi, Belsensi, a festo Luciae (13 dec.) anni 1501 usque ad festum Luciae anni 1504, praeter quitantiam super 300 marc., quam idem Jossko in ratione non posuit, eum de ipsis teloneis quietabit post expositionem dictae quitantiae. XXI, 119.

1926. —— „ —— Rex ad petitiones consiliariorum et praesertim Andreae, archiepiscopi Gnesnensis, pro Stanislao Zelig, decretorum doctore, canonico Cracoviensi et decano ecclesiae OO. SS. intra muros Cracovienses, porrectas, Mathiae Rospar, praebendario in Melstyn et sculteto in villa Swyeczany, scultetiam ipsius pro officio praedicaturae dictae ecclesiae OO. SS. convertere et incorporare admittit. XXI, 120.

1927. —— „ —— Rex in causa inter Nicolaum Czepel, praepositum Sandomiriensem, archidiaconum Zavichostensem, tanquam possessorem villae Popow, ad archidiaconatum illum pertinentis, ex una, et Victorinum de Syenno, villarum Valouicze et Sczepanow, aliarumque, dictae Popow vicinarum, haeredem, partibus ex altera, occasione iniuriarum et granitierum villa-

rum praedictarum, parte ex utraque orta, terminum ad ipsius Nicolai Czepel de Romana curia reditum et post eius reditum ad medium anni decursum differt. XXI, 120.

1928. *Vanschosche, f. 5 ante Thomae (19 dec.).* Mathias de Grandi iudex, Petrus Czarny de Zalyesye subiudex, Stanislaus de Glinki vicecapitaneus, Lucas de Glinki vexillifer, Nicolaus de Taraskow, succamerarius Vysnenses, in causa inter nob. Raphaëlem, filium olim Pauli de Loduigowa, ex una, et nob. Dorotheam, filiam olim Mathiae de Loduigovo, parte ab altera, ratione invasionis („superequitando alias vyachalesch") cum curribus et equis in haereditatem ipsius Loduigowo et ratione occupationis per eam violenter bonorum Loduigowo post ipsius avum Mathiam Czarnowski et post ipsius patruos germanos Joseph, Ioannem, filios olim Mathiae, sententiam ferunt. XXI, 133.

1929. *Cracovia, f. 6 vigilia Thomae (20 dec.).* Rex ad petitiones Erasmi, episcopi Plocensis, litteras Vladislai Cracoviae, f. 2 post conductum Paschae (4 apr.) anno 1440 et Casimiri regum Cracoviae, f. 2 post Conceptionis V. M. (11 dec.) anno 1458 datas super liberum aquae fluxum de fluvio Prandnik per canalia duo ad piscinas in horto exsistentes, confirmat ac tertium canale pro tertio influxu aquae de eodem fluvio ad piscinas praedictas ducere admittit. JL. XXI, 106.

1930. —— „ —— Rex Ioanni Jaranth de Brudzewo, castellano Calissiensi et tenutario oppidi regii Wartha, villam regalem Glynno, ad oppidum dictum spectantem, de manibus Bartholomaei Barthoschowski redimere admittit. JL. XXI, 106.

1931. —— *sabbato Thomae (21 dec.).* Rex consulibus Proscheviensibus diebus fororum a pecore per 6 obolos, a pecude per 3, a curru frumenti per unum grossum exigere admittit, viso privilegio regis Casimiri super foralia in oppido Proscheuicze et super exactione telonei ad supplendas 12 marcas pro mensa regia solvendas a pecore per 3 obolos, a pecude per 2 et a curru frumenti per 4 obolos dato. XXI, 108.

1932. —— „ —— Rex Stanislao Plochoczki, terrigenae ducum Masoviae, salvum conductum in terris Masoviae ad unum annum dat. XXI, 108.

1933. —— „ —— Rex facta ratione cum Martino Skothnyczki de Bogoria, castellano Zauichostensi, de exactione civili anni 1490 oppidorum Pyandzyczow, Paczanow, Przeczlaw, de exactione vero czopowe annorum 1490 et 1491 de oppidis Pokrzyunycza, Ossyek, Polanyecz, Paczanow, Busko, Stobnycza, Pandzyczow, Vissiicza, Opathouyecz, Nouemyasto, Myelecz, Zochow, Przeczlaw, eum de eisdem exactionibus quietat. XXI, 120.

1934. —— „ —— Rex facta ratione cum Ioanne Bochotniczki de Olessnicza de exactionibus civilibus, czopowe, personalium et villarum anni 1498, eum de praefatis exactionibus quietat. JL. XXI, 123.

1935. —— *dominica in crastino Thomae (22 dec.).* Rex Nicolao de Curoswankj, palatino Lublinensi et capitaneo, in absentia vicecapitaneo seu iudici castri Siradiensis mandat, ut recipiat in terminis eisdem castrensibus, post Circumcisionis Domini celebrandis, a testibus testimonia in causa inter Andream et Dobeslaum germanos de Kyethlyn, ex una, et oppidanos oppidi regii Radomskye, partibus ex altera, occasione villae desertae Sannykj, inter oppidum Radomskye et villam Kyethlyn sitae. JL. XXI, 151.

1936. — *f. 2 post Thomae (23 dec.).* Rex e litteris Petri de Wisnicze, palatini Cracoviensis, regni marsalci, Sandeczensis et Scepusiensis capitanei, aeris publici depositarii, accipit, quod Nicolaus Firley de Dambrouicza, capitaneus Lublinensis, protunc exactor Lublinensis, de exactionibus civilibus et fertonum terrae Lublinensis anni 1503 satisfecit, de quibus rex ipsum Nicolaum quietat. JL. XXI, 119.

1937. —— *f. 2 ante Nativitatis Domini (23 dec.).* Rex ad petitionem Nicolai Jordan de Zakliczin donationem villae Lanthownycze, a rege Casimiro Virzbienthae de Maleszow in Zarnoviecz, f. 5 post octavam Assumptionis V. M. (28 aug.) anno 1365 concessam, et donationem 10 mansorum super locandam villam Raba, a Nicolao haerede de Nyeviarow Andreae et Petro, filiis Jacussii, cmethonis de Olszowka, in Nyewyarow, f. 3 post Assumptionis V. M. (16 aug.) anno 1446 factam, approbat. JL. XXI, 117.

1938. —— *f. 3 vigilia Nativitatis Christi (24 dec.).* Rex Ioanni, filio Gotardi de Nywysska, iudicis Lywensis, propter quasdam vitae eius insecuritates salvum conductum, tam in iure, quam extra, ubique in regno ac in terris Masoviae ad unum annum dat. JL. XXI, 119.

1939. —— „ —— Rex ad commutationem villarum Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, haeredis de Borzyschouicze, haereditariarum, videlicet, Slaboszow, Nyeskow, Dzyuduschicze, in districtu Xyasch, ac Moskow, in terra Cracoviensi, pro villis, ad abbatem Andrzeoviensem Iacobum et conventum eius pertinentibus, videlicet: Blonye, Lukowyecz districtus Sandomiriensis, ac Chyncza, Boruchna, Skowrodlno districtus Visliciensis, consentit, transferendo villas archiepiscopo cessas in ius terrestre saeculare, et villas abbati datas in ius ecclesiasticum. XXI, 121.

1940. *Cracovia, sabbato Innocentum (28 dec.).* Rex Adam de Cwrozwanki, Nicolai palatini Lublinensis, filio, cum personis 12 salvum conductum in regno ad 3 septimanas dat. XXI, 120.

1941..... Summaria informatio inscriptionum illustrissimo domino duci Sigismundo datarum, quae in regestro cancellariae regni continentur: in Kazimirza tria millia, quae dominus dux exemendo domino palatino ..... soluit, quinque vero sunt per Mtem Fraternam asscripta utrinque; in Olsztyn quatnor millia dominus dux in auro dominae Ternkowa soluit exemendo et Mtas Fraterna tria millia in moneta asscripsit; in Byecz octo millia inscripta forsan in moneta ..... unum mille dominus dux in auro domino Syekliczky dedit exemendo, reliqua Fraterna Mtas in moneta asscripsit ante forsan etiam in auro; ..... octo millium debitum praeter suprascripta domino duci inscriptum in verbo. n. XXI, 1.

1942..... Rex testificatur Nicolaum, palatinum Lublinensem et capitaneum Siradiensem, et Stanislaum, capitaneum Wyelunensem, tenutarinmque Crepiczensem, eius nepotem, filiumque olim Dobeslai, palatini Sandomiriensis, de Curoszwąki, divisionem bonorum, ad eos post mortem Petri de eadem Curowszą̨ki, castellani Sandomiriensis, thesaurariique regni et capitanei Cracoviensis, ac Creslai, episcopi Vladislaviensis et cancellarii regni, germanorum, devolutorum, per electos ab eis superarbitros Andream, archiepiscopum Gnesnensem, Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem, et Ioannem de Lasko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellarium, et arbitros Erasmum episcopum Plocensem, Petrum Myskowski de Mirow, palatinum Lanciciensem, Nicolaum de Camyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Cracoviensem, Iacobum Lubomyrski, iudicem castri Cracoviensis, iudicatam, talem fecisse: Nicolaus recipit villas et praedia Coszyelnyki, Stanislawycze, Volicza, Gorka et sortem in Radzovycze, item Siraslowycze, Smilowycze et Maczyeyowycze, item Zakrzow penes Skarbimiriam cum villis Syethviow, Malochow, Cosski, Bolow, Bolowycze, Cropydlo, item castrum et oppidum Curoswaki cum villis et praediis Cothuszow, Corythnycza, Jablonycza, Syedlecz, Zaleszye, Korzyn, Pangowyecz, Lipini, Ponyk, Czyrnycza, in terra Sandomiriensi, item medietatem oppidi regii Sydlow cum villis Ossowka, Ruthki, cum censu, qui olim Petro dabatur ex oppido Pyrzchnycza, Pothok et Brzezyny, ad oppidum illud pertinentes, ex eadem terra Sandomiriensi, item medietatem oppidi Pyotrkow cum medietatibus villarum Magnae Villae, item villae Lubyen, item villae Brzesczye terrae Siradiensis, alias summas, in eisdem oppidis et villis et in villa Cadzycze inscriptas, item molendinum Pyotrkoviae aquaticum, item medietatem summarum de bonis regiis Padew in bona Sydlow tenutae per regem translatarum, Stanislaus autem — villam Mydlynki terrae Cracoviensis, villas cum praediis Sanyecz, advocatiam in Sarpkow, Vnikow, Milyny, Skorzow, Skarbyslawycze, Slawkowycze, Kozyna, Zbrodzycze, Mikulowycze, Conalye, Zakrzow, Blothny Maiorem, Mlodzevi et Skrzypyow, ad eandem Mlodzevi et ad Zakrzow ex antiquo pertinentes, item Michalow cum duobus molendinis et cum villis Zagaiow, Bralyczyn ac cum altera Skrzypow, ex antiquo ad Michalow spectante, item Baranow, Golegowola, Skopanye, Workow, medietatem Dimitrow, medietatem Dimitrowska Vola et Przewosz, cum medietate summarum, per eos ei de bonis dictis Padew in bona altera regia Krzepycze, tenutae suae, translatarum, in terra Sandomiriensi, et cum molendino supradicto Pyotrkoviensi, quamdiu illud ab ipso Nicolaus praedictus non redimet, et insuper idem Stanislaus nepos dicto Nicolao, patruo suo, 80 marc. mutui debiti ad festum Ioannis Baptistae (24 iun.) proxime venturum persolvet. XXI, 43.

1943..... Rex sententiam per commissarios suos Ioannem Konarski, episcopum Cracoviensem, Nicolaum de Camyenyecz, Sandomiriensem et capitaneum generalem Cracoviensem, Stanislaum de Mlodzeyow, Radomicensem castellanos, Iacobum de Sydlowycz thesaurarium et Mathiam de Drzewycza vicecancellarium regni, et per iudicium regale Cracoviae f. 4 ante Michaëlis (25 sep.) latam in causa inter Petrum Miskowski de Mirow, palatinum Lanciciensem, et Agnetem tenutricem oppidi Wadowycze districtus Zathoriensis, relictam Ioannis Kobyerzyczkj, ratione occupationis violentae per eam praefati oppidi, super regem Ioannem Albertum iure feodali post mortem Wlothkonis ducis Zathoriensis, hominis sterilis, devoluti, et a rege ipsi Petro Miskowski haereditarie donati, quoad 2000 fl. perlucrorum eidem Petro adiudicatorum et quoad mandatum capitaneo Cracoviensi datum de intromissione dicti Petri in possessionem oppidi Wadowycze, ad notitiam quibus interest deducit. XXI, 58.

1944..... Regia Mtas in causa inter Petrum Rabski (Wrapsky) et nobilem Czernya (Cernyn) ambabus partibus a discordiis cum honore dimittere mandat. r. XXI, 74.

1505.

1945. *Cracovia, f. 4 Circumcisionis Domini (1 ian.).* Rex Barbarae Laudamussowa, civi Cracoviensi, salvumconductum ad unum annum dat, mandatque dignitariis et officialibus, ut ipsam ad instantiam cuiusvis pro quibuscunque debitis non iudicent. XXI, 121.

1946. —— *f. 5 in crastino Circumcisionis Domini (2 ian.).* Rex Ioannem Vlodek de Sczyborouicze vicecapitaneum, Iacobum Lubomierski, iudicem castri Cracoviensis, et Nicolaum Strzala de Sosnouicze, terrigenam regni, pro tutamento castri Cracoviensis necessarios, ab expeditione bellica ad unum annum liberat. XXI, 123.

1947. —— „ —— Rex cum Ioanne Czyeruczicki de Caczowa et in Nouemyasto, terrigena regni Bohemiae, facit condictamen pro sale de zuppis Cracoviensibus, in terras Bohemiae inferendo per vectores oppidi et depositorii sui Nouemyasto alias Hradziecze in bancis Osswyaczimiensibus et inscribit eidem Ioanni propter depositorium salis in oppido eius Nowemyasto sal bancorum Osswyaczimiensium in valore 100 fl. annuatim absque ulla solutione tam diu, quam vectores aut sui, aut alii Bohemi cum testimonio depositorii illius de Nouemyasto sal praedictum ement. XXI, 124.

1948. *Leopolis, in hospitio Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis, f. 5 in crastino Circumcisionis Domini (2 ian.).* Paulus Cola de Dalyeyow, palatinus Podoliae, Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis, necnon capitaneus Cracoviensis et campiductor regni Poloniae supremus, Ioannes de Syenno, castellanus Malogostensis, Derslaus de Boczow succamerarius, Felix de Balvezin, iudex Leopolienses, Nicolaus Lanczkoronski de Brzezye arbitri, certam concordiam inter Auctum de Panyewo et fratres ipsius germanos indivisos, capitaneos Zidaczovienses et Strigenses, ex una, et Stanislaum Maldrzyk de Chodwanicze, tribunum Leopoliensem, partibus ex altera, occasione usus quarundem silvarum, inter villam Ownya et Bylyecz districtus Drohobiczensis, tenutae et possessionis praedicti Maldrzyk, faciunt XXI, 210.

1949. *Cracovia, f. 5 post Circumcisionis Domini (2 ian.).* Rex famoso Zachariae Vogel, indigenae Cracoviae, dat testimonium, quia ipse ab ineunte aetate sua tam regi, quam aliis regnicolis fideliter servivit et inter militares homines et in praeliis et extra vitam agens propter fidei integritatem et constantiam atque corporis sui industriam, quam in curia regia non solum digladiando, verum etiam allis militiam decernentibus actibus et armis dimicando, satis egregie comprobavit. XXI, 123.

1950. —— *f. 6 post Circumcisionis Domini (3 ian.).* Rex Stanislao Hynek de Vayenye, curiensi suo, 2640 fl., id est: 1453 fl. pro prima vice servitii lithuanici, 1100 fl. ei et comitivae eius pro altera vice eiusdem servitii et pro servitio in regno 287 fl. debet, medietatem cuius totius summae pro festo Nativitatis Christi anni 1505, reliquam pro altero festo eiusdem Nativitatis solvere promittit. XXI, 124.

1951. —— *dominica in profesto Epiphaniae (5 ian.).* Rex incolis oppidi Belz, per Tartaros depopulati, exactionem czopowe ad 2 annos dimittit. XXI, 124.

1952. —— *in vigilia Epiphaniarum (5 ian.).* Rex propter destructionem oppidi Belzensis per Tartaros ab expeditione currus bellici ad 4 annos incolas eius liberat. XXI, 125.

1953. —— *f. 5 post Epiphaniarum (9 ian.).* Rex Valentino Veydenth, civi Cassoviensi, et nob. olim Erasmi Krandler, curiensis regii, genero, bona et res, post mortem dicti Erasmi iure propinquitatis coniugis suae ad ipsam devolutas, in regiisque manibus consistentes, pro debitis eiusdem Erasmi percipere admittit. XXI, 113.

1954. —— „ —— Rex in causa inter Ioannem Bonar, Fredericum Schylyak, Casparum Bar, magistrum monetariae regiae, Erasmum Crupek, Clausz Stal, Nicolaum Salomonem et Andream Fogelveder, cives Cracovienses, tanquam creditores, ex una, et Valentinum Veydenth de Caschowia, tanquam generum et successorem nob. Erasmi Creydlar, curiensis et factoris camerae regiae Lithuaniae, partibus ex altera, occasione certorum bonorum mobilium, per mortem eiusdem Erasmi in camera et in manibus regiis derelictorum, orta, decernit, quod praefatus Valentinus debita soceri sui eisdem creditoribus dissolvat, ac mandat duci Michaeli, marschalco curiae Lithuaniae, ut eas omnes res ipsi Valentino extradat. XXI, 114.

1955. —— „ —— Donatio subiudicatus terrae Sandomiriensis Stanislao de Kazanow, succamerario Lublinensi, per promotionem Nicolai Sworakj de Bedlno ad iudicatum eiusdem terrae vacantis. r. XXI, 125.

1956. —— *f. 5 intra octavas Epiphaniarum (9 ian.).* Rex dato consensu Ioanni Vyelopolski, burgrabio castri Cracoviensis, ad resignandum burgrabiatum suum Nicolao Phili-

powski, ad vota reginae Elisabeth eundem Ioannem ab expeditione bellica, ad quam etiam idem Nicolaus non est obligatus, ad vitam liberat. XXI, 129.

1957. *Cracovia, f. 5 intra octavas Epiphaniarum (9 ian.).* Datus est tribunatus Gostinensis per obitum Sassini Trampskj vacans Stanislao Mylanowskj, thesaurario curiae. r. XXI, 130.

1958. —— *f. 6 post Epiphaniarum (10 ian.).* Rex ad dignitarios et officiales et praesertim ad teloneorum pontalium et aggeralium factores litteras dat, ut quemlibet nuntium hon. Josephi Zelenczki, notarii regii in Kamyenyecz, cum regiis et ipsius litteris de Kamyenyecz pro comparandis rebus ad restaurandum castrum et civitatem Cameneczensem necessariis euntem et cum eisdem rebus redeuntem a solutione telonei et arresto ire permittant. XXI, 125, 137.

1959. —— „ —— Rex pro servitiis Petri Salomonis, consulis Cracoviensis, censum annuum 3 marc. de duobus hortis cum medio ipsius Salomonis haereditariis, in Nigra Villa sitis, quorum unum Stanislaus Myeczynecz et alterum cum medio Nicolaus Swirczek hortulani possident, pro capella 4 auxiliatorum domini in capella s. Alexii in ecclesia Virginis Mariae in circulo Cracoviensi sub campanili donare, ecclesiasticaeque libertati incorporare admittit. XXI, 135.

1960. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis Jordan de Zaclyczyn, castellani Byeczensis et zupparii Cracoviensis, ei bona regalia villas Dambno et Ostrowky de manibus Ioannis Ilowsky redimere consentit. XXI, 137.

1961. —— „ —— Rex Andreae Sandek de Thymaskovicze, vicecapitaneo Brzestensi, dat consensum exercendi officium capitaneatus Brzestensis pro Paulo Czarny de Vythovicze, capitaneo Brzestensi, qui possidendo alia bona in terris Cracoviensi et Osswyaczymensi, ubi etiam similia officia exercet, iudiciis, actionibus et aliis causis, suo officio incumbentibus, personaliter interesse non potest. XXI, 136.

1962. —— *f. 6 intra octavas Epiphaniarum (10 ian.).* Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, castellano Byecensi et capitaneo tenutarioque Osswyaczimiensi, moderno zuppario Cracoviensi, 3500 fl. hung. in auro et 2298 fl. hung. in $^1/_2$ gr., in bonis Osswyaczym inscriptos, super zuppis Vyeliciensibus et Bochnensibus, casu vero non perceptionis summarum praedictarum de eisdem zuppis, eas super cisticula zupparum, quam in praesentiarum Ioannes Bonar, consul Cracoviensis, possidet, inscribit. XXI, 128.

1963. —— „ —— Rex Adae de Curozwanky, Nicolai palatini Lublinensis filio, salvum conductum et perfectam securitatem in 12 equis cum 12 personis ad conventionem generalem in Radom vel ubicunque in regno proxime futuram usque ad finem conventionis eiusdem propter iustitiam veniendi dat. XXI, 137.

1964. —— *sabbato intra octavas Epiphaniarum (11 ian.).* Rex ad petitiones Ioannis de Osswyanczym, sacrae theologiae professoris, canonici Cracoviensis, plebanique in Proschevicze et praepositi capellae regiae, donationem testamentariam Ioannis Powrosnyk et Margarethae coniugum, oppidanorum de Proschevicze, qua domum suam in acie inter domum Panewnyk ex una et plateam, qua itur circa ecclesiam, partibus ex altera, fraternitati s. Mariae, quae inibi fraternitas litteratorum nuncupatur, legaverunt, a rege Ioanne Alberto approbatam, confirmat. JL. XXI, 134.

1965. *Nova Civitas Corczyn, f. 2 octava Epiphaniarum (13 ian.).* Rex propter querelam consulum Visliciensium, occasione exactionis teloneorum ab iisdem oppidanis, boves per bona terrigenarum pellentibus, ad locorum capitaneos litteras dat, ut quemlibet terrigenarum, quem praedicti oppidani pro iniusta exactione detulerint, ad se advocent ad reproducendas coram se litteras super exactione talium teloneorum. XXI, 128.

1966. —— „ —— Rex pro servitiis Andreae Milanowski, curiensis regii, ei domum cum area et omnibus aliis bonis mobilibus et immobilibus in oppido regio Rawa, post mortem Nicolai pileatoris alias czapnyk lege caduca ad se devolutam, perpetuo donat. JL. XXI, 134.

1967. —— „ —— Rex pro servitiis et ad petitiones Ioannis Jordan, castellani Byeczensis et zupparii Cracoviensis, ei bona regalia: oppidum Novitarg cum villis Safflary, Vexmvnth, Dlugopolye, Mschana, Kassyna, Podobyn, Olssowka, Poramba, Myedzvyecz, Klukossowa et omnibus aliis, ad dictum oppidum pertinentibus, de manibus nobb. Ioannis-Marci, Ioannis-Nicolai et Andreae Ratholthowye et Beatae, ipsorum sororis, de Skrzydlna, coniugis Ioannis Pyenyasek, redimere admittit. XXI, 138.

1968. —— „ —— Rex ad petitiones oppidanorum Polaneczensium omnia eorum privilegia, per reges praedecessores et praesertim Antiquum Casimirum, Ludovicum alias Loysz, Vladislaum, Ladislaum et Casimirum, patrem suum, concessa, confirmat. JL XXI, 133.

1969. —— „ —— Rex ad petitionem Iacobi molendinatoris molendini aquatici in Nova Civitate Corczyn sub castro seu ex opposito castri in fluvio Nyda, propter translationem eiusdem molendini, in fluvio Nyda retro monasterium conventus fratrum s. Francisci, prout privilegium regis Vladislai exhibet, situati, e loco eodem sub castro, novum privilegium dat cum donatione prati inter prata villae Corczyn, horti inter fluvium Nyda et praedictum pratum, obstacu-

li alias yasz pro piscibus in eodem fluvio circa illum hortum, sarrae in ipso molendino et pannilotorii alias folvsch. XXI, 139.

1970. *Lublin, f. 2 Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* Rex ad petitiones Laurentii, Januasii, Andreae, Stanislai, Bernardi et aliorum cohaeredum de Lazy decretum certorum commissariorum de data: f. 3 ante Purificationis V. M. (30 ian.) anno 1504 occasione mellificiorum inter bona regalia oppidum Lukow et campum Kraznycza, ex una, et praefatam villam Lazy, partibus ex altera, latum, approbat. XXI, 149.

1971. —— „ —— Rex ad petitionem nob. Andreae de Schadurki, consulis Lublinensis, et advocati in villa Vrothkow, privilegium regis Vladislai III de data Sandomiriae, f. 4 post Oculi (11 mar.) anno 1439, super advocatiam seu scultetiam in villa Vrodkow, Andreae de Kyky pro servitiis concessam, confirmat. JL. XXI, 130.

1972. —— „ —— Rex Georgio Krupsky de Orchow, Belsensi et Chelmensi capitaneo, teloneum Chelmense pro reaedificatione fortalitiorum castri Chelmensis a festo Purificationis V. M. (2 feb.) proxime venturo ad annum cum pertransitibus alias przemythne donat. XXI, 131, 216.

1973. —— „ —— Rex ad petitionem Andreae de Schadurky, consulis Lublinensis, et molendinatoris in villa Chlopye molendini, in fluvio Bistrzicza siti, donationem tertiae metretae seu mensurae de eodem molendino, a Vladislao rege Ioanni, filio Michaëlis de Dzyerzkovicze, in Sczekarzow, dominica ante Margarethae (12 iul.) anno 1405 concessam, et litteras Stanislai de Poddambicze, capitanei terrae Lublinensis, de data in Lublin, dominica infra octavas Corporis Christi (29 mai) anno 1418 super idem molendinum cum laneo, prato et mellificio donatis approbat. XXI, 131.

1974. —— *f. 5 ante Conversionis Pauli (23 ian.).* Rex Petro de Vroczimovicze, dapifero Cracoviensi, haeredi de Chordzyeza, Ioannis de praedicta Vroczimovicze fratri germano, villam eius haereditariam Chordzyeza districtus Lublinensis de bonis mensae regalis iure feodali donatam, Iacobo haeredi de Scromovicze, terrigenae Lublinensi, in $262^1/_2$ marc. obligare admittit. XXI, 133.

1975. —— „ —— Rex propter fidelia servitia Nicolai Firley de Dambrovicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, ius patronatus super duas mansionarias capellae S. Trinitatis in castro Lublinensi, per cessum vel decessum mansionariorum vacaturas, pro una vice ei donat. JL. XXI, 134.

1976. —— *f. 6 post Agnetis (24 ian.).* Georgius Krupsky de Orchow, Chelmensis et Belsensis capitaneus, teloneum Chelmense capitale iudaeo Josko de Lublin, teloneatori Leopoliensi et Belsensi, ad annum a festo Purificationis V. M. (2 feb.) pro 110 marc. et pro athlasio bino, 4 libris piperis, 2 libris croci se arrendasse testificatur cum condicione, quod omnes spirituales aut ecclesiasticos proventus ipse Josko solvet. XXI, 131.

1977. —— „ —— Rex ad petitionem Georgii Crupsky, Chelmensis et Belsensis capitanei, arrendationem telonei Chelmensis, iudaeo Josko de Lublin, teloneatori Leopoliensi et Belsensi, in Lublin f. 6 post Agnetis anno 1505 ad annum ab eo datam, approbat. XXI, 131.

1978. —— „ —— R. post rationem cum iudaeo Jossko de perceptis teloneis Leopoliensi, Lublinensi, Chelmensi, Belsensi et Rubyeschoviensi factam, ei 504 marc. debet, quas super teloneis Leopoliensi et Belsensi inscribit. XXI, 135.

1979. —— *f. 6 vigilia Conversionis Pauli (24 ian.).* Rex ad petitionem Barbarae, consortis Ioannis Swythko, oppidani de Vanschosche, certam sententiam pro parte eiusdem Barbarae contra prov. Ioannem Swyelyczki, incolam Vanschoschensem, occasione certorum bonorum immobilium in terminis generalibus Visnensibus f. 4 ante OO. SS. (30 oct.) anno 1504 latam, approbat. XXI, 132.

1980. —— „ —— Rex ad petitionem Dorotheae, filiae olim Mathiae de Loduigowo, certam sententiam in causa inter ipsam et Raphaëlem filium olim Pauli de Loduigowa, occasione bonorum in iudicio terrestri Visnensi in Vanschosche, f. 5 ante Thomae (19 dec.) anno 1504 latam, approbat. XXI, 133.

1981. —— *sabbato Conversionis Pauli (25 an.).* Rex iudaeo Szabdey (Sabdey) libertatem mercandi tam in Lublin, quam ubique in regno, cum censu annuo regi solvendo non plus quam 20 fl. in auro pro festo Nativitatis Christi ad vitam concedit. XXI, 135.

1982. *In castro Siradiensi, f. 2 post Conversionis Pauli (27 ian.).* Nicolaus de Curozwanki, palatinus Lublinensis, Siradiensis et Schidloviensis capitaneus, una cum Ioanne Psarski, iudice castrensi Siradiensi, in causa Andreae et Dobeslai de Kyethlyn, fratrum germanorum, ab una, et oppidanorum de Radomskye, ab altera partibus, occasione villae desertae Sannykj, eisdem oppidanis violenter ademptae, ex probatione 6 testium praedictis fratribus dictam villam Sannykj adiudicat. XX, 151.

1983. *Brzesczye Lithuaniae, sabbato vigilia Purificationis V. M. (1 feb.).* Rex pro servitiis fidelibus nob. Mathiae Czymerman, burgrabii et consulis Gdanensis, ei liberam venationem

ferarum in insula Neringa ad vitam eius donat cum condicione, quod praedictus Mathias paulisper a venatione abstineat, donec rex venationem fecerit aut pro se facere mandaverit. XXI, 135.

1984. *Brzesczye Lithuaniae, sabbato Apolloniae (8 feb.).* Rex pro fidelibus servitiis nob. Ioannis Guth, advocati Marienburgensis, ei et eius masculis successoribus 8 mansos agri regios desertos, nuncupatos Gorkj, sitis in terra Marienburgensi in Magna Insula Szolawa, ad castrum Marienburgense pertinente, cum rivis et praesertim cum fluvio Swyatha iure feodali donat, deficiente tamen prole masculina rex filiae seu filiabus 300 fl. hung. pro dictis mansis solvet, et insuper admittit inscribere in praefatis mansis reformationem dotis coniugis dicti Guth ad vitam. JL. XXI, 136.

1985. —— „ —— Rex nob. Ioanni Bozoyowski, quondam molendinatori Znenensi, salvum conductum ad conventionem generalem proxime ubicunque in regno celebrandam propter iustitiam veniendi hinc usque ad finem praedictae conventionis dat. XXI, 136.

1986. —— *dominica Invocavit (9 feb.).* Rex facta ratione cum nob. Ioanne Guth, advocato Mariemburgensi, pro servitiis per eum in Lithuania praestitis, 300 fl. et unum equum pro damnis ei dare promittit. R. XXI, 137.

1987. —— „ —— Rex fidem et industriam sibi per Michaëlem, ducem Hlinensem, marsalcum curiae Lithuaniae, habens commendatam famm. Herthvik et Cristoferi de Raytemberg ac Clarae, sororinae ipsorum, necnon Simonis et Georgii Stankos (Stancoff), Nicolai Dregar (Derger), Martini Vornisz et Marci Heskye, ipsis ac sociis eorum mineras in regno Poloniae et terris Prussiae, Pomeraniaeque quaerere concedit ad duos annos sub condicionibus, quae in regnis Hungariae et Bohemiae observantur. JL. XXI, 142.

1988. *Brodnya, dominica Invocavit (9 feb.).* Nicolaus Gardzina de Ludbrancz palatinus, Joannes Jarand de Brudzow, castellanus Calissienses, Nicolaus de Woyczicze, camerarius locum tenens Vincentii de Charthlupya succamerarii, Jaroslaus de Lassko, tribunus Siradiensis, commissarii a rege deputati ad limitationem granitierum inter villam regalem Brodnya tenutae Petri Myskowski de Mirow, palatini Lanczicziensis, ex una, et bona haereditaria Jesyersko et Zakrzow Swanthoslai Ostrowski et Nicolai et Stanislai haeredum de Zakrzow, partibus ex altera, transitum et ducturam alias powodu praefatis nobilibus adiudicant, scopulosque et alia signa inter dicta bona construere faciunt. XXI, 199

1989. *Leopolis, dominica Invocavit (9 feb.).* Georgius de Crupe, capitaneus Chelmensis et Belsensis, teloneum Chelmense iudaeo Joszko et eius fratri Mordusch a festo Purificationis V. M. (2 feb.) anni 1506 ad annum arrendat sub condicione, quod dicti iudaei tenebuntur solvere omnes proventus spirituales tam canonicorum Chelmensium, quam monachorum in Lublin, etiam monachorum in Crasznystaph, dando eis 110 marc., binum adamascum vel atlasium per 15 ulnas, 4 talenta piperis, 2 talenta croci et stamen telae Colensis. XX, 217.

1990. *Brzesczye, f. 4 post Invocavit (12 feb.)* Rex monasterio S. Trinitatis fratrum eremitarum ordinis s. Augustini in oppido Crassnystaw domos eius, areas et possessiones, ad fortificationem eiusdem oppidi translatas, denuo comparatas, videlicet: 2 domos inter ecclesiam monasterialem, ex una, et domum Olesko, parte ex altera, agri laneum post piscinam inter Radosth et Swyathek et medium laneum inter Mathiae Gothard ac Mychnowycz, dimidium alterum laneum inter plebanalem ac Caczcowsky oppidanorum agros, cum certa alia agri parte, Obschar dicta, in suburbio hospitalis S. Spiritus, donat. XXI, 137.

1991. —— *f. 6 ante Oculi (21 feb.).* Rex Stanislao Grzymala de Varschovia salvum conductum ad oppidum Bidgoscza veniendi pro iustitia hinc usque ad festum Georgii (23 apr.) proxime futurum dat. XXI, 139.

1992. —— *f. 3 post Mathiae (25 feb.).* Rex dat consensum super venditionem villae Lubomirka seu Damian districtus Radomiensis, a rege Vladislao nobili Damian de Grzin donatae, per Thomam de Corithnicza a successoribus ipsius Damian, videlicet a Petro et Ioanne de Zathovye annis superioribus emptae, et per Ioannem, ipsius Thomae filium, Ioanni Phyebron de Corithnicza ad praesens venditae. XXI, 140.

1993. —— *f. 5 ante Laetare (27 feb.).* Rex pro meritis Petri Kmytha de Wysnycze, palatini Cracoviensis et regni marschalci, villam regalem Syedlyecz, in terra Cracoviensi sitam, de manibus Michaëlis Czurilo, venatoris Cracoviensis et tenutarii bonorum regalium Nyepolomicze, redimere ei admittit. XXI, 139.

1994. —— *f. 5 post Laetare (6 mar.).* Rex Alexandrae de Choschewa, relictae Nicolai de Thanczyn, palatini Russiae, 200 marc. in bonis regalibus: villa Zapolye, tenutae ipsius, ad castrum Lubomla pertinente, item in quadam parte agri ab eadem Zapolye usque ad viam dictam Schaczka Przeseliscza protracta, item in pratis, quae a nemore Syedlyscze incipiuntur et agris oppidi Lubomla confiniunt, nobb. Andreae Chamyecz et Dorotheae coniugibus inscribere admittit. XXI, 140.

1995. —— „ —— Exspectativa Iacobo Mayk super notariatum terrae Lublinensis data est. r. XXI, 141.

1996. *Brzesczye, f. 5 ante Iudica (6 marc.)*. Rex ad petitiones Pauli Jassyensky, curiensis regii, pro parte nob. Georgii Copylowsky, advocati Hrodlensis, oblatas, obligationem villae Copilowo, ad advocatiam Hrodlensem pertinentis, per dictum Georgium Sassino de Volayewycze in 40 marc. factam, approbat. XXI, 141.

1997. —— „ —— Rex concedit ducere vectoribus Lithuaniae sal Premisliense, Drohobiczense, aliarumque zupparum Russiae per oppidum Parczow in Lithuaniam cum exceptione loco cum regni, ubi sal illud aut deponere, aut vendere, aut ad vescendum cuipiam dare non possunt sub amissione curruum, equorum, salis et rerum omnium, cum sale vectarum; telonea et pontalia in Parczow pecuniaria incolae Lithuaniae consueta solvent, sed pro sale quotiens 100 tolpas ad curiam regiam et 10 tolpas plebano daturi essent, totiens loco 100 tolparum — 4 ternarios ad curiam regiam, plebano vero ratione 10 tolparum 2 denarios dare debeant. XXI, 141.

1998. —— *10 martii*. Rex ad dignitarios, officiales et incolas regni litteras dat, ut prov. Victorinum Italum, servitorem regium, in negotiis regiis Italiam proficiscentem, euntem et redeuntem cum rebus eius omnibus per dominia sua ire permittant absque teloneorum et introituum solutionibus. XXI, 141.

1999. —— *f. 4 Gregorii (12 mar.)*. Rex pro servitiis Ioannis Canopeczky, praepositi Marienburgensis, notarii sui, debitum 40 fl. hung. per ipsum Ioannem apud Renoldum Feltstede, civem Gdanensem, tenutarium Derschoviensem, contractum, super bonis regalibus Derschowa, eidem Renoldo assecurat. XXI, 144.

2000. —— *f. 5 post Iudica (13 mar.)*. Rex propter redditionem iudaeis areae synagogae in oppido Brzestensi in platea iudaeorum, ubi hospitale catholicum et ecclesia tituli S. Spiritus iam construebatur, illud hospitale et ecclesiam de dicta platea iudaeorum versus ecclesiam et monasterium ecclesiae S. Trinitatis in anteurbium oppidi eiusdem transfert, dando eidem hospitali perpetuo areas suas et subditorum suorum inter viam communem de Brzesczye versus Byelsko per pontem magnum ducentem ex una, et cimiterium monasterii seu ecclesiae praedictae S. Trinitatis, ex altera partibus, in latitudinem, et inter aliam viam, quae ducit ad praedictum monasterium de oppido, ex una, et inter fluvium seu gurgitem per scena et per prata pontem illum magnum decurrentem, ex altera partibus, in longitudinem, et in super censum 4 sexagenarum in teloneo Brzestensi, praedium et balneum quondam iudaeorum cum tota area balnei, quod balneum hic in Brzesczye prope molendinum regium situm est, praedium vero inter curias viduae Dambrovyna, ex una, et curiam Byalozorczovy, partibus ex altera. XXI, 147.

2001. —— *f. 5 ante Ramispalmarum (13 mar.)*. Rex Iacobo dimicatori, civi Pilznensi, salvum conductum hinc ad unum annum dat et eum occasione debitorum, ex quacunque causa contractorum, ad instantiam cuiuspiam ab iurisdictione omnium iudicum liberat. XXI, 143.

2002. —— „ —— Rex certam concordiam, quam Paulus Jasyenskj, Janussius Swyrczewski, Petrus Wrapskj et Ioannes Turek, curiae regiae polonicae, ex una, et Ioannes alias Iwan Iontaczycz, Iwan Curczowycz, Kyerdey Iwanowycz, Bohdan Cholowycz, curiae lithuanicae curienses, partibus ex altera, tanquam arbitri partium ducis Andreae Senduskowycz Ostrowskj ad Magnum Ducatum et nob. Nicolai Hurek de Przymyly ad regnum pertinentium subditorum occasione certarum iniuriarum ob profugos emetones sub vadio 1000 sexagen. instituerant, approbat. XXI, 144.

2003. —— *f. 6 ante Ramispalmarum (14 mar.)*. Rex Nicolao (Chrapicki) episcopo Culmensi, bona regia Papow, in terris Prussiae sita, de manibus Francisci Estken, civis Thoroniensis, ac fratrum et sororum eius, successorum olim Ossman Estchen, omniumque aliorum eorundem bonorum tenutariorum eximere consentit. XXI, 144.

2004. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Radzywylowycz, palatini Vilnensis et cancellarii Magni Ducatus, confirmat et denuo donat perpetuo bona, curias et haereditates a regibus donatas sive a maioribus eius acquisitas, videlicet Musmyczkj Novam cum curia Mithkowski, quam olim genitor eius Radzywol meruit per Sigismundum, Magnum Ducem Lithuaniae, perpetuo sibi donari, item Antiquam Musnyki, quae olim patri suo ex divisione cum olim Myczkone facta cesserunt post mortem Bartholomaei, patrui sui, item Vpynyki curiam et dworzecz, Zeymy oppidum et curiam Akyeydomy, Zonwythkj et dworzecz Wvysgalyczkj per ipsum a certis terrigenis per commutationem bonorum acquisita, item Buzy curiam et dworzecz, Rawyey, Crzewnybikuski, Wyrom, Nyechnyewyczy curiam et dworzecz Skuduczskj, quae gener eius Fyethko apud homines Vtenskyech emit, rex quoque post mortem generi illius et sororis eius curiam ipsam alias dworzecz dedit, ad eamque dworzecz 10 homines tenutae Vtenensis, curiamque alias dworzecz Jacobelyczkj in districtu Merecensi, ac Lipsko, Bobrek et Czerewysczenye tributarios regios addidit. XXI, 145.

2005. —— *dominica Ramispalmarum (16 mar.)*. Rex Andream Chamyecz de Dobranowycze Dorotheae de Obelcze, consorti suae, $62^1/_2$ marc. dotis et totidem dotalitii super bonis regalibus: villa Zapolye, tenutae suae, ad castrum Lubomla pertinente, sibi per Alexandram de Chozewa, relictam Nicolai de Thanczyn, palatini Russiae, eiusdem castri cum pueris suis tenu-

tricem, inscripta, item in quadam agri parte ab eadem Zapolye usque ad viam, dictam Schaczko, eundo per campum Syedlyscza protracti, item pro pratis, quae a nemore Syedlyscze incipiuntur et agris Lubomla confiniunt, reformasse testificatur. XXI, 114.

2006. *Brzeszczye, dominica Ramispalmarum (16 mar.).* Rex Ioanni Knor, civi et teloneatori Lublinensi, certas summas, nob. Andreae Sadurka, consuli Lublinensi, debitas, in teloneo Lublinensi eidem Andreae inscribere admittit. XXI, 140.

2007. —— „ —— Rex testificatur Alexandram de Chozewa, relictam Nicolai de Tanczyn, palatini Russiae, inscripsisse nob. Andreae Chamyecz 250 marc. in bonis regalibus: villa Zapole, ad castrum Lubownya tenutae ipsius pertinente, item in quadam parte agri ab eadem Zapolye usque ad viam dictam Schąka per campum Syedlyska euntem protracti, item in pratis, quae a silva Syedlyscze incipiuntur et agris oppidi Lubomka confiniunt, item in molendino aquatico, ad eandem Zapole pertinente, in borra sito, item in servo Ioanne in dicta Zapole incolatum agente et successoribus eius, qui Ioannes ipsi castro Lubomka servitia impendere consuevit, ad rationem summae, praefatae Alexandrae per dictum palatinum in eisdem bonis ratione dotis et dotalitii reformatae. XXI, 146.

2008. —— „ —— Rex testificatur Ioannem Cnor, civem Lublinesem, nob. Andreae Sadurka, civi Lublinensi, in 700 fl. hung.: 500 in auro et 200 in moneta in $^1/_2$ gr. medietatem telonei Lublinensis obligasse (litterae cassatae). XXI, 147.

2009. *Lukow, f. 5 Coenae Domini (20 mar.).* Rex in causa controversiae inter Annam de Cloczow, relictam Stanislai de Czyrsko, ex una, et Iacobum Czyrsky, tanquam tutorem Ioannis, Barbarae, Catharinae, Annae et Elisabeth, praedicti Stanislai de Czyrsko liberorum, partibus ex altera, occassione bonorum mobilium et immobilium, post mortem eiusdem Stanislai derelictorum, praesertim sortis in Czirsko, quam pro 30 marcis dotis ipsius Annae dictus Stanislaus, maritus eius, emerat, certam sententiam fert. XXI, 148.

2010. *Jedlna, dominica Conductus Paschae (30 mar.).* Rex ad petitiones emethonum et incolarum villae regiae Jedlna libertationem eorum ab omnibus exactionibus, in Jedlna, in crastino Thomae (22 dec.) anno 1387 a rege Vladislao datam, ratificat. XXI, 151.

2011. *Radom, f. 5 ante Ambrosii (3 apr.).* Rex Ioanni Szegerszdorff, civi et mercatori Torunensi, qui, proficiscendo de nundinis Lublinensibus, omnibus mercibus, pecuniis, curru, equis per crassatores viarum praedatus est, salvum conductum hinc ad annum dat. XXI, 151.

2012. *In conventione generali Radomiensi, f. 3 post Ambrosii (8 apr.).* Rex ad petitiones Andreae et Dobeslai germanorum, haeredum in Kyethlyn, litteras suas mandatarias de data Cracoviae, dominica in crastino Thomae (22 dec.) anno 1504 et certam sententiam Nicolai de Curozwanki, palatini Lublinensis, in castro Siradiensi, f. 2 post conversionis Pauli (27 ian.) anno praesenti datas, approbat. JL. XXI, 151.

2013. —— *f. 4 post Ambrosii (9 apr.)* Rex ad commutationem bonorum inter Adam Pyesskowski, canonicum Chelmensem et plebanum Radomiensem, notariumque suum, et sortem eius, quam habet in villa Roslaskowo, ex una, et Petrum Zakrzewski et Elisabeth coniuges ac bona eorum Dzuchowo districtus Sochaczoviensis, partibus ex altera, factam consensum dat. JL. XXI, 154.

2014. —— *f. 4 ante Tiburtii (9 apr.).* Rex significat, quia Stanislaus Schaffranyecz de Pyeskowa Scala, burgrabius castri Cracoviensis et curiae regiae succamerarius, burgrabiatum suum castri Cracoviensis Nicolao Czykowski, gladifero Cracoviensi, pro certa summa ad vitam vendidit, super quod rex consensum dat, mandatque Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et exercituum regni et Cracoviensi capitaneo generali, eiusque vicecapitaneo, necnon Ioanni Jordan de Zaklyczyn, castellano Byeczensi et suppario Cracoviensi, ut 15 marc. quolibet quartali anni et 2 bancos salis ei dant. XXI, 235.

2015. —— *f. 6 ante Tiburtii (11 apr.).* Rex virgines Hedvigim et Catharinam filias olim Dobeslai Ozep de Zabrzewo, liberat a bellica expeditione de bonis regalibus Byala terrae Rawensis tam diu, quam diu utraque illarum non nupserit. XXI, 153.

2016. —— *sabbato ante Tiburtii (12 apr.).* Rex Arnoldum de Francza, castellanum Culmensem, per Ambrosium de Pampow, palatinum Siradiensem et capitaneum Mariemborgensem, ex voto subditorum Prussiae captum, in praesentia Servilla, capitanei Golubensis, ac Ioannis Lachtenhayn, civis Torunensis, et Henrici Kyntlinger, licentiati in decretis, comparentem, et nobb. Ioannem Guth, advocatum Mariemborgensem, Mathiam de Modlibozicze, Iacobum de Zakrsow et Nicolaum de Cossow, qui pro eodem comparente fideiusserunt, ab ea captivitate et a termino ex cautione praefixo et fideiussores praedictos de cautione eadem liberos facit. XXI, 153.

2017. —— „ —— Rex propter certa perlucra iure super Iacobo Dunyn, tenutario bonorum regalium oppidi Ricziwol, per Hieronimum de Lazenicze obtenta, consensum super intromissionem eorundem bonorum Ryczіwol vigore perlucrorum praefato Hieronimo dat. XXI, 154.

2018. *In conventione generali Radomiensi, f. 2 die Valeriani (14 apr.).* Rex decretum datum f. 3 in crastino Epiphaniarum (7 ian.) anno praesenti, commissariorum Nicolai de Barthnykj, custodis ecclesiae Plocensis et secretarii regii, Ninognevi de Crzysko, palatini Ploczensis, Iacobi Laschewski Raczasiensis, Ioannis Lach de Kynnykj Syeprczensis castellanorum, a se deputatorum, in causa inter Nicolaum de Cossobudj (Cossobuczkj), cancellarium ecclesiae Plocensis et tenutarium oppidi regii Raczasch, ex una, et proconsulem et consules praefati oppidi, partibus ex altera, occasione certorum censuum annuorum latum, approbat. XXI, 156.

2019. —— *f. 3 post Tiburtii (15 apr.).* Rex notum facit Ioannem Grodzyczki, consulem Posnaniensem, coram proconsule et consulibus civitatis Posnaniensis recognovisse, quia bona et merces suas valoris 571 fl. hung. quae Gedano Posnaniam veherentur, in via publica per crassatores raptae sint. XXI, 153.

2020. —— „ —— Rex Barbaram Dyzyzwonowa, consortem Nicolai Doyzwon, civis Lublinensis, a contributione seu datia czopowe ad unum annum liberat. XXI, 154.

2021. —— *f. 4 post Tiburtii (16 apr.).* Rex ad petitiones Ambrosii abbatis et totius conventus monasterii S. Mariae in Czyrwyensko ordinis s. Augustini canonicorum regularium, confirmando litteras Casimiri III regis, Radomiae in crastino Petri et Pauli (30 iun.) anno 1333 super easdem villas dicto monasterio datas, de villis Cobylnycza et Cochowo districtus Radomiensis oppidum novum nomine Cochowo iure magdeburgensi erigit et fora annualia pro festis Mathiae (24 feb.), Assumptionis V. M. (15 aug.) et Elisabeth (19 nov.), forum vero septimanale qualibet feria tertia ibidem instituit. XXI, 155, 246.

2022. —— „ —— Rex data Antonio Italico Genuensi, Posnaniae moranti, licentia veniendi ad curiam suam cum pannis sericeis et reliquis mercibus, mandat subditis suis, ut ei transitum liberum praebeant. XXI, 156.

2023. —— „ —— Rex praetorium in medio circuli oppidi Lukow, stateram seu libram ibidem et pannitonsorium aut cameras pistorum et sutorum, quantum necessitas fieret, erigere concedit. XXI, 156.

2024. —— „ —— Elisabeth, Poloniae regina, filiae suae Elisabeth virgini, partem dotis suae, videlicet 40,000 fl. hung. super certis terris, districtibus, castris, civitatibus, oppidis et villis: Nova Civitate Corczyn, Visliczіensi, Zarnoviensi, Lanczicziensi, Przedeczensi cum oppido Clodawa, necnon in Radzeyowo et Slunsko teloneis ad tempora vitae eius inscribit. XXI, 174.

2025. —— *f. 5 post Tiburtii (17 apr.).* Rex incolas oppidi Cochowo, Ambrosii abbatis monasterii S. Mariae in Czyrwyensko ordinis s. Augustini canonicorum regularium et sui conventus haereditarii, in terra Radomiensi siti, ab omnibus exactionibus, teloneis, censibus, datiis, contributionibus ad 10 annos liberat. XXI, 155.

2026. —— *sabbato post Valeriani (19 apr.).* Datus est iudicatus terrae Chelmensis Iohanni Comorowski, post mortem Ioannis Szyennyczki in forma cancellariae consueta. r. XXI, 174.

2027. —— „ —— Subiudicatus eiusdem terrae Chelmensis datus est Nicolao de Lathyczyn sub forma cancellariae consueta. r. XXI, 174.

2028. —— *dominica ante Alberti (20 apr.).* Rex ad petitiones nob. Alberti Cowalskj, advocati oppidi regii Pobyedzyska, propter controversiam inter eum et Andream Prandzenskj ratione quorundem lacuum, aquarum et limitum bonorum eorum ortam, privilegium Premislai, Maioris Poloniae ducis, de data in Pobyedzyska, die Purificationis V. M. (2 feb.) anno 1258 renovat. JL. XXI, 157.

2029. —— „ —— Rex Petro Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellano Visliczіensi et capitaneo Radomiensi ac iudici et subiudici, ceterisque dignitariis et officialibus Cracoviensibus et Sandomiriensibus mandat, ut vadium 10,000 fl. inter coniuges Nicolaum de Curozwankj, palatinum Lublinensem, et Evam de Rythwany, propter certas actiones iudiciarias ipsius Evae cum marito suo vallatum, in libros suos inscribant et utrisque partibus per ministerialem dirigant. XXI, 158.

2030. —— „ —— Rex Andreae Gorzenskj dat salvum conductum tam diu, donec idem Andreas cum Ioanne Czyolek de Vylczyska actionem suam in iudicio non finiet. XXI, 158.

2031. —— *f. 2 ante Adalberti (21 apr.).* Rex ad petitiones Petri Myschkowskj de Mirow, palatini Lanczicziensis, perlucra eius super Janussio duce Zathoriensi, pro oppido Vadovicze et pro meatu aquae in piscinas Spithkowienses fluente in haereditate praefati Petri, recepta, approbat et executionem eorundem Nicolao de Camyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, exequi demandat. XXI, 160, 162.

2032. —— „ —— Rex hon. Ioanni de Ribno, notario regio, tanquam propinquiori 200 sexagenas in $^1/_2$ gr. dotis olim Beatae de Ribno per olim nob. Albertum Pyothrowski, advocatum Gnesnensem, primum maritum eius, super medietate suae advocatiae sine consensu regio

reformatam, et per dictam Beatam Ioanni de Lancziczia, altero marito suo, resignatam, adiudicat. XXI, 177.

2033. *In conventione generali Radomiensi, f. 2 ante Adalberti (21 apr.).* Rex Paulo Jasyenski, curiensi regio, 350 fl. hung. in auro, et 1650 fl. in moneta, apud eum a rege mutuatos, 438 marc., pro aedificiis Georgio Crupski. tunc capitaneo Chelmensi, a dicto Paulo pro rege exsolutas et 700 fl. hung. ac 500 marc. ratione servitiorum super civitate, castro et capitaneatu Chelmensi, oppidoque Rubyeszow et villis, ad ipsum capitaneatum pertinentibus, videlicet Blolany, Serebriscza, Ruda, Ochoza, Strupyn, Crzywycze, Roszdzyalow duplici, Mloduczyn, Wolawcze, Koczow, Busznyo, Szmodzy, Drzysczow, Vyhnaycze, Dipoltycze, Pobrzezany, Czernyeczyn, Myenyany, Podorzezy et in teloneo Chelmensi ac Rubeszoviensi, quae ipse Georgius Crupski tenuit, inscribit et asscribit ad eundem capitaneatum 4 villas: Stolno, Syedlyscze, Rosthocha et Roszodawy antecessoribus eius iam prius a regibus Poloniae ei inscriptas. XXI, 233.

2034. —— *f. 3 ante Adalberti (22 apr.).* Rex Stanislao Lassoczki de Brzesyny, succamerario Posnaniensi, ad petitiones Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, tribunatum Sochaczoviensem, qui Nicolaus Sczikowski, gladifer Cracoviensis, possidet, per ipsum Sczikowski resignandum admittit. XXI, 186.

2035. *In curia regali Radomiensi, in conventione generali, f. 3 vigilia Adalberti (22 apr.).* Nicolaus Sworsky de Bedlno iudex et Stanislaus Lithuos de Cazanow, succamerarius Lublinensis et subiudex terrae Sandomiriensis generales, per medium deputatorum regiorum: Iacobi de Schyekluka, Ioannis Jordan de Zaklyczyn Byeczensis, Mathiae Bal de Nowothanyecz Sanoczensis, castellanorum, Alberti de Gora, cancellarii Posnaniensis, Nicolai de Barthnyky, custodis Ploczensis, regiorum secretariorum. et Derslai Vylczek de Lubyenye, succamerarii Leopoliensis, ad petitionem Stanislai Zambynsky, canonici Wladislaviensis, procuratoris, omnibus subditis regni et praesertim oppidanis in Nowanyeschowa liberam fluitationem per fluvium Visla supra et deorsum in navibus et strugibus, alias traffthy, absque omni impedimento et arresto ex parte Torunensium adiudicant. XXI, 168.

2036. —— „ —— Nicolaus Sworski de Bedlno iudex et Stanislaus Lythwos de Cazanow, succamerarius Lublinensis et subiudex terrae Sandomiriensis generales, per medium deputatorum regiorum: Iacobi de Szyekluka Voynyczіensis, Ioannis Jordan de Zakliczyn Byeczensis, Mathiae Bal de Nowothanyecz Sanoczensis castellanorum, Alberti Gorskj, cancellarii Posnaniensis, Nicolai de Barthnyki, custodis Ploczensis ecclesiarum, regiorum secretariorum, et Derslai Vilczek de Lubyenye, succamerarii Leopoliensis, ad petitionem Stanislai Zabyenskj, canonici Wladislaviensis procuratoris, omnibus incolis regni et praesertim oppidanis Gedanensibus liberam fluitationem per fluvium Visla supra et deorsum in struibus, alias trawthy, et navibus absque omni impedimento et arresto ex parte Torunensium adiudicant. XXI, 169.

2037. *In conventione generali Radomiensi, f. 3 in profesto Georgii (22 apr.).* Rex ad petitiones consulum Gedanensium, approbato decreto in Mariemborg inter ipsos Gedanenses et Elbingenses pro proprietate insulae, vulgari almanico Neringa nuncupatae, prolato, praefatis Gedanensibus dictam insulam, a rege Casimiro iis donatam, nova perpetua donatione inscribit, exclusa una parte eiusdem insulae, olim Lodovico Erlichhausen, magistro Prussiae, data, et in donatione regis Casimiri descripta. XXI, 171.

2038. —— *f. 4 Adalberti (23 apr.).* Rex propter expositionem per Petrum Dzik de Blothnicza et Nicolaum de Gozowo germanos, certarum inscriptionum, a praedecessoribus regibus super villam regalem Jastrabya (Jastrzabya) districtus Radomiensis datarum, ipsis Petro et Nicolao Dzykowe 200 marc. super eadem villa inscribit. XXI, 159.

2039. —— „ —— Rex ad vota Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, nundinas seu forum annuale pro festo Circumcisionis Domini (1 ian.) in oppido eius Jaroslaw instituit. JL. XXI, 159.

2040. —— „ —— Rex Andreae Opporowskj de Nakonowo castellanatum Cruschwiczіensem per cessum de eo Stanislai Coszyelyeczkj, eiusdem castellanatus ultimi possessoris, donat. XXI, 160.

2041. —— „ —— Datus est salvus conductus Stanislao Grzymala de Varschowia, ut haberet securitatem Bidgostiam veniendi hinc usque ad festum Ioannis Baptistae (24 iun.) proxime futuri alias sub forma superiori scripta, sub qua etiam eidem datus erat in Brzescze Lithuaniae (conf. № 1991). r. XXI, 160.

2042. —— „ —— Rex propter desolationem bonorum, ad monasterium Landense pertinentium, Bernardo abbati eiusdem monasterii et conventui eius 25 marc. annuatim de statione Landensi, seu de 100 marcis, regi solvi solitis a festo Martini proxime venturo ad 6 annos diminuit et de eo Christophorum Theslyk Nvhorsky, curiensem suum, certiorem facit. XXI, 161.

2043. —— *f. 4 Georgii (23 apr.).* Nicolaus Sworski de Bedlno iudex et Stanislaus Lithwos de Cazanow, succamerarius Lublinensis et subiudex terrae Sandomiriensis generales, una cum assessoribus a rege datis: Iacobo de Szyekluka Voynyczensi, Ioanne Jordan de Zakli-

czyn Byeczensi, Stanislao de Mlodzeyowicze Radomiensi castellanis, significant, quia iis oblatum sit decretum inter proconsulem et consules Cracovienses, ex una, et nob. Iacobum Bosthowski, ab altera partibus, contra quaedam perlucra praefati Iacobi Bosthowski super Georgio Brennar obtenta, quod rex approbasset et conservari mandasset. XXI, 198.

2044. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 in crastino Adalberti* (*24 apr.*). Rex propter conquestionem Vincentii de Przeramb, episcopi Vladislaviensis, qualiter Nicolaus de Curozwanky, palatinus Lublinensis et tenutarius oppidi regii Pyothrkow, vectores de oppido Volborz pro sale in depositorio Visliciensi emendo per oppidum Pyothrkow transire compellit, Ioannem de Przeramb castellanum, Jaroslaum de Lassko tribunum, Iacobum de Cruschow iudicem et Nicolaum de Gomolyn, notarium Siradienses, commissarios ad eam causam deputat, mandans dicto Nicolao de Curozwanki sub vadio 1000 fl., ne usque ad diffinitionem causae dictos vectores pro sale Visliciam versus transire prohibeat. XXI, 161.

2045. —— *f. 6 Marci* (*25 apr.*). Rex Andreae Coszyelyeczki, capitaneo Bidgostiensi, tenutario bonorum regalium Slvmnyki, ratione servitiorum regi Ioanni Alberto et cardinali Frederico exhibitorum, villam regiam Rakowicze, in terra Cracoviensi sitam, de manibus successorum seu executorum testamenti fam. Henrici Slakyer, civis Cracoviensis, redimere consentit. XXI, 160.

2046. —— „ —— Rex ad petitiones Nicolai Gardzyna de Ludbrancz, palatini Calissiensis, resignationem oppidi Kazimirz cum villis, ad illud spectantibus, ei per Theodoricum episcopum et capitulum ecclesiae Lubuczensis, coram Alberto Skora de Gay, succamerario Dobrzinensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, tanquam loci capitaneo, factam, approbat. XXI, 162.

2047. —— *f. 6 ante Rogationum* (*25 apr.*) Rex ad petitiones consiliariorum et ratione servitiorum Ioannis Carwowski, notarii regii, ei expectativam super notariatum terrae Ploczensis per cessum vel decessum hon. Stephani Sdzarski vacaturum, ad vitam donat. XXI, 231.

2048. —— *26 aprilis.* Rex oratoribus Bohdan, voyewodae Moldawiae, videlicet: Iskak Visternik et Ivanko Pythar, qui ab eodem voyewoda debent venire in legatione, salvum conductum dat. XXI, 162.

2049. —— *sabbato post Marci* (*26 apr.*). Rex propter consensum datum Jaroslao de Lassko, tribuno Siradiensi, ad eximendum molendinum equestre oppidi regii Schadek de manibus Annae, relictae Ioannis, molendinatoris eiusdem, suorumque puerorum Victorini, Ioannis Elisabeth, Catharinae, Barbarae et Annae, necnon Barbarae, relictae Petri, dicti molendini similiter molendinatoris, ipsiusque filii Iacobi, decretum super taxationem dicti molendini, id est: 460 marc. pro tertia parte eiusdem molendini, per commissarios a rege deputatos Nicolaum Gardzyna de Ludbrancz Calissiensem, Petrum Mysskowski de Mirow Lanczicziensem, et tenutarium oppidi illius Schadek, palatinos, ac Ioannem Jarand de Brzudzowo, castellanum Calissiensem, latum, approbat. XXI, 161.

2050. —— *f. 2 Rogationum* (*28 apr.*). Rex ratione servitiorum Nicolai Czikowski, gladiferi Cracoviensis, regi Ioanni Alberto exhibitorum, ei locum et aream ad ripam Vislae extra muros Cracovienses sitam, incipiendo a loco, ubi ligna regia decimarum locantur, usque ad balneum regium et tandem ad piscinulam iuxta idem balneum sitam, per transversum vero feralis per 60 ulnas almanicales se extendentem, de manibus Martini Borzimowski, iudicis Brestensis, redimere admittit. XXI, 162.

2051. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczin, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi, dat privilegium super quaerendas mineras ad 5 annos sine solutionibus in omnibus locis regni Poloniae, etiamque in montibus ultra oppidum Novi fori et ultra castrum Szafflari consistentibus, qui Tatri et aliis nominibus nuncupantur, sub condicionibus, in regnis Hungariae et Bohemiae conservatis, lapso vero 5 annorum spatio praedictus montanista utilitatem pro fisco regio iuxta consuetudinem aliorum montium, in praefatis regnis exsistentium, dare tenebitur. XXI, 164.

2052. —— „ —— Rex pro servitiis Christophori Thaschlik Nuhorski, militis Hierosolymitani, capitanei in Czeskowicze, curiensis sui, ei duas domos: unam dictam Swyanthkowski in oppido regio Czyeskowicze et aliam in anteurbio eiusdem oppidi, dictam Vanchowski, cum omnibus adiacentiis, et duos mansos agri in campo vel oppidi pro praedio et suo usu domestico emendum consentit usque ad vitam eius. XXI, 165.

2053. —— „ —— Rex significat Ioannem et Nicolaum germanos de Voznyki, tenutarios villae regiae Regnow, in terra Ravensi sitae, 100 sexagenas monetae Cracoviensis Margarethae, relictae Hieronimi de Nowemyasto, pincernae Rawensis, amitae ipsorum, in villa praedicta Regnow in libris terrestribus Ravensibus reformasse, et consensum super dictam inscriptionem dat. XXI, 165.

2054. —— „ —— Rex ad vota reginae Elisabeth nob. Margaretham Costrzeczka, famulam eiusdem reginae, et nob. Mazyk de Pathnowicze, cui ipsa Margaretha dotem suam in

villa Czichawa inscripsit, ab expeditione bellica ratione eiusdem dotis ad vitam praedictae Margarethae liberat. XXI, 167.

2055. *In conventione generali Radomiensi, f. 2 Rogationum (28 apr.).* Similiter nob. Ioanna Pyekarska, matrona et famula eiusdem Reginalis Maiestatis, de villa Pyekary liberata est ab omni expeditione bellica ad extrema vitae tempora. r XXI, 167.

2056. —— „ —— Rex exactionem 2 grossorum, quae vulgariter poradlne vocatur, in terris Masoviae, videlicet Ploczensi et Zawkrzensi, instituit et 4 terrigenas idoneos, in terris illis possessionatos, ad quodlibet trium officiorum terrestrium, videlicet: iudicatus, subiudicatus et notariatus, eligendos proponit. XXI, 216.

2057. —— „ —— Rex ad petitiones Georgii Crupszki de Orchow, Chelmensis et Belsensis capitanei, arrendationem telonei Chelmensis iudaeis Joszko et Mordusch a praefato Georgio Leopoli, dominica Invocavit (9 feb.) anno praesenti 1503 datam, approbat. XXI, 217.

2058. —— *f. 3 Rogationum (29 apr.).* Rex propter controversiam inter incolas Sandeczenses de Nova Sandecz, ex una, et Byeczenses, partibus ex altera, ortam pro via ex Hungaria versus civitatem Byecz, decernit mercatores et negotiatores viam de regno Hungariae in Poloniam per oppidum Barthwa et districtum illius versus oppidum Byecz et non per Sandecz ire debere. JL. XXI, 163.

2059. —— „ —— Rex Petro Rawcziczki, curiensi suo, portulaniam alias vrothnyczthwo castri Cracoviensis post mortem Ioannis Ressko ad vitam eius dat. XXI, 163.

2060. —— „ —— Rex ad petitionem sororis suae Elisabeth reformationem 40,000 fl. hung. a matre eius regina Elisabeth Cracoviae, f. 4 post Tiburtii et Valeriani (16 apr.) anno praesenti inscriptam, ratificat. XXI, 174.

2061. —— *f. 3 ante Ascensionis Domini (29 apr.).* Prandotha de Thrczanya, palatinus Ravensis, Ioannes de Przeramb Siradiensis, Janussius de Lyathalycze Gnesnensis, Ioannes Slupeczki de Conari Sandeczensis, Martinus Skothnyczki de Boguria Zawichostensis et Mathias de Nowothancze Sanoczensis castellani et iudices, a rege in conventione generali Radomiensi deputati, in causa controversiae inter Sophiam, consortem Ioannis Thurek Lanczki, ex una, et Abraham Sbanski ac Ioannem, Lucam, Stanislaum et Petrum, ipsius Abrahae Sbanski nepotes, partibus ex altera, pro dote dictae Sophiae, per olim Martinum Sbanski, priorem maritum eius, ei reformata, post reproductionem litterarum praefatae dotis per hon. Vincentium Jyemyelynski, eiusdem Sophiae procuratorem, et certae concordiae per Ioannem Cochonowski, procuratorem praefatorum Abrahae Sbanski et eius nepotum, praefatam concordiam, inter dictam Sophiam et Abraham, eiusque nepotes factam, confirmandam decernunt. XXI, 176, 194.

2062. —— *f. 4 Rogationum (30 apr.).* Rex propter differentiam inter Blasium, molendini retro ecclesiam s. Dominici, ex una, et Conradum de Lapide molendini ad portam Wrathislaviensem extra muros civitatis Posnaniensis, partibus ex altera, possessores, quorum quilibet in suo tantum brasea molire vult tempore illo, quo molendinum regium Bogdanka, sub castro situm, propter aquae defectum brasea molire non potest, statuit, ut omnes incolae eiusdem civitatis brasea molire volentes libertatem communem habeant. XXI, 176.

2063. —— *f. 4 Rogationum, vigilia Ascensionis Domini (30 apr.).* Rex omnia privilegia oppidi Novanyeschowa, a regibus Poloniae, praesertim a Vladislao, Casimiro et Ioanne Alberto donata, confirmat. JL. XXI, 166.

2064. —— *f. 4 ante Ascensionis Domini (30 apr.).* Rex ad vota Sigismundi, Oppaviae et Maioris Glogoviae ducis, Raphaëlem Lyeschczynski (Lyesczynski), eiusdem ducis secretarium, ab expeditione bellica liberat tam diu, donec idem Raphaël dicto duci servitia impendendo in curia eius perseveraverit. XXI, 210.

2065. —— „ —— Sub eadem forma et verbis datae sunt aliae litterae nobilibus infrascriptis eiusdem principis curiensibus et cubicularii, videlicet: Nicolao Schidlowyeczki Ioanni Labancz, Ioanni Pusthotha, ma gistro coquinae Suae Illustritatis, et Silvestro Ozarowski r. XXI, 210.

2066. —— *f. 4 vigilia Ascensionis Domini (30 apr.).* Rex propter controversiam inter consules Sandomirienses, ex una, et nob. et prov. Ioannem Vyrzbyczki et Druzianam, uxorem eius, Stanislaum et alterum Stanislaum ac Raphaëlem germanos, dictos Zenkowe, necnon Ioannem Konopka ac Reginam, uxorem eius, advocatos Sandomirienses, partibus ex altera, occasione advocatiae Sandomiriensis ortam, decernit, quod suprascripti advocati hinc ad unum annum eam possidere debent, post annum vero eandem advocatiam dictis consulibus vendere obligantur. XXI, 165.

2067. —— „ —— Rex in causa controversiae, inter Catharinam Raphalowa, civem Radomiensem, ex una, et Lodovicum de Cobylyany, ex altera partibus, occasione recognitionis certi debiti et inscriptionis eiusdem ac pro resignatione bonorum, in Radom motae, certam sententiam fert. JL. XXI, 167.

2068. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 Ascensionis Domini (1 mai).* Rex ad petitiones Catharinae, relictae Ioannis Zdvnski, nunc vero consortis Abrahae de Gyzycze, reformationem dotis eiusdem Catharinae, a praefato Ioanne, marito eius, coram Petro Swydwa de Schamothuli, castellano Posnaniensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, in Calisch f. 4 ante Adalberti (19 apr.) anno 1469 factam, approbat. XXI, 166.

2069. —— „ —— Rex Hieronimo Rawka de Rokythnycza, reginae Elisabeth cubiculario, 150 marc. super sorte bonorum regalium villae Januschowicze, tenutae eius, inscribit usque ad exsolutionem eiusdem summae una cum aliis summis, in eadem sorte ei prius inscriptis. XXI, 178.

2070. —— „ —— Eidem Hieronimo Rawcziczki datus est consensus ad eximendam sortem in eadem villa Januschowicze de manibus nob. Ioannis Losch iuxta formam cancellariae consuetam. r. XXI, 179.

2071. —— *f. 6 in crastino Philippi et Iacobi (2 mai).* Rex Aucto et Ioanni de Panyewo, tenutariis districtus Zidaczoviensis, piscinam in bonis regalibus Othynowcze et Zarki tenutae ipsorum districtus praefati de novo erigere admittit, inscribitque iis duas demissiones piscinae praedictae. XXI, 167.

2072. —— „ —— Rex Aucto et Ioanni germanis de Panyewo, Zydaczoviensi et Striensi capitaneis, 1600 fl. hung. pro servitiis in Lithuania solvere promittit. XXI, 167.

2073. —— *sabbato Inventionis s. Crucis (3 mai).* Rex ad petitiones consulum oppidi Nowanyeschowa certam sententiam in causa liberae fluitationis per Vislam de data: in curia regali Radomiensi, in conventione generali, f. 3 in vigilia Adalberti (22 apr.) anno 1505 latam approbat. XXI, 168.

2074. —— „ —— Rex omnia privilegia terrarum Poloniae, a praedecessoribus regibus, reginis, haeredibus et ducibus Poloniae et a se ipso data, confirmat. JL. XXI, 178.

2075. —— *dominica Floriani (4 mai).* Rex ad petitiones consulum oppidi Gedanensis certam sententiam pro parte ipsorum, omniumque regni incolarum contra Torunenses occasione fluitationis liberae per fluvium Visla latam, de data in curia regali Radomiensi in conventione generali, f. 3 in vigilia Adalberti (22 apr.) anno 1505 approbat. JL. XXI, 169.

2076. —— „ —— Similis confirmatio cum immediate scripto civitati Gedanensi concordans privilegio data et concessa est civitati Ploczensi. r. XXI, 171.

2077. —— *f. 2 in crastino Floriani (5 mai).* Rex ad petitiones Stanislai et Petri de Gewarthowo villam eorum haereditariam Gewarthowo, in terra Ploczensi sitam, de iure polonico in ius culmense transfert. XXI, 171.

2078. —— „ —— Rex ad petitionem nob. Andreae Sadurka, consulis et teloneatoris Lublinensis, transsumptum consensus redimendi praedicti telonei de manibus Ioannis Knor de data Vilnae in vigilia Visitationis Mariae (1 iul.) anno 1503 ex regestro cancellariae suae ei edere decernit atque praefatas littteras approbat. XXI, 182.

2079. —— *f. 2 intra octavas Ascensionis Domini (5 mai).* Rex Christophoro Taschlik Nuchorskj, militi sepulcri Christi, tenutatario Czeschkoviensi et curiensi suo, stationem monasterii Landensis, de qua eidem monasterio ad sex annos per 25 marc. rex dimisit, post decursum dictorum 6 annorum ad 2 annos donat. XXI, 173.

2080. —— „ —— Rex ad petitiones, pro parte Hedvigis de Naropna, relictae Simonis de Vilkowicze, porrectas, ei de gratia regia consensum super certam summam, quam idem olim Simon praefatae Hedvigi ratione reformationis dotis et dotalitii in certa sorte sua villae regiae Curzeschin, in terra Ravensi sitae, absque consensu regio inscripsit, dat. XXI, 182.

2081. —— *f. 3 Ioannis ante portam latinam (6 mai).* Rex ad petitiones fratrum de observantia ordinis minorum monasterii s. Catharinae extra muros oppidi Radom donationem domus, in cimeterio ipsius monasterii consistentis, pro ampliatione dicti cimeterii, a regina Elisabeth Cracoviae, die Iovis ante Nicolai (5 dec.) anno 1504 iis factam, approbat. XXI, 175.

2082. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (6 mai).* Rex omnes armenos, civitatem Leopoliensem incolentes, a solutione telonei a mercibus et rebus venalibus perpetuo liberat sub condicione, quod pro festo Paschae annuatim 12 sexagenas ultra 18 sexagenas, quas ex privilegio antiquo solvere consueverunt, id est collecta summa in unam 30 sexag. regi solvere debebunt. XXI, 173.

2083. —— „ —— Rex certam sententiam in causa inter Mathiam Gosthynskj Srzemensem, ex una, et Nicolaum Camblan de Scholow, Crzivinensem castellanos, partibus ex altera, super nobilitate praefati Nicolai, per ipsum Gosthynski inculpata, per certos commissarios regios Posnaniae, f. 5 in crastino Briccii (14 nov.) anno 1504 latam, ad petitionem eiusdem Nicolai approbat. XXI, 173.

2084. —— *f. 5 Stanislai (8 mai).* Rex Ioanni Vyelopolski, burgrabio castri Cracoviensis, burgrabiatum eius Nicolao Philipowski, pincernae curiae regiae, superiori tempore re-

signare admisit, nunc vero priorem consensum de sigillo anullari in maius transfert, mandatque Nicolao de Camyenyecz et Ioanni Jordan, ut Nicolaum Philipowski in praedictum officium intromittant. XXI, 129.

2085. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 Stanislai (8 mai).* Rex Ioanni Wyelopolsky de Claczany, burgrabio castri Cracoviensis, eum ipsum burgrabiatum Nicolao Philipowsky, pincernae curiae regiae, resignandum admittit ad vitam tali condicione, ut quotienscunque expeditionem bellicam in regno fieri contigerit, dictus Ioannes Wyelopolski in civitate Byeczensi pro illius defensione propria persona resideat tam diu, quam diu expeditio bellica perseveraverit. XXI, 169.

2086. —— „ —— Rex ad petitionem Abrahae Sbanski decretum, a certis iudicibus, a rege deputatis, in conventione generali Radomiensi, f. 3 ante Ascensionis Domini (29 apr.) anno praesenti latum, in causa controversiae inter Sophiam, consortem Ioannis Thurek Lanczki, ex una, et praefatum Abraham ac Ioannem, Lucam, Stanislaum et Petrum, nepotes ipsius, partibus ex altera, occasione dotis eiusdem Sophiae, per olim Martinum Sbanski, priorem maritum eius reformatae, approbat. XXI, 176, 194.

2087. —— „ —— Datus est consensus Ioanni Gnyady de Zabyrowo, burgrabio Cracoviensi, ad obligandam villam regiam Denkowicze, in terra Cracoviensi sitam, nob. Petro Wronykowsky sub forma cancellariae consueta. r. XXI, 177.

2088. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, castellano Byeczensi, zuppario et procuratori Cracoviensi generali, certum censum 10 marc. super bonis ipsius haereditariis quibuscunque cuicunque personae spirituali et religiosae obligare consentit. XXI, 187.

2089. —— „ —— Similes aliae datae sunt litterae sub eadem data et forma eidem Ioanni Jordan de Zaklyczyn ad obligandum censum 5 marc. similiter prout hic proxime supra. r. XXI, 187.

2090. —— *f. 6 in crastino Stanislai (9 mai).* Rex ad vota praelatorum et baronum Nicolaum Spoth, castellanum Gdanensem, tenutarium bonorum regalium Sthwm, districtus Mariemborgensis, in praefata tenuta conservat, eumque de illis a festo Ioannis Baptistae proxime venturo (24 iun.) per decursum 4 annorum non redimere consentit. XXI, 179.

2091. —— *f. 6 ante Pentecostes (9 mai).* Rex ad petitiones consiliariorum suorum Andream de Starosyedlcze, terrigenam Radomiensem, propter senectutem eius ab expeditione bellica ad vitam liberat. XXI, 177.

2092. —— „ —— Datus est consensus Procopio Szyeprski exemendi oppidum Raczasch, in terra Ploczensi situm, cum villis, ad illud ex antiquo pertinentibus, de manibus Ioannis Cossobuczki, cancellarii ecclesiae Ploczensis, iuxta vim et formam cancellariae consuetam. r. XXI, 179.

2093. —— „ —— Rex Georgio de Paludia, tenutario Colensi, 1700 fl. hung. pro servitiis ei debitos, in bonis regalibus Colensibus, tenutae eius, inscribit. XXI, 182.

2094. —— „ —— Rex pro servitiis Nicolao Wolski de Gawartowa. Volya, notario regio, et ad petitiones nuntiorum terrae Sochaczoviensis notariatum terrestrem terrae Sochaczoviensis per liberum cessum Pauli Chodakowski, canonici Gnesnensis, vacantem, ad vitam confert cum 5 marcis de censibus regiis annuatim pro festo Martini per capitaneos Sochaczovienses solvi solitis. XXI, 186.

2095. —— „ —— Rex facta ratione cum Ioanne Cowarski, quondam curiense regio, pro servitiis ei 230 fl. debet, quos praedicto Cowarski super statione 3 annorum, per abbatem et conventum monasterii Andrzeyoviensis annuatim regi solvi solita, inscribit. JL. XXI, 199.

2096. —— *sabbato ante Pentecostes (10 mai).* Rex ad petitiones Petri Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellani Visliciensis et capitanei Radomiensis, nob. Nicolao Zawaczki, molendinatori molendini, Ruda dicti, in villa Thsczow capitaneatus Radomiensis, propter exustionem privilegii fundationis praedicti molendini tempore ignis in villa Jedlna, privilegium innovat. dando 2 prata: unum inter silvam rotundam et silvam dictam Grodczisko, aliud a silva Vpusth ex utraque parte fluvii usque ad aggerem dicti molendini, item 2 hortos, regi vero ex eodem molendino annuatim 8 modios alias spadi siliginis et unum modium brasei, unumque porcum dare debebit. XXI, 179.

2097. —— „ —— Rex propter fidelia servitia Nicolao Spoth, castellano Gdanensi, bona regalia Stargard districtus Mariemborgensis de manibus Gertrudis, relictae Mathiae Pruschak et puerorum ac consanguineorum eius redimere admittit. XXI, 179.

2098. —— „ —— Rex Petro Mossenski, terrigenae regni, molendinum regium in fluvio Curowka in villa regia Golambye, in terra Sandomiriensi sita, cum campo et silva, Lang et Przelang nuncupatis, ac mellificiis et libera leporum venatione in eadem silva, tam late et longe, prout campus et silva praedicti in suis metis et signis alias vrocziskach ex antiquo sunt distincti, iure haereditario donat sub condicione, quod ipse molendinator annuatim ad curiam regiam Golambye 30 coros farinae siligineae dare et molendinum propriis impensis restaurare tenebitur,

aggerem vero incolae villarum Golambye, Balutow et Skoky restaurabunt et lapides molares ad illud molendinum ducent. XXI, 190.

2099. *In conventione generali Radomiensi, sabbato in profesto Pentecostes (10 mai).* Rex oppidum Lasszycze Lithuaniae de iure lithuanico, ruthenico in ius maydemburgense transfert, liberatque incolas eius ab omni iurisdictione dignitariorum M. D. Lithuaniae, capitaneorum, vicesgerentium, praesertim Myelniczensium, ac ministerialium, alias dzyeczki, et statuit in eo oppido quater annuatim nundinas: pro festis Ioannis Baptistae (24 iun.), Margarethae (13 iul.), Assumptionis V. M. (15 aug.) et Michaëlis (29 sep.), dando eis praetorium in loco digniori, sub quo aliqua macella cum camera rasoria seu tonsoria panni denuo construenda sint. XXI, 180.

2100. —— *sabbato vigilia Pentecostes (10 mai).* Rex ad petitiones Georgii Crupski, Chelmensis et Belsensis capitanei, privilegium super tenutam castri Hordlo cum villis, ei a se Vilnae, f. 3 infra octavas Epiphaniarum Domini (10 ian.) anno 1503 datum, de sigillo anullari in sigillum maius transfert. XXI, 215.

2101. —— *dominica Pentecostes (11 mai).* Rex ad petitionem Laurentii Vaczowski consensus regios ad redimendam villam Modrzycz, in conventione Lublinensi f. 3 post Valentini (17 feb.) anno 1484 et ad obligandam eam, in conventione Lublinensi, f. 4 ante Petri ad cathedram (18 feb.) anno 1484 a rege Casimiro Georgio Vaczowski datos, et inscriptionem 80 marcarum super sorte villae Modrzycz, a Georgio Modrziczki in rem Georgii Vaczowski Premisliae, f. 4 in crastino Stanislai in maio (9 mai) anno 1498 factam, approbat et insuper propter servitia fidelia eidem Georgii Vaczowski dat ei consensum obligandi villam praedictam Modrzycz cuicunque subdito regio et praesertim nob. Wassko Tusthanowski Nahorny. XXI, 181.

2102. —— *f. 3 Pentecostes (13 mai).* Rex ad petitionem Iacobi Syekluczki, castellani Voynyczensis et capitanei Byeczensis, litteras duarum inscriptionum per 500 fl. super bonis regalibus Rathno, tenutae eius, Cracoviae, f. 4 in crastino Thomae (22 dec.) anno 1501, et Vilnae, sabbato post Aegidii (2 sep.) anno 1503 a se praefato castellano datarum, de sigillo anullari in maius sigillum cancellariatus transfert. XXI, 183.

2103. —— „ —— Rex Conrado Vythchynvalth, quondam Varschoviensi, nunc vero Vilnensi civi, mercaturam exercenti, litteras moratorias hinc ad 4 annos dat, mandando dignitarii, officialibusque regni et MDLithuaniae, ut eundem Conradum ad instantiam alicuius pro quibuscunque debitis ante hunc salvum conductum contractis non iudicent, neque arrestent. JL. XXI, 183.

2104. —— „ —— Rex pro benemeritis Iacobo Syecluczski, castellano Voiniczensi et capitaneo Byeczensi, iuspatronatus et praesentandi duarum ecclesiarum parrochialium, videlicet in oppidis Pilzno et Jaslo in proximo per quorumcunque ipsarum rectorum et possessorum cessum vel decessum vacaturarum pro una vice donat. XXI, 184.

2105. —— „ —— Rex pro servitiis Ioanni Kowarski, curiensi suo, 230 fl. in statione 3 annorum de monasterio Andrzeyoviensi singulis annis solvi solita inscribit (litterae cassatae). XXI, 185.

2106. —— „ —— Rex Georgio Crupski de Orchow, Chelmensi et Belsensi capitaneo, 1000 fl. pol. de capitaneatu Chelmensi, Paulo de Jassyenicza, curiensi regio, inscripto, in villis regiis Rzeczicza, Zoraphcze, Vyrzrachanye, Tharnowska Vola, Kamyonka, Lubycz, ad capitaneatum Belsensem pertinentibus, una cum bonis Hrodlo, transfert et inscribit cum dationibus mellium et strągy nuncupatis. XXI, 217.

2107. —— *f. 4 post Pentecostes (14 mai).* Rex ad petitiones pro parte Martini Swyanczinowski, plebani in Trossyn, donationem 2 mansorum agri et certi prati in villa Czirmno ecclesiae in Trossyn ab Anna, Masoviae ducissa, in Czirmno, f. 3 Fabiani et Sebastiani (20 ian.) anno 1456 factam, approbat. JL. XXI, 186.

2108. —— *f. 4 infra octavas Pentecostes (14 mai).* Rex consentit Ioanni Knor, civi et mercatori Lublinensi, teloneum Lublinense obligare in 300 fl. nob. Andreae Schadurka, consuli Lublinensi, ultra summas 700 fl.: 500 in auro et 200 in $^1/_2$ gr., super eodem teloneo dicto consuli prius inscriptas. XXI, 184.

2109. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Firley de Dambrowicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, inscriptionem castri, civitatis et capitaneatus Lublinensis, Vilnae, f. 3 ante Petri (21 feb.) anno 1503 ei a se datam, innovat et de sigillo anullari in maius transfert (conf. № 693 sqq.). XXI, 188.

2110. —— *f. 5 post Pentecostes (15 mai).* Rex Paulum Chotheczki, castellanum Polaneczensem et exactorem Lublinensem, de omnibus exactionibus ab anno 1498 usque ad annum 1500 quietat. XXI, 185.

2111. —— „ —— Datus est notariatus terrae Visnensis Mathiae de Glynki per liberam resignationem Nicolai Gambeczki, eiusdem notariatus ultimi et immediati possessoris, sub forma cancellariae solita. r. XXI, 190,

2112. —— *f. 5 infra octavas Pentecostes (15 mai).* Rex propter fidelia servitia Ioan-

nis Andreae, subpincernae regni, Ioannis, Felicis et Iacobi germanorum de Buczacz ipsis oppidum Lithvynov in fluvio Slotalypa, in terra Haliciensi situm, et ad regem iure feodi post mortem Annae Lythvynowska devolvendum, iure haereditario donat. JL. XXI, 186.

2113. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 ante Trinitatis (15 mai).* Datus est consensus Stanislao Curopatwa ad redimendam villam regiam Msczymow, in terra Lublinensi sitam, de manibus Hieronimi Zaklyka de Myedzigorze in forma cancellariae solita. r. XXI, 191.

2114. —— *f. 6 post Pentecostes (16 mai).* Rex villam Rakovicze districtus Cracoviensis Andreae de Cosczyelyecz, capitaneo Bidgosthiensi, de manibus tutorum olim Henrici Slakyer, civis et mercatoris Cracoviensis, eximere admittit MD. XV, 214.

2115. —— „ —— Rex pro servitiis Nicolao Volski de Gawartowa Volya, regio et terrae Sochaczoviensis notario, vexilliferatum Sochaczoviensem ad vitam confert. XXI, 187.

2116. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Firley de Dambrovicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, litteras donationis villarum Lasskouicze, Czolna, in capitaneatu Lublinensi, Vilnae, f. 4 Petri ad cathedram (22 feb.) anno 1505 a se ei datas, de sigillo anullari in maius sigillum transfert. XXI, 189.

2117. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai Firley de Dambrowicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, litteras certae inscriptionis, Vilnae, f. 3 vigilia Petri ad cathedram (21 feb.) anno 1503 a se ei datas, de sigillo anullari in maius sigillum transfert. XXI, 189.

2118. —— „ —— Datus est notariatus Plonensis Nicolao Grambeczki per liberam resignationem Pauli Grambeczki, eius germani, sub forma cancellariae solita. r. XXI, 190.

2119. —— „ —— Datus est iudicatus terrae Ploczensis Paulo Grambeczki post mortem olim Pauli Rosczyssowski Zyemak certo modo vacans. r. XXI, 190.

2120. —— „ —— Rex, ad petitionem Jaroslai de Lassko, tribuni Siradiensis et molendinatoris in Schadek molendini equestris, confirmat litteras Wraczislai haeredis de Grozkow, castellani Zarnoviensis et capitanei Siradiensis, in Schadek, sabbato Gregorii papae (28 nov.) anno 1405 Paulo dicto Schomla super fundatione molendini consky extra oppidum Schadek datas. XXI, 298; MD. XXII, 16.

2121. —— *f. 6 ante Trinitatis (16 mai).* Rex propter servitia fidelia Ioannis Croviczky, decani Leopoliensis, notarii regii, Andreae et Manko, armenis de Leopoli, nonnulla bona sub iurisditione decanatus praedicti exsistentia de iure polonico seu armenico in ius maydenburgense transfert. JL. XXI, 191.

2122. —— *sabbato ante Trinitatis (17 mai).* Rex ad petitionem Ioannis Crowyczki, ecclesiae Leopoliensis decani, notarii regii, praelatis et canonicis ecclesiae Leopoliensis villam regalem Czyrcassi districtus Leopoliensis a praedecessoribus regibus quibusdam terrigenis ritus ruthenici, videlicet: Dimitr, Onyssko, Hryczko in certis summis inscriptam, et ripam liberam in confiniis villae regiae Michuczicze pro piscinis erigendis perpetuo donat. JL. XXI, 190.

2123. —— *sabbato vigilia Trinitatis (17 mai).* Rex villam Szyelonki in capitaneatu Cracoviensi et domum in arce Cracoviensi, in qua regina Elisabeth, mater sua, residet, Elisabeth, sorori suae, donat. XV, 213.

2124. —— „ —— Data est littera Ioanni Minor de Byechow, super subiudicatum Cracoviensis terrae, post mortem Ioannis Grodowskj vacantem. r. XIX, 180.

2125. —— „ —— Datus est consensus Bernardo Gvt resignandi capellam parrochialem in Solecz iurispatronatus Regiae Mtis Stanislao Tharlo. r. XIX, 180.

2126. —— „ —— Data est commissio granitierum Stanislao Tharlo inter bona ipsius haereditaria Modrzicze, Deblin, Bobrownykj, Mosczenycza et merica, dictam Swadne, et regalia oppidum Stazicza et villas Lang, Ryky, Swathy, commissarii vero deputati: Ioannes de Slupcza Sandecensis, Paulus Choteczki Polanecensis castellani, Nicolaus Fyrley, vexillifer Cracoviensis et capitaneus Lublinensis, Stanislaus de Cazanow, succamerarius Lublinensis, Ioannes de Szenno, Malogostensis castellanus et succamerarius Sandomiriensis. r. XIX, 180.

2127. —— „ —— Rex in causa controversiae inter baccalarium, civem et mercatorem Czechanoviensem, ex una, et iudaeum Ozar de Opoczno, ex altera partibus, pro certis pannis, per filium dicti iudaei Ozar Ioannem Juniwladislaviae emptis, sententiam fert. XXI, 215.

2128. —— *dominica Trinitatis (18 mai).* Rex ad supplicationem Iacobi de Glynky, tenutarii et capitanei Vysznensis, eidem inscriptiones ducum Masoviae Casimiri super 70 sexag. gr., Mathiae de Kyszyelnycza, capitaneo Vysznensi, in villa Janczewo de data Vyszna, f. 2 ante Catharinae (23 nov.) anno 1472 et Ioannis super 250 sexag. gr. Zawisio de Conradzecz, marsalco ducali et vexillifero Ploczensi, in villa Zebri de data in Vaszoschze, f. 2 Michaëlis (29 sep.) anno 1483 datas, innovat, et praedicto Iacobo de Glynky 500 fl., Adae de Szczuki, plebano in Kobylino, pro debito per Janusium Masoviae ducem in villis Przytuly, Candzyorowo et Lithwa,

ad castrum Vysznense pertinentibus, inscriptos et per eundem Iacobum exsolutos, in dictis bonis inscribit. MD. XXI, 185.

2129. *In conventione generali Radomiensi, dominica Trinitatis (18 mai).* Rex Iacobo. Rudgerzs, vicecapitaneo Rathnensi et tenutario villae regiae Hoscza, pro debito suo, quod Iacobo de Syecluka, castellano Voyniciensi et capitaneo Rathnensi, ratione eius itinerum ad Vladislaum, regem Hungariae et Bohemiae, debet, 200 marc. super praedicta villa Hoscza inscribit. XXI, 192.

2130. —— „ —— Rex significat, quia Bernardus advocatus de villa Lagow susceperit pro se et suis successoribus mellificia, pertinentia ad oppidum Szwolen seu in deserto oppidi Szwolen exsistentia, de quibus pro annuo censu regi solvere debet unam urnam alias pokow mellis. XXI, 192.

2131. —— „ —— Rex pro servitiis Nicolao Firley de Dambrowycza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, censum annuum super iudaeo Schabdey extra muros civitatis Lublinensis per 20 fl. hung., pro festo Nativitatis Christi annuatim solvendos hinc usque ad beneplacitum suum donat. XXI, 192.

2132. —— „ —— Rex ad petitionem nobilis Dzewczopolski, advocati bonorum regalium villae Ostrowy districtus Przedeczensis, propter amissionem privilegii, quod super ipsam advocatiam a praedecessoribus regibus habuerat, ad testimonium certorum testium novum privilegium super eandem advocatiam dat. XXI, 194.

2133. —— „ —— Rex ad petitiones familiae pinariorum alias Godzamby et praesertim, Ioannis Ludbranski, episcopi Posnaniensis, et Nicolai de Ludbrancz, palatini Calissiensis, Dorotheam, nob. et fam. Mathiae Czemerman, proconsulis et burgrabii Gedanensis, consortem, nobilitat, dando eidem arma eiusdem familiae: tres pinos virides in uno arbore eiusdem coloris, sub qua radices quinque glauci coloris pendent in campo flaveo. XXI, 196.

2134. —— *f. 2 in crastino Trinitatis (19 mai).* Rex iudaeis Posnaniensibus, qui propter paupertatem et paucitatem non possunt solvere censum annuum, nuper Stanislao Jaroczki inscriptum, iudaeos Gnyeznye et Myedzyrzecz incolentes adiungit, quoad praedicti census solutionem. XXI, 197.

2135. —— „ —— Rex ad petitiones reginae Elisabeth ratione servitiorum nob. Hedvigis Kczonowna virginis, eidem reginae exhibitorum, ei unum bancum salis Osswyanczimensis pro quolibet quartuali anni de zuppis Cracoviensibus ad vitam eius donat. XXI, 201.

2136. —— *f. 2 post Trinitatis (19 mai).* Rex cives et mercatores Leopolienses propter operam ad fortificandam et muniendam civitatem Leopolim in iuribus mercaturae civibus Cracoviensibus adaequat (litterae cassatae). XXI, 193.

2137. —— „ —— Rex cives et mercatores Leopolienses a solutionibus teloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium perpetuo liberat, ut civitas Cracoviensis per antecessores suos ab eisdem solutionibus liberata est. XXI, 203.

2138. —— „ —— Rex pro meritis Iacobi de Szydloviecz, thesaurarii regni et capitanei Lanciciensis, de villa ipsius haereditaria Sczmyelowo districtus Sandomiriensis oppidum quoque Sczmyelow iure maydemburgensi locare admittit, instituendo in eo fora annualia pro festivitatibus Floriani (4 mai), Hedvigis (15 oct.) et —, forum vero septimanale qualibet feria quinta. JL. XXI, 211.

2139. —— *f. 2 ante Corporis Christi (19 mai).* Rex Ioanni de Ludbrancz, episcopo Posnaniensi, et eius capitulo omnia privilegia, a praedecessoribus suis concessa, confirmat. JL. XXI, 218.

2140. —— *f. 3 post Trinitatis (20 mai).* Rex ad petitionem Iacobi de Glynky, capitanei Visnensis, privilegium, a se ei sub sigillo cancellariatus Cracoviae, f. 5 Priscae (18 ian.) anno 1504 datum, super villas Pyathnycza, Calinowo, Brunowo et Bozeyowo, in terra Vyssnensi sitas, approbat. MD. XIX, 186.

2141. —— „ —— Rex ad petitionem Iacobi de Glynkj, capitanei Vyssnensis, privilegium, a se ei sub sigillo cancellariatus in conventione generali Piotrkoviensi, sabbato in crastino Purificationis V. M. (3 feb.) anno 1504 datum, super 4 villas Pyathnycza, Calynowo, Brunowo et Bozeyowo, in terra Vyssnensi sitas, per regem ei pro 3200 fl. hung. perpetuo venditas, confirmat. MD. XIX, 188.

2142. —— „ —— Rex Iacobo de Schzydlowyecz, thesaurario regni et Lanciciensi capitaneo, mandat, ut propter debitum regium 50 fl. pro pannis a fam. Sztrusz, mercatore Cracoviensi, recipiat ad monetariam tantum argenti, quantum sufficeret pro solutione debiti praefati. R. XIX, 190.

2143. —— „ —— Deputati sunt commissarii ad faciendas granities inter bona regalia dicta Bobrowyecz, tenutae Ioannis, Andreae et Iacobi Dunynowye germanorum de Vyasd et Nicolai Kobylka de Mroczkowycze, ex una, et alia haereditaria dicta Cawyeczyn Petri Pucznyow-

skj, hii videlicet: Prandotha de Thrczyana, palatinus Ravensis, Nicolaus de Lubyathow, tribunus maior Siradiensis, Ioannes Jnek de Vnyenyn succamerarius, in absentia eius camerarius, Nicolaus de Byelawy subpincerna et Gregorius de Cresznyewycze, gladifer Lancicienses, et litterae in forma cancellariae solita datae sunt. r. XIX, 190.

2144. *In conventione generali Radomiensi, f. 3 post Trinitatis (20 mai).* Rex Ioanni Camienyeczki, tenutario bonorum regalium Busko, in summis, super bona eadem per dictum Ioannem datis, bona regalia Lopaczin cum villis, ad ipsa pertinentibus, videlicet: Oploczko, Chmielno, Nyemolow, Nyesznanow, Liaszki deserta, Sczvrowycze deserta, Mykolagyan deserta, Culikow deserta, ad vitam inscribit sub condicione aedificandi infra 4 annos a festo Ioannis Baptistae (24 iun.) castrum ligneum cum ysdbycze in praedicta Lopaczin inter paludes dictas Lopaczinskye blotha prope fluvium Stir. XXI, 193.

2145. —— „ —— Rex Mathiae de Drzewicza, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, ius patronatus et praesentandi praelaturarum, canonicatuum sive praebendarum in ecclesia cathedrali Premisliensi per cessum vel decessum possessorum dictarum dignitatuum pro trina vice donat. XXI, 195.

2146. —— *f. 4 post Trinitatis (21 mai).* Interpositum est vadium 500 marc. monetae et numeri in regno currentium inter Iacobum de Brzosthowyecz, iudicem Ravensem, ex una, et Hieronimum et Georgium Dobrogosthowye dicti germanos de Gosthomya, partibus ex altera; litterae datae sunt in forma cancellariae solita. r. XIX, 190.

2147. —— *f. 4 vigilia Corporis Christi (21 mai).* Similes litterae nobilitatis ut supra datae sunt nob. Georgio Hubathi de Pyesczany, rotmagistro Regiae Mtis, in forma praescripta (conf. supra № 1859). r. XIX, 190.

2148. —— „ —— Rex Ioannem Jordan de Zaklyczin, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem, de summa 826 fl., ad Helenam, Poloniae reginam, Cracoviae in absentia regis residentem, pro victu ac aliis necessariis extradita, ad rationem zupparum Cracoviensium quietat. R. XIX, 190.

2149. —— „ —— Data est quitantia ven. Iacobo de Buczacz, secretario Regiae Mtis, ad Ioannem Schamowsky, castellanum Conariensem et exactorem Lanciciensem, super exactionem schoss retentam, in civitate Jnowlodz a tempore coronationis Regiae Mtis. r. XIX, 190.

2150. —— „ —— Rex proconsuli et consulibus Cracoviensibus 5400 fl. hung., apud eos in mutuum receptos, super molendino regali Cuthlow dicto, ante valvam s. Nicolai ante muros Cracovienses sito, alias in duabus mensuris eiusdem inscribit. XXI, 196.

2151. —— „ —— Mtas Regia intuitu servitiorum Ioannis Strus de Comorow, capitanei Chmyelnicensis, ei 1000 fl. pecuniarum monetae et numeri polonicalis in regno currentis, in bonis Chmyelnik tenutae eius inscripsit et reformavit, adiungendo eandem 1000 fl. summam ad summas in eisdem bonis ei prius inscriptas sub hac tamen condicione, quod ipse Ioannes fortalitium seu castrum ibidem situm de lignis et roboribus alias vissdbicze a proximo festo Ioannis Baptistae (24 iun.) usque ad aliud festum Ioannis Baptistae immediatum construere, restaurare et reaedificare debet; quod si non fecerit inter ipsa duo festa Ioannis immediate se sequentia, extunc Regia Mtas ei 1000 fl. de summis in eisdem bonis sibi prius inscriptis defalcatura erit, iuribus etc. r. XXI, 197.

2152. —— „ —— Rex decretum inter Jacobum Bosthowski actorem et proconsulem et consules Cracovienses ratione certorum perlucrorum, per ipsum super Georgio Brennar, consule et librario Cracoviensi, obtentorum, in conventione generali Radomiensi, f. 5 Georgii (24 apr.) anno 1505 oblatum, approbat. XXI, 198.

2153. —— „ —— Datus est salvus conductus in M. D. Lithuaniae prov. Laurentio Grauscher, incolae oppidi Cowno, ad 4 annorum decursum, sub quibus possit suis creditoribus solvere et satisfacere, sub forma cancellariae consueta. r. XXI, 200.

2154. —— „ —— Rex Lucae Watzelrode, episcopo Varmiensi, ac ipsius ecclesiae bona regalia districtum Scharfaw, officium piscaturae, ad illum pertinens, et 60 naves anguillares, in almanico raithel vocatas, cum villis ad ea pertinentibus, in terris Prussiae consistentibus, perpetuo donat cum consensu redimendi haec bona, quae antea a rege Casimiro civibus Gedanensibus in certis summis oppignorata erant. XXI, 200, r. XXI, 201.

2155. —— „ —— Rex ad petitionem Adae Balynski de Morawsko, castellani Ripinensis, privilegium Casimiri Masoviae ducis super libertatem a solutionibus incolarum villarum ipsius Radomino, Sudragy, Balyno, in Ripin, die Ramispalmarum (15 apr.) anno 1375 datum, confirmat. XXI, 208.

2156. —— „ —— Rex Petro Schafranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Visliciensi, Radomiensi, Schochaczoviensi et quondam Mariemburgensi capitaneo, 3836 fl. hung. et 425 marc., debitos post factam cum eo rationem de capitaneatu Mariemburgensi, a die susceptionis usque ad diem resignationis eiusdem, super castro, oppido et capitaneatu Sochaczoviensi inscribit. XXI, 209.

2157. *In conventione generali Radomiensi, f. 4 vigilia Corporis Christi (21 mai).* Rex ad petitiones et benemerita Nicolai de Barthnyky, custodis Ploczensis et secretarii regii, oppidum ipsius haereditarium Myedzyborze, ex villa Pokrythy, in terra Ploczensi sita, erectum, ab omnibus exactionibus, teloneis, censibus hinc ad 10 annos liberat. XXI, 218.

2158. —— „ —— Rex pro servitiis in terris Russiae Ioanni Podhola rotmagistro, ad petitiones Ioannis Kamyenyeczki, tenutarii Busczensis, 2 laneos agri inter almani Tesznarek, ex una, et Marumschewski, partibus ex altera, agros consistentes, una cum piscina, in medio eorundem laneorum super fluvio Rokythnycza sita, per mortem nob. Dimitrowski lege caduca ad se devolutos, perpetuo donat. XXI, 219.

2159. —— „ —— Rex ad petitiones Ioannis de Ludbrancz, episcopi Posnaniensis, incorporat iurisdictioni ecclesiasticae praedium Wnyathky, in palatinatu Posnaniensi situm, quod Lucas de Gorka, castellanus Spiczimiriensis, ad bona eiusdem mensae episcopalis castellum Crobya, quibus contigua sunt, perpetuo inscripsit sub condicione, quod praefatus episcopus 6 marc. census annui in bonis praefati Lucae Swarandz per praedecessores ipsius pro cera luminarum in ecclesia cathedrali Posnaniensi ante aram maiorem ardere solitarum reformatas, in dictum praedium suscipiet. XXI, 222.

2160. —— „ —— Rex Paulum Jassyenski, curiensem suum, Prandothae de Trzacyana (Trczyna), palatino Ravensi, oppidum regium Byalemyasto alias Capinoss, in terra Sochaczoviensi situm, et villas resignasse testificatur. XXI, 238.

2161. —— „ —— Rex propter benemerita Bernardino, electo Leopoliensi, ius patronatus duorum canonicatuum et praebendarum in ecclessia metropolitana Leopoliensi divisim vel simul per cessum vel decessum quorumcunque eiusmodi praebendarum possessorum in proximo vacaturarum donat. XXI, 297.

2162. —— „ —— Rex ad petitionem Jaroslai a Lasko, tribuni Siradiensis, tertiam metretam molendini equestris Schadkoviensis pro dotatione mansionariorum in ecclesia parrochiali S. Mariae in Schadek assignat. XXI, 302; MD. XXII, 15.

2163. —— *f. 5 Corporis Christi (22 mai).* Rex Stanislao Kyerdey de Orynyn, tribuno Cameneczensi, de villa eius haereditaria Pilipkowcze dicta, penes fluvium Noschlawa, in terra Cameneczensi et districtu Skalensi sita, oppidum eo ipso vacabulo Pilipkowicze appellandum locare et erigere iure maydburgensi admittit. MD. XIX, 190.

2164. —— „ —— Rex Martinum Tlusthy, civem Leopoliensem, cum uxore eius Margaretha circa iura, quae super molendinum, in suburbio civitatis Leopoliensis ante portam Haliciensem situm, se habere praetendunt, ad 5 annos relinquit, et Stanislaum de Chodecz, castellanum et capitaneum Leopoliensem, de eo certiorem facit (litterae cassatae). MD. XIX, 192.

2165. —— „ —— Rex propter querelam Pauli, Nicolai et Ioannis de Maczenicze (Manczinicze) germanorum, quod Petrus Schaffranyecz de Pyeskowa Scala, castellanus Vislicziensis et capitaneus Radomiensis, advocatos in villa eorundem haereditaria Byalky alias Corzenyow subiectioni et servitio capitaneatus Radomiensis annexuit, decernit, quod sculteti eiusdem villae praefatis haeredibus oboediant et ipse capitaneus advocatos dictos iurisdictioni suae subicere non debeat. XXI, 199.

2166. —— „ —— Rex civibus Leopoliensibus de ipsorum civitate exactiones civilem unius anni et czopowe duorum quartalium, in hac conventione laudatas, donat, de quo Andream Herborth de Felsthyn, exactorem Leopoliensem, certiorem facit. JL. XXI, 199.

2167. —— „ —— Rex ad petitiones Swanthoslai Ostrowski et Nicolai, Stanislai haeredum de Zakrzow decretum certorum commissariorum occasione granitierum inter bona regalia villam Brodnya, ex una, et villas Jeszyersko et Zakrzow praefatorum nobilium haereditarias, partibus ex altera, de data in Brodnya, dominica Invocavit (9 feb.) anno 1505 approbat. XXI, 199.

2168. —— „ —— Rex confirmat litteras iudicii terrestris, Cracoviae, f. 3 post Reminiscere (22 feb.) anno 1502 datas et reformationem dotis et dotalicii Constantiae filiae Ioannis Staskowsky et uxoris Andreae de Radoschownycza in se continentes (conf. supra № 273). XXII, 13.

2169. —— *f. 6 in crastino Corporis Christi (23 mai).* Data est quitantia ratione expensarum nuntiorum terrae Siradiensis Jaroslao de Lassko, tribuno terrae eiusdem, et Petro Wspinek de Banthkow, super 30 marc. pecuniarum ad Ioannem Schamowsky, castellanum Conariensem et exactorem terrae Lanciciensis. r. XIX, 192.

2170. —— „ —— Rex pro servitiis Petro Rawcziczki, curiensi suo, exspectativam super portulaniam alias vrothnyczthwo castelli castri Cracoviensis, per cessum vel decessum, Ioannis Ressko vacaturam ad vitam dat. XXI, 200.

2171. —— *f. 6 infra octavas Corporis Christi (23 mai).* Rex Andream Rosa, ecclesiae Gnesnensis archiepiscopum, certiorem facit, quod omnia privilegia et donationes iurispatronatus, per regem Ioannem Albertum ad quascunque ecclesias arhidioecesis Gnesnensis datas, revocat et cassat. MD. XIX, 194.

2172. *In conventione generali Radomiensi, f. 6 infra octavas Corporis Christi (23 mai).* Similes litterae datae sunt Ioanni Konarski Cracoviensi, Vincentio a Przeramb Vladislaviensi et Ioanni de Ludbrancz Posnaniensi episcopis. r. MD, XIX, 194.

2173. —— „ —— Rex pro servitiis Nicolao Smyotanka, notario regio, 100 fl. hung. super villa regali Chodecz, in terra Chelmensi sita, tenutae eius, inscribit. XXI, 201.

2174. —— „ —— Rex pro meritis praesertim pro legatione Lithuaniam Nicolao de Crethkow, palatino Juniwladislaviensi, 150 marc. in $^1/_2$ gr. super bonis regalibus tenutae ipsius Damb et Dobyegnyewicze, in terra Cuyaviae et districtu Cowalensi sitis, inscribit. XXI, 201.

2175. —— „ —— Rex ad petitiones reginae Elisabeth, pro parte monialium tertiae regulae s. Francisci, videlicet: Elisabeth Maczinyna, Catharinae Borkowska, Catharinae Rogowska et Margarethae, Annaeque et Catharinae, extra muros oppidi Radom habitantium, oblatas, easdem moniales ab omnibus exactionibus, ad quas ratione domorum suarum, in quibus habitant, obligantur, hinc usque ad tempora vitae cuiuslibet ipsarum monialium liberat. XXI, 202.

2176. —— *sabbato post Corporis Christi (24 mai).* Rex propter scripta reginalia et querelam Hieronimi Leoncza, aurificis sui, proconsuli et consulibus, totique communitati civitatis Cracoviensis mandat, ut eundem artificem in labore non impediant, eidemque moram liberam in civitate permittant atque ab omnibus insidiis emulorum eum conservare curent. XIX, 192.

2177. —— *sabbato intra octavam Corporis Christi (24 mai).* Rex ad petitiones Nicolai Gardzyna de Ludbrancz, palatini Calissiensis, oppidi Cazymyerz, in terra Maioris Poloniae siti, haeredis, eidem oppido forum septimanale singulis feriis secundis et ius maydemburgense, quae circa fundationem oppidi a praedecessoribus suis donata erant, denuo confert. XXI, 202.

2178. —— „ —— Rex pro servitiis Ioanni Jarand de Brudzowo, castellano Calissiensi, 100 marc. super oppido regali Vartha tenutae eius inscribit. XXI, 202.

2179. —— „ —— Rex propter viam lutosam in villa Oprudowicze, Annae de Bybel, relictae Ioannis Swandivogii de Sthephankovicze, haereditaria, aggerem in locis illis eidem Annae construere mandat, instituitque aggerale a curru per 3 denarios, ab equo, pecoribus et pecudibus per 2 denarios, a mercatoribus ipsi Annae solvendos. XXI, 205.

2180. —— „ —— Rex ad petitionem Ioannis de Tarnow, palatini Russiae generalis, propter incinerationem privilegii super teloneum in oppido ipsius Sczyebrzeschyn per mercatores de oppidis Sambor, Zydaczow, Stryy, Yawor, Drohobycz, Lubaczow super oppidum Sczyebrzeschyn cum bobus, sale et mercibus versus Lyvblyn, Crasznysthaw, Thurobyn et Kazymyrz pergentes, qui a bove unum grossum, a curru mercibus onerato 2 grossos, a curru salis de Drohobycz 600 salis tolvas solvere consueverunt, novum privilegium simile super dictum teloneum eidem palatino dat. XXI, 205.

2181. —— „ —— Rex ad petitionem Martini Skothnyczki de Boguria, castellani Zawichostensis, privilegium super castellaniam praedictam Vilnae, f. 6 die Gotardi (5 mai) anno 1503 a se datum, de sigillo anullari in maius transfert. XXI, 206.

2182. —— „ —— Rex pro servitiis Ioanni de Carwowo, notario regio, 2 laneos agri alias sortem post nob. olim Mathiam Paluchowska nuncupatam in bonis Podgorne Carwowo, in terra Ploczensi sitis, ad regem lege caduca devolutam, perpetuo donat. XXI, 207.

2183. —— „ —— Rex cassando litteras superiori tempore datas Nicolao de Curoszwaki, palatino Lublinensi, 2612$^1/_2$ marc. sui debiti et 800 fl. hung. debiti Casimiri regis de bonis ipsius haereditariis, exceptis bonis Cosczyelnyki, quae Spithko de Jaroslaw, castellanus Cracoviensis, in 1000 fl. tenet, in bona regalia, castrum et civitatem Siracz et Schadek cum villis, ad eadem bona pertinentibus, transfert. JL. XXI, 232.

2184. —— „ —— Rex Petro Schafranyecz de Pyeschcowa Skala, castellano Vislicensi, Radomiensi, Sochaczoviensi et quondam Mariemburgensi capitaneo, ratione cum eo super proventibus capitaneatus Mariemburgensis facta, 3836 fl. hung. et 435 marc. ei debitos, in capitaneatu Sochaczoviensi, de consensu consiliariorum regni, inscribit. JL. XXI, 313.

2185. —— *dominica infra octavas Corporis Christi (25 mai).* Datus est consensus Ioanni de Osszwyanczym, theologiae professori, Cracoviensi et Sandomiriensi canonico, resignandi canonicatum et praebendam Sandomirienses in personam Stanislai Lipnyczki, canonici ecclesiae collegiatae Posnaniensis, in forma cancellariae solita. r. XIX, 191.

2186. —— „ —— Data est quitantia Mathiae Odrziwolsky, curiensi regio, super 25 marc. pecuniarum ratione servitii ad abbatem Szyecziehoviensem ad rationem stationis regi singulis annis provenientis. r. XIX, 196.

2187. —— „ —— Rex ad petitiones Martini de Mrokow, castellani Liuensis et capitanei Warschoviensis, et Ioannis, custodis Warschoviensis et canonici Ploczensis, germanorum, suo et fratrum suorum omnium familiae domesticae Brody nominibus, Iacobum de Brzezyna, MDLithuaniae indigenam et boyarum, vicethesaurarium Annae, Masoviae ducissae et gubernatricis, donando ei arma Brody: in clipeo flaveo seu campo caelestino tres cruces albas inivicem coniunctas, quasi ex una distincte prodeuntes, nobilitat. JL. XXI, 218.

2188. *In conventione generali Radomiensi, dominica Urbani (25 mai).* Rex pro meritis Andream de Radzyeyowycze, castellanum Sochaczoviensem, in tenuta oppidi regii Msczonowo et villae Zathor, ad dictum oppidum spectantis, in terra Sochaczoviensi sitorum, in certa summa per regem Ioannem Albertum eidem inscripti, ad tempora vitae eius relinquit. MD. XIX, 191.

2189. —— *f. 2 infra octavas Corporis Christi (26 mai).* Datum est vadium inter nobb. Petrum Chwal, ex una, et Paulum, Stepan, Chwyedor, fratres de Boyary, ex altera partibus, 100 marc., ut inter se iure pro omnibus iniuriis et non violentia experiantur, ad capitaneum Premisliensem Stanislaum de Vyssnycze. r. XIX, 192.

2190. —— „ —— Rex Iacobo de Schidloviecz, regni thesaurario et capitaneo Lanciciensi, in absentia eius vicecapitaneo, mandat, ut res mercatoriae, in domo olim Borscha latronis et crassatoris viarum captivi repertas, mercatoribus Posnaniensibus Nicolao Gelenyewski, Ioanni Borkaczer, Georgio Lydnar, Nicolao Cruczek, per dictum Borscha depraedatas, accipiat. XXI, 203.

2191. —— „ —— Datum est privilegium Janussio Swirczowski curiensi super advocatiam in Crasne, villa districtus Chelmensis, sed ex improvisione seu casu quodam non erat regestratum; tamen postquam compertum est illud hic non contineri, regestratum est ex originali in alio regestro eiusdem domini cancellarii post hunc sequenti inter litteras paulo plus quam post annum a data praesentium Vilnae emanatas, ibique queratur cui necesse erit. r. XXI, 203.

2192. —— „ —— Rex incolis oppidi Kazymyrz Nicolai Gardzyna de Ludbrancz, palatini Calissiensis, haereditarii, in terris Maioris Poloniae siti, quod tempore episcoporum Lubuczensium stationes regi solvebat, 6 marcas de statione 20 marcarum ad 6 annos indulget. JL. XXI, 204.

2193. —— „ —— Datus est consensus exemendi bona regalia praedium Pnyewy, in terra et districtu Bresthensi situm, Stanislao Zabynski, canonico Wladislaviensi, sub forma cancellariae consueta. r. XXI, 204.

2194. —— „ —— Rex consulibus Cracoviensibus molendinum regale Cuthlow dictum sub valva civili s. Nicolai foras muros civitatis Cracoviensis, seu duas mensuras in tanta summa, in quanta est eisdem a rege inscriptum, fam. Zayffrido, consuli Cracoviensi, obligare admittit. JL. XXI, 204.

2195. —— „ —— Rex Nicolao (Chrapicki) episcopo Culmensi bona regalia civitatem Culmen cum castris et districtibus Starogrod et Papow et villis, ad ea pertinentibus, in terris Prussiae sitis, perpetuo donat, quae bona episcopus et eius successores propriis pecuniis eliberare tenebuntur. JL. XXI, 204.

2196. —— „ —— Rex Georgio Crupski de Orchow castrum Belsense ruinosum propriis pecuniis restaurare mandat, promittitque ei restituere impensas ad eandem restaurationem. XXI, 216.

2197. —— *f. 2 post Urbani (26 mai).* Rex Martinum Tlusthy, civem Leopoliensem, cum consorte eius Margaretha, post exhibitionem iurium super molendinum, ante portam Haliciensem in suburbio Leopoliensi situm, in possessione eiusdem molendini ad 5 annos relinquit, et de hoc Stanislaum de Chodecz, castellanum et capitaneum Leopoliensem, certiorem facit. MD. XIX, 192.

2198. —— „ —— Rex ad supplicationem Vincentii de Gosd, iudicis districtus Lukoviensis, propter depopulationem per Tartaros multorum privilegiorum et praesertim litterarum donationis praefati iudicatus, per decessum Iacobi Skromowsky vacantis, et per Ioannem Albertum regem in personam eiusdem Vincentii factae, praefatum Vincentium in dicto officio iudicatus terrestris Lukoviensis ad tempora vitae eius relinquit. XIX, 193.

2199. —— „ —— Rex ad petitionem nob. Ioannis Grothek, sculteti villae Glyna districtus Brzezinensis, privilegium super scultetiam dictae villae de data in Kazanowo, f. 3 in octava Stephani (2 ian.) anni 1364 ob eius vetustatem renovat et approbat. MD. XIX, 193.

2200. —— *f. 3 post Corporis Christi (27 mai).* Rex instrumentum resignationis bonorum Strykow Ioanni a Lasco, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellario, in conventione Radomiensi generali, feria 5 in octava Corporis Christi (sic! 29 mai) anno 1505 datas, confirmat; litterae in libro metrices regni propria manu Matthiae de Drzewicza episcopi Premisliensis et regni vicecancelarii subscriptae sunt tali modo: „Math. D. epus et vice^{rius} spt.“. XV, 221.

2201. —— „ Data est quitantia Iacobo Szyekliczky, castellano Voyniciensi, ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super 10 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 194.

2202. —— „ —— Data est quitantia Stanislao de Sprowa, capitaneo Oppocznensi, super 6 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XIX, 194.

2203. —— „ —— Data est quittantia Bosthowsky canonico Cracoviensi super 4 ban-

cos salis ad zupparium Cracoviensem Ioannem Jordan, ad rationem zupparum Cracoviensium r. XIX, 194.

2204. *In conventione generali Radomiensi, f. 3 infra octavas Corporis Christi (27 mai).* Rex ad petitiones Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, et Stanislai de Chodecz, castellani et capitanei Leopoliensis, tribunatum in Camyonka Andreae Vyssoczski de Vynnyki ad vitam confert. XXI, 206.

2205. —— „ —— Rex testificatur Petrum haeredem in Pleczka Damkowa suo et fratrum suorum germanorum iuniorum Iacobi et Alberti nomine, habens secum Ioannem Rozdrazewsky patrum et Petrum de Opalnyenycza, castellanum Landensem, avunculum suos, tutelam omnium bonorum suorum et fratrum germanorum iuniorum in terra Lanciciensi et Dobrzinensi Alberto Gorsky, scholastico Vladislaviensi, secretario regio, avunculo suo germano, commisisse. XXI, 208.

2206. —— „ —— Rex Nicolao Januschowski, curiensi suo, certam summam in sorte villae regalis Januschovicze, de manibus nob. Losch redempta, inscribit. JL. XXI, 212.

2207. —— „ —— Rex capitulo Posnaniensi et mensae communi capitulari praelatorum et canonicorum ecclesiae eiusdem Posnaniensis ius patronatus ecclesiae parrochialis et illam ipsam ecclesiam cum omnibus eius proventibus et pertinentiis in oppido regio Msczonow, terrae Masoviae, districtus Sochaczoviensis, dioecesis Posnaniensis, donat et incorporat sub condicione, ut iuspatronatus canonicatus et praebendae, quam nunc Felix de Drzevicza, canonicus Posnaniensis, tenet, reges perpetuis temporibus habeant JL. XXI, 219.

2208. —— „ —— Rex ad petitiones Bernardi, electi ecclesiae metropolitanae Leopoliensis, et Derslai Vylczek, succamerarii Leopoliensis, germanorum de Lubyenyc suo et fratrum suorum familiae domesticae Rozarum nominibus, Stanislaum, modernum vicecapitaneum Grodeczensem, ad arma seu insigne Poray praefatorum germanorum incorporat et nobilitat, dans ei insigne: in clypeo seu campo rubeo rosam foliorum quinque albam in cuius medio nodus seu surculus aureus, a quo flos et floris folia surgunt. JL. XXI, 235.

2209. —— „ —— Rex ius patronatus ecclesiae parrochialis in Colo Mathiae de Drzewicza, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, in personam Alberti de Sthawyschyn, psalteristae ecclesiae cathedralis Cracoviensis, donat. XXII, 4.

2210. —— *f. 3 post Urbani (27 mai).* Rex Iacobo Szyekliczky, castellano Woyniciensi, Bieczensi et Rathnensi capitaneo, mandat, ut propter senium antiqui thiwin in oppido regio Rathno filium istius antiqui thiwin, dictum Thisko, ad id officium thiwnatus, si idoneus fuerit, eligat. XIX, 192.

2211. —— „ —— Rex Aucto, Janda et Georgio, fratribus germanis de Panyow, sortem bonorum regalium oppidorum: Stry, Zydaczow, ... ycia, Pyothrkow et Czorsthin de manibus fratris ipsorum germani Venceslai, ad ipsum ex divisione inter se facta concernentem, eximere admittit. MD. XIX, 193.

2212. —— *f. 4 infra octavas Corporis Christi (28 mai).* Rex testificatur Paulum Czarny de Wythowycze, tenutarium Osszwyanczimensem, 36 fl. hung. census, sibi in teloneo Osszwyanczimensi tenutae ipsius per regem inscripti, Mathiae, episcopo Premisliensi et regni Poloniae vicecancellario, pro 700 fl. hung. in vim reemptionis alias nawyderkoff vendidisse. JL. XIX, 2; XXI, 206.

2213. —— „ —— Rex Ioanni Rapstinsky, marschalco curiae regiae et capitaneo Sandomieriensi, Stanislao Schaffranyecz, succamerario curiae regiae et capitaneo Novae Civitatis Corczin, mandat, ut vadium 2000 fl. hung. inter Nicolaum de Curozwanky, palatinum Lublinensem, ex una, et Adam, filium eius, ex altera partibus, vallatum, in libros suos castrenses inscribant. MD. XIX, 194.

2214. —— „ —— Transumptae sunt litterae Iacobo Syeklyczkj super reservationem burgrabiatus Cracoviensis prius sub sigillo anullari datae in sigillum cancellariatus, eaedemque litterae prius sub signeto datae continentur in regestro rev. domini Ioannis de Lasko, moderni cancellarii, tunc secretariatum supremum gerentis r. XXI, 172.

2215. —— „ —— Eidem innovatae sunt litterae sub sigillo anullari super tenutam Ratinensem datae in sigillum cancellariatus, quae litterae sic transumptae et innovatae continentur de verbo ad verbum in regestro secretariatus rev. domini Ioannis de Lasko, moderni cancellarii, cuius data in illo regestro erat Cracoviae, f. 5 proxima post Luciae (16 dec.) anno 1501. r. XXI, 172.

2216. —— „ —— Innovata est donatio burgrabiatus. r XXI, 177.

2217. —— „ —— Rex Petro Schafranyecz de Pyeskova Skala, castellano Visliciensi, Radomiensi, Sochaczoviensi et quondam Marienburiensi capitaneo, 3736 fl. hung., debitos ex ratione super censibus et perceptis de capitaneatu Marienburiensi a die susceptionis usque ad diem resignationis eiusdem cum eo facta, super bonis regalibus castro, oppido et capitaneatu Schochaczoviensi, tenutae eius, asseeurat. XXI, 207.

2218. *In conventione generali Radomiensi, f. 4 infra octavas Corporis Christi (28 mai).* Rex ad petitionem Stanislai Maldrzyk de Chodwancze, tribuni Leopoliensis, concordiam inter ipsum Maldrzyk et Auctum de Panyewo ac fratres eius germanos occasione silvarum inter Ownya et Bylyecz per certos arbitros Leopoli, f. 5 in crastino Circumcisionis Domini (2 ian.) anno 1505 factam, approbat. XXI, 210.

2219. —— *f. 6 octava Corporis Christi (29 mai).* Rex Stanislaum Mylanowski, vicethesaurarium curiae, ianitorem seu custodem cubiculi sui nominat (initium deest). MD. XV, 210.

2220. —— „ —— Rex Jaroslao, magistro coquinae regiae, officium ianitoriae alias custodiae cubiculi regii in castro Cracoviensi alias loznyczthwo pro tribunatu terrae Gostinensis cum Stanislao Mylanowski, vicethesaurario curiae regiae, commutare consentit. MD. XV, 210.

2221. —— „ —— Rex nob. Chvyethko Byel, ianitori aulae suae, tres areas alias dworzyscza in villa Byelynki districtus Samboriensis iure haereditario donat. MD. XV, 211.

2222. —— „ —— Rex significat se officium dictum portatura alias noszyczthwo in zuppis Wyeliciensibus, post mortem Sassyni Trambski vacans, Stanislao Mylanowski, vicethesaurario curiae anno, 1494 feria 3 post festum Epiphaniarum Domini (7 ian.) dedisse. MD. XV, 211.

2223. —— „ —— Rex Stanislao Mylanowski, vicethesaurario curiae, officium tribunatus terrae Gostinensis pro officio ianitoriae alias custodiae cubiculi regii in castro Cracoviensi alias loznyczthwo cum Jaroslao, magistro coquinae regiae, commutare consentit (finis deest). XV, 211.

2224. —— „ —— Nicolaus Sworski de Bedlno iudex et Stanislaus Lithvos de Cazanow, succamerarius Lublinensis terrae et subiudex terrae Sandomirienses, significant quomodo et quando in curia Alexandri regis, protunc in Radom pro tribunali in generali conventione Radomiensi iudicantis, residebant, constitutus coram eis Nicolaus de Curozvanki et de Strykow haeres, palatinus Lublinensis ac Siradiensis et Schidloviensis capitaneus, recedendo a suo districtu Lanciciensi, recognovit, quia oppidum Strykow cum fortalicio et villis Czessarka, Blandowa Volya, Ossek, Rokythnycza, Warzissowicze, Syrna, Dobra, Sekuly, cum campo Colczino, silva Rokithky, iurepatronatus, advocatia et teloneo in Strykow pro 500 marcis mediorum grossorum Ioanni de Lassko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellario, vendiderit et resignaverit. XV, 221.

2225. —— „ —— Rex Ioanni Felici de Buczacz, incisori suo, villas Czernyechow et Podbuz districtus Samboriensis ad vitam possidendas donat. MD. XV, 222.

2226. —— „ —— Rex Iacobo de Szyeklwka, castellano Voyniciensi, et eius consorti Beatae advocatiam Bieczensem in terra Cracoviensi, ei a rege Ioanne Alberto inscriptam, ad vitam eorundem coniugum concedit. MD. XIX, 194.

2227. —— „ —— Data est quitantia Dvnyn de Pancrowicze, curiensi regio, ad rationem servitii sui 150 fl. in $^1/_2$ gr. ad Ioannem de Przeramb, castellanum et collectorem Siradiensem. r. XIX, 195.

2228. —— „ —— Data est quitantia Mathiae Odrziwolsky, curiensi regio, ad rationem servitii ad abbatem in Wachoczsko 40 marc. pecuniarum ad rationem stationis per eundem abbatem singulis annis solvi solitae. r. XIX, 195.

2229. —— „ —— Rex facta ratione cum Nicolao Lanczkoronskj de Brzezye de exactionibus terrestribus publicis, per universum regnum collectis, 2 annorum 1503 et 1504, super summas: per eum perceptam 41888 fl. 26$^1/_2$ gr. et per eum extraditam servilibus pro defensione et aliis arduis regni necessitatibus 49270 fl. 20 $^1/_2$ gr., eundem Nicolaum Lanczkoronski de summa praefata quietat, testistificaturque summam expositorum 7381 fl. 24 gr. summam perceptorum superare. MD. XIX, 196.

2230. —— „ —— Rex Nicolao Lanczkoronski de Brzezye summam 7381 fl. 24 gr. in $^1/_2$ gr., facta cum eo ratione super exactionibus actualium civitatis et totius terrae Cracoviensis, necnon aliis civitatibus, oppidis et villis Leopoliensis et Sanocensis terrarum ac districtuum earundem, atque in oppido Bvsko, in terra Belsensi sito, in residuitatibus retentis eiusdem exactionis anni 1504 et tota exactione czopowe nova, nuper in hac conventione anni 1505 instituta, inscribit. MD. XIX, 197.

2231. —— „ —— Litterae universales Alexandri regis ad dignitarios, officiales et terrigenas regni de exigenda exactione ducillorum alias czopowe ad unum annum; exactores fuere: Nicolaus Lanczkorunskj de Brzezye et Nicolaus Jordan de Zakliczyn, depositarii vero Iacobus de Schydlowyecz, thesaurarius regni, et Nicolaus Lanczkorunskj de Brzezye. MD. XIX, 199.

2232. —— „ —— Rex Ioanni Zaramba de Calynowa, capitaneo Maioris Poloniae generali, hortum cum piscina, in anteurbio Posnaniensi iuxta piscinam castrensem et molendinum torquatile situm, de manibus Pauli Valkyer, civis Posnaniensis, et aliorum emere consentit. XXI, 209.

2233. —— „ —— Datus est consensus Nicolao de Brzezye, tenutario Lanczkoronae, exemendi villam Solyecz, in districtu Drohobiczensi et terra Premisliensi sitam, de manibus Io-

annis Cramarz et Barbarae, filiae olim Stanczel et Janussii, olim oppidanorum Drohobiczensium, iuxta formam cancellariae consuetam. r. XXI, 209.

2234. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 octava Corporis Christi (29 mai).* Datus est consensus eidem Nicolao de Brzezye, tenutario Lanczkoronae, exemendi villam Jszdebnyk, in districtu Drohobiczensi et terra Premisliensi sitam, de manibus nobb. Kitharowski et eius consortis et Romowski similiter et eius consortis, de manibusque consanguineorum et successorum Januschek Malyeczkowski, iuxta formam cancellariae consuetam. r. XXI, 209.

2235. —— „ —— Datus est consensus Andreae Stadnyczki de Smygrod exemendi villam regiam Knyehynycze, in terra et districtu Premisliensi sitam, de manibus Petri Dambrowski, iuxta formam consuetam. r. XXI, 209.

2236. —— „ —— Rex ad petitiones nobilis Lazur Rodewycz (Radewycz) de Hunuczkowscze cum nob. Rinyecz, nepote eius, de ibidem, inscriptionem 100 marc, Ioanni Fyol de Konariow super villa Wnvskowscze a rege Vladislao III Cracoviae, f. 5 post Epiphaniae (8 ian.) anno 1439 datam, approbat. XXI, 212.

2237. —— „ —— Ioannes Cracoviensis et Ioannes Posnaniensis episcopi, necnon Ioannes Zaramba de Calinowa, capitaneus Maioris Poloniae generalis, iudices a rege deputati in causa Gothardi et Ioannis, puerorum olim Ioannis Godczalek de Posnania, contra advocatum et scabinos Posnanienses, qualiter ipse advocatus in causa certi debiti paterni, quam coram eo cum quodam Iacob iudaeo de Curnik ipsi pueri habuerant, appellationes ad regem et capitaneum admittere nolebat, vadium 1000 fl. hung., inter praefatos pueros et Ioannem Smygyel, civem Posnaniensem, vitricum eorum, ex una, et consules ac seniores communitatis civitatis Posnaniensis, ex altera partibus, imponunt et decernunt appellationes partis dictos cives Posnanienses prohibere non debere. XXI, 213.

2238. —— „ —— Rex in causa Annae, relictae Conradi, Masoviae ducis, per Ioannem de Zamyenye, palatinum Masoviae, Alexium castellanum Czirnensem et Laurentium Praszmowski, vexilliferum Vischogrodiensem, et alios dignitarios ducatus Masoviae delatae, qualiter thesauros, per mortem mariti sui derelictos, absque scientia et praesentia consiliariorum contractasset, parafarnalia valoris 20000 fl., quae secum in ducatum intulit, apud se retineret, litteras Nicolai Radivilli, palatini Vilnensis, super 20000 fl. dotis suae apud se absconditas haberet, praefatis dignitariis silentium perpetuum imponit. XXI, 214.

2239. —— „ —— Regia Mtas dedit venatoriatum Lanciciensem Nicolao Goslubski, post mortem Stephani Slonski vacantem. r. XXI, 215.

2240. —— „ —— Regia Mtas Laurentio Breski dedit notariatum Brestensem terrestrem, per liberam resignationem et cessionem Ioannis Sluzewski, cancellarii Crussviciensis, vacantem. r. XXI, 215.

2241. —— „ —— Rex oppidum regale Cowale, in terra Cuiaviae situm, igne devastatum, ab omnibus exactionibus hinc ad 6 annos, a podvodis autem ad 3 annos liberat. XXI, 216.

2242. —— „ —— Regia Mtas ad preces certorum consiliariorum pro Christophoro Taslik Nuhorski Suae Mti factas, qui Taslik allegabat caristiam esse carnium in oppido Czyeschkouicze suae tenutae eo, quod illuc carnifices raro pecora et pecudes mactaverint, carnes, quoque gravi praetio venderint: instituit in eo ipso oppido forum liberum carnium septimanale qualibet feria secunda alias liberam venditionem carnium vulgariter sochaczki dictam per cuiuscunque status homines, quibuscunque placuerit sive frustatim, sive integre exercere, cuius fori liberi ratione unam armillam carnium a quolibet pecore et pecude vendentes illi daturi erunt Suae Mti et in praesentiarum Christophoro, quam diu illa bona tenebit; haec tamen fori institutio ad voluntatem et beneplacitum regium concessa est, non derogando iuribus advocatorum oppidi illius et quorumvis subditorum. r. XXI, 220.

2243. —— „ —— Rex Severino Herbordo de Felschthyn, notario regio et plebano ecclesiae in Drohobycz, in locis lutosis in villa Dubrowlany, ad ecclesiam parrochialem in Drohobycz spectante, pontes, aggeresque alias gaczy construere et reparare admittit, statuitque pontale a curru sale et mercibus onerato per 4 denarios. JL. XXI, 220.

2244. —— „ —— Rex ad petitiones proconsulis et consulum oppidi Skrzyn certa privilegia, ad illud oppidum pertinentia, a Salomone abbate Suleyoviensi producta, videlicet: confirmationem iuris theutonici, a rege Vladislao II Cracoviae, f. 3 post Ramispalmarum (27 mar.) anno 1431, non exactionem telonei a civibus et cmethonibus domus Suleyoviensis a duce Vladislao apud Suleyow, in vigilia Ioannis Baptistae (23 iun.) anno 1338, institutionem fororum annualium in oppido Scrzyn in conventione generali Piotrkovienei, f. 5 ante Philippi et Iacobi (27 apr.) anno 1458, et institutionem fraternitatum artificiorum in eodem oppido, in conventione generali Radomiensi, f. 4 post Visitationis V. M. (5 iul.) anno 1469 a rege Casimiro IV, datas, confirmat. JL. XXI, 222.

2245. —— „ —— Rex significat, quia Janussius Swirczowski, tenutarius in Ropczycze,

et Mathias Lascz, terrigena regni, contractum inter se fecerint, quo Lascz ius suum et proprietatem in bonis regiis Plonka praefato Janussio cessisset post solutionem sibi per dictum Janussium 150 marc. XXI, 226.

2246. *In conventione generali Radomiensi, f. 5 octava Corporis Christi (29 mai).* Rex ad petitionem Iwaskonis, wladicae Chelmensis, privilegium libertatis wladicarum Chelmensium ab iurisdictione dignitariorum et officialium regni a rege Vladislao III in Waradzyno, sabbato vigilia Bartholomaei (23 aug.) anno 1444 datum, et decretum certorum commissariorum super pensione mellis in Chelm, f. 2 Purificationis V. M. (2 feb) anno 1456 latum, ratificat. XXI, 226.

2247. —— „ —— Rex Mathiae, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, ius patronatus et praesentandi ecclesiae parrochialis in oppido regio Sambor per cessum vel decessum eiusdem ecclesiae rectoris et possessoris pro una vice donat. XXI, 227.

2248. —— „ —— Rex Falislao Zablothny de Jarnolthi, terrigenae Viznensi, 5 mansos mensurae culmensis inter loca golabyel nuncupata, ab una, et inter bona haereditaria nobb. Domasthoch, Modzele et Maczychi, partibus ab altera, et extensos usque ad granities Mathiae Swyderski ex opposito fontis Domastoch inter ipsa bona Viznensia consistentes, donat pro 4 mansis haereditariis contiguis villae regali Zanklewo, per olim Janussium Masoviae ducem receptis et dictae villae adiunctis, pro quibus a Iacobo de Glinky, tenutario Viznensi, memoratus dux ipsi Falislao 5 mansos desertos ubicunque in terra Viznensi in vim cemmutationis dare debuerit. XXI, 217.

2249. —— „ —— Rex ad petitionem Ioannis Bochnyczki de Olesznycza privilegium super fora annualia et septimanalia in oppido eius haereditario Camyonka, a Casimiro IV rege in conventione Radomiensi, f. 4 vigilia Margarethae (12 iul.) anno 1469 datum, confirmat. XXI, 232.

2250. —— „ —— Rex ad informationem Andreae archiepiscopi Gnesnensis, quomodo mercatores et ceteri homines per viam seu stratam publicam de Masovia versus Lanciciam per fluvium dictum Mroga euntes, inter oppidum Byelawy, ex una, et villam Byelawka, partibus ab altera, in haereditate et sorte nobb. Ioannis, Stanislai, Casper, Derslai et Iacobi de eodem oppido Byelawy, in terra Lanciciensi, germanorum, consistentem, pontem non habent, dictis germanis pontem illuc construere mandat et instituit pontale a curru per 3, ab equo per 2 et a pecore per 1 denarium per mercatores solvendum. JL. XXI, 234.

2251. —— „ —— Rex ad petitionem Iacobi Casparis de Orzechowyecz, terrigenae regni, in fluvio Bug, per villam ipsius Dorohowsko fluenti, pontale a curru mercibus onerato per unum quadrantem, a curribus non oneratis per 2 denarios, ab equo, pecude, pecore, homine pedestri per unum denarium et ab equestribus per 2 denarios ei exigere admittit. JL. XXI, 237.

2252. —— „ —— Rex ad vota et ratione servitiorum Stanislai de Lypowyecz, notarii regii, suo ac Nicolai et Ioannis germanorum, aliorumque haeredum villarum Novae et Antiquae Lypowyecz, in terra Plocensi et districtu Zawkrzensi sitarum, praefatis villis ius culmense donat. XXI, 237.

2253. —— „ —— Rex ad petitiones Bernardini, electi Leopoliensis, ius patronatus et praesentandi duorum canonicatuum sive praebendarum in ecclesia cathedrali Leopoliensi per cessum et decessum pro una vice ei donat. XXI, 244, 245.

2254. —— *f. 6 post Urbani (30 mai).* Rex ad petitiones consulum et totius communitatis oppidi Gyelnyowo districtus Oppocznensis privilegium Casimiri IV regis super tria fora annualia et fora septimanalia eidem oppido Gyelnyow, in Oppoczno f. 5 die Ascensionis Domini (15 mai) anno 1455 datum, propter sigilli destructionem renovat et confirmat. MD. XIX, 195.

2255. —— „ —— Rex Iacobum de Schydloviecz, thesaurarium regni, post factam rationem cum eo per medium Andreae Rosa, archiepiscopi Gnesnensis, et Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, de summa 10693 fl. 30 gr. de exactionibus publicis ad annum 1504 et de summa 2065 marc., de manibus collectorum exactionum earundem et notariorum regalium recepta et in manus olim Petri Kmytha de Wissnicze, palatini Cracoviensis, de mandato regio soluta, quietat. MD. XIX, 196.

2256. —— „ —— Rex testificatur Vincentium Swidwa de Schamothuli ac Ioannem, Andream et Grzinka, fratres germanos de Puthnowo, talem bonorum suorum paternorum Varzimowa et villarum, ad illam spectantium, fecisse inter se divisionem: Vincentio Swidwa cesserunt fortalitium Warzimowo et villae Przewoss, Bronyssewo et medietas oppidi Nothess ac Rakowo cum molendino dicto Cosschewo, praefatis vero Andreae, Ioanni, et Grzinka — villae Zagorzicze, Biskupicze et Carzpol. MD. XIX, 197.

2257. —— *f. 6 in crastino octavae Corporis Christi (30 mai).* Rex ad petitionem Hieronimi Hoffman, civis Posnaniensis, certam sententiam commissariorum in causa eius cum

Vilhelmo Kran ac Henrico Koch latam Posnaniae, f. 4 vigilia Corporis Christi (17 iun.) anno 1500, confirmat. JL. XXI, 213.

2258. *In conventione generali Radomiensi, f. 6 post octavas Corporis Christi (30 mai).* Rex Hieronimum de Lanzenycze tutorem Nicolai et Ioannis, minorennium filiorum olim Pacossii de Zwola, eorumque bonorum Ricziwol cum adiacentibus, olim Elisabeth de Vyasd, matri dictorum puerorum, per Ioannem Dunyn de Vyasd, fratrem germanum, ratione dotis inscriptorum, constituit. MD. XV, 210.

2259. —— „ —— Rex ad supplicationem Lucae, episcopi Warmiensis, in causa inter proconsules et consules Elbingenses, ex una, et Gdanenses, partibus ex altera, occasione proprietatis possessionis et iuris super certa parte Nerige, quae incipit a taberna Smergrube usque ad villam Schote, sententiam fert. XIX, 195.

2260. —— „ —— Data est quitantia nuntiis terrarum Podoliae Podfilipsky et Jurzecz super 50 marc. pecuniarum ad Andream Herborth, exactorem Lepoliensem. r. XIX, 196.

2261. —— „ —— Data est quitantia Ioanni episcopo Cracoviensi super 30 bancos salis utriusque, bancati et minuti 10 mensuras ad zupparium Cracoviensem Ioannem Jordan de Zakliczin. r. XIX, 196.

2262. —— „ —— Rex significat, quia Ioannes Zaramba de Calinowa, capitaneus Maioris Poloniae generalis, et Martinus Scotniczki de Boguria, castellanus Zavichostensis, fideiusserint pro Adam de Cvroswanki, filio Nicolai de Curoswanki, palatini Lublinensis, et Evae de Rithwyany coniugum, quod ipse Adam omnes inscriptiones, privilegia et obligationes quascunque habuerit super bona regalia Bressnicza et Schydlow hinc ad 2 annos dicto palatino sub vadio 10000 fl. restituet, et ipsa Eva praefatos Ioannem et Martinum pro cautione ipsa pro dicto Adam praestita indemnes reddere promiserit. XXI, 208.

2263. —— „ —— Rex ven. Albertum Gorsky, secretarium regium, domum olim Iacob Czarny iudaei in civitate Posnaniensi in platea sutorum propter crimen falsi ad fiscum regium devolutam, quam ex donatione regia habuerat, Iacobo Rosznowsky, curiensi regio, resignasse testificatur. JL. XXI, 228.

2264. —— *sabbato post octavas Corporis Christi (31 mai).* Rex pro servitiis Stanislao Maldrzyk de Chodynycze, tribuno Leopoliensi, villas regales Riczyvol et Parva Roschanka districtus Leopoliensis de manibus Adae Iaczymyrsky eximere admittit cum iure possessionis ad vitam eius et consortis. MD. XIX, 197.

2265. —— „ —— Datus est similis consensus Stanislao Maldryk de Chodyvanycze, tribuno Leopoliensi, super villam regalem Vherskye de manibus Ioannis et Stanislai Thezarovsczy ac Syenko Bratkowsky exemendam, in forma cancellariae solita. r. XIX, 198.

2266. —— „ —— Rex Ioanni Zaramba de Kalinowa, capitaneo Maioris Poloniae generali, mandat, ut Sophiam, relictam Martini Sbanskj, nunc consortem Ioannis Turek Landzkj, curiensis regii, occasione dotis et dotalitii ipsius et perlucrorum, per Ambrosium de Pampow, palatinum Siradiensem et protunc Maioris Poloniae capitaneum, causae ipsius commissarium, contra Andream Sbanskj decretorum, et tandem ratione concordiae, per dictum Ioannem Turek et Abraam Sbanskj factae, in bona dotalitii ipsius et reformationis intromittat et vadium 3000 fl. hung. in praefatum Abraam Sbanskj et nepotes eius imponat. MD. XIX, 198.

2267. —— *mense Maio.* Rex pro meritis Nicolai de Barthnyki, custodis Plocensis et secretarii sui, de duabus sibi contiguis villis eius haereditariis Pokrithki districtus Zawkrzensis oppidum nomine Miedziborze iure culmensi locare admittit, instituendo in eo fora annualia pro festivitatibus Agnetis (21 ian.), Visitationis V. M. (2 iul.) et Hedvigis (15 oct.) et forum septimanale qualibet feria quarta. XXI, 197.

2268. —— *mense Maio.* Rex, ratione litis super matrimonio divortiando decernit, quod Nicolaus de Curoszvaki, palatinus Lublinensis, castrum Rythwany cum villis Cloda, Sthaschow, Dobra, Oglandow, Nyenysczycze, Zaraz, Gorzachow, Sczeka, Okragla, Brzozowa, Gawluschowicze, Strzegom, Visznyowa Vola, Ostrow, Dzyewyathe, Zwychow, Swychowyecz, Zedecz, Zawada, oppidum regium Polanyecz, Byeszdzyechowycze, Lubnycze, Orlyecz, Orle, Starawyesz, Grabowa, Liczka, Gora, Przecow, Volycza, Zdrabyn, Othalusz, Othalanska Vola, Gorki, Zukow, Ruda, Rudnyki, et Okrada, Ewa vero de Rythwany, consors eius, castrum Borzyslawycze cum villis Barlogy, Pomorzany, Grodnya, oppidum regium Dambye, Dambrowa, Ozarow, Lagyewnyky, Rudnyki, Mlymvsca, Ozarow, Falyschow, Gnvski, Bnyn, Gaynyczki, Voycza, Voyczycza, Voyczycze, Chrzanow, Quaschow, Pyestrzecz, Byechow, Vola Byechowska, Doleschowycz, Obliconi, Odmanth, Jawor, Lazica et Wyrzchowa Vola, usque ad finem litis pro matrimonio tenere et possidere debeat. XXI, 315.

2269. —— *dominica post octavas Corporis Christi (1 iun.).* Rex Georgium Crossnyowskj, gladiferum Lanciciensem, in causa, quam hon. Ioannes, haeres et plebanus in Crossnyowycze, dicto Gregorio, germano suo, occasione reatus fratricidii movet, immunem pronuntiat. MD. XIX, 198.

2270. *In conventione generali Radomiensi, dominica post octavas Corporis Christi (1 iun.).* Datus est consensus ad exemenda bona regalia Romanow, et Hwvin de manibus J. Swyema, Mathiae Lasscz de Strzemylscz, in forma cancellariae solita. MD. r. XIX, 198.

2271. —— „ —— Rex decretum certorum commissariorum in causa Gothardi et Ioannis, puerorum olim Ioannis Godczalek, civis Posnaniensis, contra iudaeum Iacob de Curnik et item Ioannis Smygyel contra proconsulem et consules Posnanienses in conventione Radomiensi, f. 5 in octava Corporis Christi (29 mai) anni praesentis latum, approbat. XXI, 213.

2272. —— „ —— Rex Annam Masoviae ducissam, tutricem et curatricem filiorum eius Stanislai et Ioannis ad annos discretionis eorundem vel ad secundas nuptias ducissae constituit sub condicione, quod ex censibus ducalibus marsalcus curiae 20 sexagenas gross. in $^1/_2$ gr., magister curiae similiter 20 sexag., curienses vero octo, singuli in duobus equis servientes, et sex cubicularii salariari debent, iuraque ducissae uti tutricis describit. XXI, 214; XXIV, 460.

2273. —— „ —— Rex Petro de Oppalenicza, castellano Landensi et iudici, Nicolao Cothwicz, archidiacono et Sandivogio Mileusky, subiudici Posnaniensibus committit, ut propter dubitationem nobilitatis Andreae de Naramowicze, custodis Visliciensis, olim Georgii Zeth de Naramowicze et Ephemiae, civium Posnaniensium, filii, duos testes ex patris et duos ex matris genealogiis examinent, an praefatus Andreas ex utroque nobili parente procreatus sit. JL. XXI, 294.

2274. —— *f. 3 post octavas Corporis Christi (3 iun.).* Rex in causa Margarethae relictae et Ioannis, filii olim Ioannis Radzanowski, dapiferi Ploczensis, primum vivente olim Conrado duce Masoviae contra eum ipsum, demum eo morte absumpto contra ducem Annam relictam ac Stanislaum et Ioannem, filios ducis Conradi, pro adempta possessione villae Radzykow districtus Sacroczimensis, quam villam Boleslaus Masoviae dux praedicto olim Ioanni de Radzanow, tunc sui ducatus cancellario, perpetuo donaverat, decretum Cracoviae, vivente Conrado duce a rege prolatum, vigore cuius eadem villa Radzykow praedictis Margarethae et Ioanni, filio eius, de Radzanowo adiudicata et intromissio data erat, ad quam Andreas de Radzyeowycze, castellanus Sochaczoviensis, tunc capitaneus Ploczensis, assignatus erat, dictis Margarethae et Ioanni, filio eius, iterum perpetuo adiudicat. JL. XXI, 229.

2275. *Roma, 3 nonas iunii (3 iun.).* Julius II papa Alexandro regi et Elisabeth reginae matri eius specialem confessorem et altare portatile habere indulget. XXII, 72.

2276. *In conventione generali Radomiensi, f. 4 post octavas Corporis Christi (4 iun.).* Litterae universales Alexandrii regis ad dignitarios, officiales, nobiles et terrigenas regni de exigenda contributione sive exactione civili dimidia. MD. XIX, 200.

2277. —— *f. 3 ante Antoni (10 iun.).* Rex ad petitionem Andreae de Mochtin, iudigenae ducatus Masoviae, certam tutoriam, in personam eius factam a Casimiro IV rege, in Radom, sabbato post Purificationis V. M. (3 feb.) anno 1487 confirmatam, propter sigilli fractionem innovat et approbat. XXI, 221.

2278. —— *f. 3 ante Viti (10 iun.).* Data est quitantia Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, super 40 marcas ad Ioannem Pnyowski super rationem priorum exactionum. r. XV, 210.

2279. —— „ —— Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, data est quitantia super 40 marcas recipiendas ex monetaria nostra, r. XV, 210.

2280. —— *f. 4 ante Antonii (11 iun.).* Rex ad petitionem Nicolai Firley de Dambrowicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, inscriptionem certae summae in villis regiis Dambicza et Tharkawicza Mathiae et Martino Zolkowsczy, a se Lublini, f. 2 ante Viti (13 iun.) anno 1502 factam, et recognitionem redemptionis praedictae summae coram iudice et subiudice Lublinensibus per ipsum Firley de manibus praefatorum Zolkowsczy Lublini, f. 2 post Conductum Paschae (15 apr.) anno 1504 factae, confirmat. XXI, 225.

2281. *Radom, f. 5 ante Antonii (12 iun.).* Rex pro servitiis Ioanni de Buczacz seniori, pincernae regio, bona regalia Sthara Rawa, Podolye, Zalyessye et Nowy Dwor, ad castrum et capitaneatum pertinentia tenutae eius, Nicolao Valewski, succamerario Sochaczoviensi, in 600 fl. hung. obligare consentit. XXI, 227.

2282. —— „ —— Rex significat Mathiae, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, quia Bernardinus, electus Leopoliensis, decanatum suum ecclesiae Premisliensis, iuris patronatus et collationis regiae, pro certis aliis beneficiis Severino Herbort, canonico Leopoliensi et notario regio, resignaverit, quod rex admittit. XXI, 231.

2283. —— *f. 6 Antonii (13 iun.).* Rex ad petitiones Ioannis Conynsky de Volya Conynska et Thomae Prossyecz, consulis Lublinensis, hortos nuncupatos Creczlarowsky extra muros Lublinenses, alias census de eisdem hortis pro capella seu mansionaria per eos denuo in ecclesia parrochiali s. Michaëlis in Lublin erigenda perpetuo donat. JL. XXI, 228.

2284. —— „ —— Datus est salvus conductus prov. Iacobo advocato in oppido regali

Pyla, tenutae Hieronimi de Bnyn, hinc ad unius anni decursum valiturus ad omnia negotia in iure cum ipso Hieronimo et cum aliis disponenda, sub forma consueta. r. XXI, 231.

2285. *Radom, f. 6 ante Viti (13 iun.)*. Rex Andreae archiepiscopo Gnesnensi, Ioanni Cracoviensi, Mathiae Premisliensi et regni vicecancellario episcopis, Bernardo electo Leopoliensi, Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi, Petro Schaffranyecz de Pyesskowa Skala, castellano Visliciensi et capitaneo Radomiensi, Ioanni de Lassko cancellario, Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, Stanislao Jarosski, capitaneo Chanczinensi, Alberto Gorski, secretario regio, Ioanni theologo de Osswyanczym, canonico Cracoviensi, Ioanni de Buczacz Ravensi, Janussio Swyrczowski in Ropczycze, Paulo Czarny Brzestensi et in Osswyanczyn capitaneis, Stanislao Lanczkorunski, subpincernae Sandomiriensi, Ioanni Pnyowski et Ioanni Byechowski, terrae Sandomiriensis exactoribus, fideiussoribus regiis summae 6420 fl., apud Petrum Mysskowski de Mirow, palatinum Lanciciensem, a se mutuatae, in bonis regalibus Schadek et Brodnya inscriptae, de exactionibus regni pro festo Circumcisionis Domini proxime futuro (1 ian. 1506) solvendae, dictam summam in zuppis Vyeliciensibus et Bochnensibus assecurat in casu non solutionis eius pro dicto termino, quando dicti fideiussores eam praefato palatino pro rege solvere debebunt. XXI, 228, 236.

2286. —— *sabbato ante Viti (14 iun.)*. Rex approbat recognitionem testamenti olim nob. Stiborii, filii Ioannis Kvlia, per Stanislaum de Chodecz, castellanum Leopoliensem et terrarum Russiae capitaneum generalem, coram rege factam, quo testamento ad ecclesiam V. Mariae in Brod 300 fl. hung. legati sunt. XXI, 237.

2287. *Roma, XVI calendas iulias (16 iun.)*. Julii II papae bulla ad petitionem Alexandri regis data, qua cancellariis et vicecancellariis regni Poloniae perpetuo concedit facultatem, sine metu irregularitatis, in criminalibus rebus consulere, litteras delationis maleficiorum legere aliosque ad iuste deliberandum monere. XXII, 23.

2288. *In conventu Radomiensi, f. 6 post Marcelli (20 iun.)*. Rex sortem villae regiae Sthasskowska de manibus Sthacnae Zarnowyeczka eximere Ioanni Sthaskowski, tenutario oppidi Wolbram, admittit. MD. XV, 210.

2289. *Cracovia, f. 5 post Ioannis Baptistae (26 iun.)*. Rex constitutiones sive statuta plombifodinarum Ilkuschiensium confirmat. MD. XXII, 1.

2290. . . . . *f. 6 post Ioannis Baptistae (27 iun.)*. Petrus de Oppalenicza, castellanus Landensis ac iudex, et Nicolaus Cothwicz, archidiaconus Posnanienses, servitores et capellanus, vigore litterarum commissionis a rege Alexandro in conventione generali Radomiensi, dominica post octavas Corporis Christi (1 iun.) anno praesenti datarum, significant, quia Bodzatha Comorniczky, praepositus ecclesiae cathedralis Chelmensis, Andreas Govarzewskj et Martinus Syroslawsky olim Georgium Zeth, civem Posnaniensem, nobilem de armis et familia ipsorum Lodzya per palatinos Posnanienses Lucam de Gorka et Mathiam de Bnyn ac alios terrigenas nominatum fuisse, et quia Ioannes Gyemyelnyczky et Stanislaus Lutomsky olim Euphemiam uxorem dicti Georgii Zeth, nobilem de armis Prawdzycz fuisse recognoverunt. XXI, 294.

2291. *Cracovia, sabbato vigilia Petri et Pauli (28 iun.)*. Rex Nicolao Czykowski in loco seu area bonorum regalium in ferali sita, de manibus Martini Borzymowski superiori tempore ab eo redempta, piscinam erigere et aquam ex flumine Rudawka ductilibus canalibus alias rinamy secus aggerem piscinarum regalium ad eandem per ipsum erigendam transfundere admittit. XXI, 233.

2292. —— *in crastino Petri et Pauli (30 iun.)*. Rex Christophoro Thasslik Nuhorskymiliti Hierosolymitano, tenutario Czyeschkoviensi, oppidum regium Czyeskouicze, districtus Byeczensis, cum villis Ostrussa, Bogunyczyewycze et Kyprna, ad illud oppidum pertinentibus, tenutae ipsius, et stationem monasterii Landensis, in terra Calissiensi consistentis, cuicunque subdito regni obligare consentit. JL. XXI, 240.

2293. *Buda, f. 3 ante Visitationis V. M. (1 iul.)*. Sigismundus, Casimiri regis Poloniae natus, dux Slesiae, Glogoviae, Oppaviae, supremus capitaneus per Slesiam, litteris patentibus ad Petrum episcopum Wratislaviensem, Iacobum Piso, cantorem ecclesiae Wratislaviensis, ad beneficium personatum seu canonicatum in ecclesia Glogoviensi nominandum commendat. XXII, 232.

2294. *Cracovia, f. 5 post Visitationis V. M. (3 iul.)*. Rex cuidam quoddam castrum vel villam tenendam dat (initium deest). MD. XV, 212.

2295. —— *f. 5 infra octavas Visitationis V. M. (3 iul.)*. Rex subpincernatum Ravensem, per inoboedientiam iuri communi et proclamationem de regno Adae Baran de Paprothna vacantem, Ioanni Szyrczchowsky, notario regio, donat. MD. XV, 215.

2296. —— „ —— Rex Paulo Caffman, civi Cracoviensi, certum locum desertum seu aream, sitam in villa Pomorzany, ad bona regia Rapstin spectante, inter officinas alias v tamy Stanislai Saffranyecz de Pyeskova Skala, succamerarii curiae regiae, ex una, et Cristanowska, ex altera, via tamen, quae inter eandem officinam Cristanowska et dictum locum seu aream ab op-

pido regio Hilkusch ad alias officinas ducit, excepta, quae omnibus libera esse consuevit, ac inter officinas Petri Vapowsky, ecclesiae cathedralis cantoris, et Ioannis Zayfreth, civis Cracoviensium, e tertia partibus, ad construendam officinam donat perpetuo, liberando eandem officinam ab omnibus solutionibus. JL. XXI, 239.

2297. *Cracovia, f. 5 infra, octavas Visitationis V. M. (3 iul.)*. Rex ad petitiones oppidanorum Maioris Opathow privilegium illius oppidi super certas libertates viarum et teloneorum, a rege Ioanne Alberto in conventione generali Pyotrkoviensi, dominica Philippi et Iacobi (1 mai) anno 1496 datum et tempore vastationis oppidi per Tartaros combustum, innovat et confirmat. JL. XXI, 240.

2298. —— *f. 6 post Visitationis V. M. (4 iul.)*. Rex ius, quod sibi super Mathiae Gandzyecz, civis Sandecensis, domum in ipsa civitate Sandecensi, in platea hospitali, inter domos Trusczyna et Gnata sitam, ob scelus occasione dimissionis cuiusdam mulieris in furto appraehensae per ipsum patratum, competit, nob. Wyerzbyantha de Przeschewa, vicecapitaneo Sandecensi, donat. MD. XV, 212.

2299. —— „ —— Rex Nicolao Pyothrowsky, subdapifero curiae regiae, medietatem stationis, id est, 50 marcas, ex oppido Thuchow terrae Cracoviensis a Ioanne, abbate Thinicensi, solvi solitae ad vitae tempora donat. MD. XV, 218.

2300. —— *f. 6 intra octavam Visitationis V. M. (4 iul.)*. Rex propter conservationem castri Vchanye, in terra Chelmensi siti, Pauli de Jassyenyecz, curiensis sui, haereditarii, nobilem terrigenam regni ab expeditione bellica ad unum annum absolvit. JL. XXI, 240.

2301. —— *sabbato post Visitationis V. M. (5 iul.)*. Rex testificatur Venceslaum de Panyow a fratribus suis Aucto, Janda et Georgio de sortibus tenutae oppidorum regiorum Zydaczow, Dolyna, Stry, Pyotrkow et Czorsthyn plenarie satisfactum esse. XV, 212.

2302. —— „ —— Rex Iacobo de Schidlovyecz, thesaurario regni, mandat, ut egr. Adae physico regio 7 ulnas scarlati pro 42 fl. et 50 fl. pro expensis itineris ad curiam regiam ad rationem monetariae regiae solvat. XV, 213.

2303. —— *dominica post Visitationis V. M. (6 iul.)*. Rex, ad supplicationem Raphaëlis de Leschno, secretarii et oratoris principis Sigismundi, fratris sui, succamerariatum Calissiensem, per Casparis de Leschno cessum vel decessum vacaturum, Ioanni Leschczynski, eius filio, donat. XV, 212.

2304. —— „ —— Rex Raphaëli de Leschno, secretario et oratori principis Sigismundi, maldratas bonorum monasterii Lubinensis de manibus Cherubyni de Goluchow eximere admittit. MD. XV, 213.

2305. *Roma, pridie nonas iulii (6 iul.)*. Iulius II papa indultum missas celebrandi in quibusvis locis tempore interdicti regibus Poloniae concedit. XXII, 73.

2306. *Cracovia, f. 3 intra octavam Visitationis V. M. (8 iul.)*. Rex oppidanis Pilznensibus stationem 2 annorum post expirationem prioris donationis, a rege iis datae, pro perficienda munitione eiusdem oppidi donat. JL. XXI, 239.

2307. —— „ —— Rex oppidanos Pilznenses a dandis poduodis hinc ad 3 annos liberat sub condicione, quod nuntio regio de uno equo poduodas dare tenebuntur. XXI, 239.

2308. —— *f. 4 octava Visitationis V. M. (9 iul.)*. Rex oppidanos Opatow Maioris a solutione czopowe ad duos annos liberat. XXI, 244.

2309. —— *f. 4 ante Margarethae (9 iul.)* Data est quitantia Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, super 20 marc. pecuniarum ad eundem solum ad rationem exactionis duorum grossorum. r. XV. 213.

2310. —— „ —— Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, data est quitantia ad iudaeum Josyko, teloneatorem Leopoliensem, super 20 marc. pecuniarum ad rationem telonei praefati. r. XV, 213.

2311. —— „ —— Nicolao Firley de Dambrovicza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, data est quitantia ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem, super 6 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XV, 213.

2312. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Pyothrowski, subdapifero Regiae Mtis, ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni Poloniae, super 100 fl. pecuniarum pro serviciis per eundem Nicolaum Pyothrowski Regiae Mti exhibitis, ad rationem monetariae. r. XV, 214.

2313. —— *f. 5 ante Margarethae (10 iul.)*. Rex ad petitionem Ioannis Konarski, episcopi Cracoviensis, consentit, ut Andreas Rapstinski, canonicus Cracoviensis, bona regalia villam Raczlavicze districtus Cracoviensis Elisabeth Scarbkowa, viduae Cracoviae moranti, in 214 marcis obliget. MD. XV, 214.

2314. —— *f. 2 in crastino Margarethae (14 iul.)*. Rex ad petitiones oppidanorum Opatow Maioris in eo oppido fora annualia pro festis Martini (11 nov.) et Procopii (4 iul.) et forum septimanale quolibet sabbato ex vetusta fundatione praedecessorum regum confirmat et forum annuale pro festo s. Agnetis denuo instituit. JL. XXI, 243.

2315. *Cracovia, f. 2 ante Divisionis Apostolorum (14 iul.).* Rex incolas Novae Villae alias Iglò terrae Scepusiensis, damna ab igne vivente adhuc Ioanne Alberto rege passos, ab omnibus censibus et exactionibus infra hinc ad diem Ioannis Baptistae proximum (24 iun. 1506) liberos facit. MD. XV, 215.

2316. —— *f. 3 Divisionis Apostolorum (15 iul.).* Datus est marschalcatus curiae Stanislao Jaroczki in forma cancellariae solita. r. XV, 215.

2317. —— „ —— Epistola Alexandri, Poloniae regis, ad Thomam s. Martini presbyterum cardinalem, archiepiscopum Strigoniensem et regni Hungariae primatem, qua ad ecclesiam parrochialem in villa latina alias Olasy oppido suo, post resignationem Ioannis decretorum doctoris vacantem, Benedictum de Gargo, cantorem ecclesiae s. Martini in Scepusio, praesentat. MD. XV, 216.

2318. —— „ —— Data est quitantia Adae de Drzewicze ad Jordan zupparium Cracoviensem super 10 bancos salis. r. XV, 216.

2319. —— „ Data est quitantia Iacobo apothecario Cracoviensi super 10 libras cerae rubeae ad cancellariam Mathiae, episcopi Premisliensis et regni Poloniae vicecancellarii, per ipsum datae. r. XV, 216.

2320. —— „ —— Rex, ad petitionem Ioannis, abbatis monasterii Thiniciensis, privilegia oppidi Oppathowyecz a praedecessoribus suis anno 1271 data et anno 1456 confirmata denuo confirmat. MD. XV, 218.

2321. —— *f. 4 in crastino Divisionis Apostolorum (16 iul.).* Nob. Iacobo Pyorunowsky datus est salvus conductus in regno standi, morandi, negotiaque sua disponendi et perficiendi, illisque dispositis vel indispositis ad loca sibi accommodatiora cum rebus propriis recedendi, hinc usque ad festum Nativitatis Christi proxime venturum. r. XXI, 243.

2322. —— „ —— Rex pro servitiis Iacobi Boboleczki et Ioannis Brozowyecz (Brzozowyecz) de Pogorzalistaw, curiensium suorum, iis bona regalia Bulgrin, Clawssao, Vfstethe, Clensko, Nouidwor, Turberkg, Prosino et Vilczkowo ac stagna, piscinas et mellificia ad illa pertinentia, castris regiis Walcz et Drahym adiacentia, de manibus Kyerstenberg de Falkyemborg redimere consentit. XXI, 245.

2323. —— *f. 4 post Divisionis Apostolorum (16 iul.).* Rex, ad petitionem Ioannis Konarski, episcopi Cracoviensis, consentit, ut nob. Stanislaus Roznyathowski sortem advocatiae regiae in oppido Radomskye terrae Siradiensis quam sibi, sine consensu regio, olim Dobeslaus de Curozwanki dedit, pacifice possideat. MD. XV, 216.

2324. —— *f. 5 post Divisionis Apostolorum (17 iul.).* Rex cives et incolas Sandomirienses a solutione telonei novi in conventione generali Piotrcoviensi novissima instituta absolvit. MD. XV, 216.

2325. —— „ —— Data est quitantia Erasmo Krupek, mercatori Cracoviensi, super 18 fl. pro panno Iacobo Buczaczki in Hungariam ad obeundum munus legationis anno proxime praeterito eunti, et pro papyro ad cancellariam vicecancellarii super 2 florenos. r. XV, 216.

2326. —— *f. 5 Alexii (17 iul.).* Rex ad vota Nicolai de Curozuanki, palatini Lublinensis et capitanei Siradiensis, tenutariique in Brzesnycza, ei villam regalem ad Brzessnycza ex antiquo pertinentem de manibus Stanislai Semikowski redimere consentit. XXI, 244.

2327. —— „ —— Rex notificat, quia Stanislaus Kmytha de Wysnycze, palatinus Belsensis et capitaneus Premisliensis, uti successor et Petri Kmytha, filii olim Andreae alias Andrzych Kmytha, similiter successoris tutor, suo et dicti Petri nepotis minorennis nominibus, ac Nicolaus Thaschiczki, Petrus Rakowsky et Vyrzbyetha de Byelsko, tanquam executores testamenti olim Petri Kmytha de ipsa Vischnycze, palatini Cracoviensis et regni marsalci, exposuerint praefatum Petrum palatinum testamento suo certos operarios seu laboratores sex ex antiquo Kmythae nuncupatos, in zuppis Bochnensibus exsistentes, ad castrum Vysnycze praefati olim Petri haereditarium, pertinentes, altari tituli s. Antonii in ecclesia cathedrali Cracoviensi donasse. JL. XXI, 248.

2328. —— *f. 6 post Alexii (18 iul.).* Data est quitantia Zarsky presbytero super 4 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XV, 217.

2329. —— *sabbato post Divisionis Apostolorum (19 iul.).* Rex oppidanos de Oppathowyecz a podvodis dandis liberos facit. MD. XV, 220.

2330. —— *f. 2 ante Mariae Magdalenae (21 iul.).* Datus est consensus Sigmundo de Dobrzin resignandi capellam in Slotoria Iacobo de Baboschewo, actu presbytero dioecesis Ploczensis, sub sigillo subimpresso. r. XXI, 245.

2331. —— „ —— Rex in causa inter Andream Rosa, archiepiscopum Gnesnensem, ex una, et Nicolaum Lapyschpothok, teloneatorem Sandomiriensem, ex altera partibus, pro teloneo, quod ipse Lapyschpothok a negotiatoribus de Lowycz et Squirnyowycze a bobus exigebat, certum decretum fert. XXI, 245.

2332. —— *f. 2 vigilia Mariae Magdalenae (21 iul.).* Datus est dapiferatus Lublinen-

sis Ioanni Vilczek de Lubyenyo post mortem eiusdem dapiferatus ultimi possessoris vacans, sub sigillo subimpresso. r. XXI, 245.

2333. *Cracovia, f. 2 vigilia Mariae Magdalenae (21 iul.).* Rex Nicolaum (Rogynyczky) de Roginice haeredem villas seu haereditates suas Rogynycze, Ogarka, Schczedrow, Kobilepolye, Krzeczow, districtus Chanczinensis, Petro Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Visliciensi et Sochaczoviensi ac Radomiensi capitaneo, in summa 600 marc. a festo Nativitatis Christi obligasse testificatur. JL. XXI, 247.

2334. —— *f. 3 Mariae Magdalenae (22 iul.).* Datus est consensus Szvyeme de Plazy terrigenae obligandi villas regales tenutae suae in certa pecuniarum summa, tamen summam capitalem non augendo, nec excedendo, Ioanni Zegothe Suchodolsky Vwyn et Romanow, in forma cancellariae solita. r. MD. XV, 217.

2335. —— *f. 5 vigilia Iacobi (24 iul.).* Data est quitantia uxori olim Stanislai de Wyeliczka, notarii cathedralis super 3 marcas pecuniarum ad rationem debiti praefato olim marito suo pro impensa et labore certi libri retenti ad Ioannem plebanum in Milunicze et vicezupparium Wyelicensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XV, 222.

2336. —— *sabbato post Iacobi (26 iul.).* Data est libertas oppidanis de Dambycza ad decursum 4 annorum ab omnibus exactionibus et litterae in forma pleniori datae sunt. r. XV, 220.

2337. —— *sabbato Annae (26 iul.).* Rex consentit, ut Nicolaus de Mroczkowicze et Catharina de Mosczenycza coniuges, tenutarii villae regiae Bobrovyecz districtus Brzezinensis terrae Lanciciensis, eisdem per Ioannem Dvnyn impignoratae, in certa pecuniarum summa Ioanni Schyrzchowsky, subpincernae Ravensi, obligent. MD. XV, 218.

2338. —— „ —— Interpositum est vadium 600 marcarum inter Ioannem, Andream et Iacobum Dvnynovye de Vyasd, ex una, et Petrum Pecznyowsky terrigenam, ex altera partibus, et litterae in forma solita cancellariae datae sunt. r. XV, 218.

2339. —— „ —— Libertatio ab expeditione bellica nunc instituta Martino Cursky, vicecapitaneo, et Mathiae Bobrzeczki, iudici castrensibus Premisliensibus, propter tuitionem castri Przemisl, ut in dicto castro tempore expeditionis eiusdem resideant. r. XXI, 246.

2340. —— *dominica in crastino Annae (27 iul.).* Data est libertatio ab expeditione bellica Derslao Krzywyeczki propter conservationem castri Sobyen, ut in eodem castro tempore eiusdem expeditionis nunc institutae resideat. r. XXI, 246.

2341. —— *f. 2 post Iacobi (28 iul.).* Rex pro servitiis Mathiae de Radomila, coco suo, domum sub castro Cracoviensi inter domos olim Felicis relictae et Nicolai Drasni sitam, post mortem Nicolai Villici ad regem lege caduca devolutam, iure haereditario donat. JL. XXI, 248.

2342. —— „ —— Rex Ioannem Jordan de Zacliczyn, castellanum Byeczensem et procuratorem generalem ac zupparium Cracoviensem, de exactionibus fertonum, 8 grossorum, civilibus, czopowe, personalium et villarum in terra Cracoviensi perceptis quietat. XXI, 275.

2343. —— *f. 3 ante Petri ad vincula (29 iul.).* Rex Beatam consortem Ioannis Pnyowsky, Ioannem Pyenyazek, advocatum in Jasslo et haeredem de Cruslowa, de summa 800 fl. hung. dotis suae, per olim Andream Pyenyazek, patruum eiusdem Ioannis Pyenyazek, super medietate advocatiae in Jaslo et in bonis haereditariis Schobnyow et Lassky ac regalibus Przesyeky reformatae, quietasse testificatur. XXI, 277.

2344. —— *f. 4 ante Petri ad vincula (30 iul.).* Rex Ioannem Pyenyazek de Crusslowo, advocatum in Jasslo, medietatem advocatiae suae in Jasslo cum curia, braseatorio, piscinis sub curia ibidem et praedio in Gorzeiowycze, ad eandem advocatiae medietatem pertinentibus, Nicolao de Lapispotok in 500 marc. et 53 fl. obligasse testificatur. JL. XXI, 263.

2345. —— *f. 6 Petri ad vincula (1 aug.).* Litterae Ioanni Guth curiensi per Regiam Mtem in Lublin f. 5 ante Martini (9 nov.) anno 1503 super advocatiam castri Mariemburgensis usque ad extrema vitae tempora datae, de sigillo secreti ad maius cancellariatus regni sigillum sunt translatae. r. XXI, 248.

2346. —— *sabbato post Petri ad vincula (2 aug.).* Litterae universales Alexandri, Poloniae regis, de convocatione in Nova Civitate Corczin f. 4 post Laurentii (13 aug.) celebranda. R. XV, 220.

2347. —— „ —— Litterae Alexandri, Poloniae regis, ad dignitarios de conventione terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis et Lublinensis in Nova Civitate Corczin celebranda et de particularibus conventionibus pro die Laurentii (10 aug.) convocandis. R. XV, 221.

2348. —— „ —— Litterae Alexandri, Poloniae regis, ad capitaneos de nuntiis terrarum in conventionibus particularibus die Laurentii (10 aug.) eligendis et statim ad conventionem in Nova Civitate Corczin mittendis. R. XV, 221.

2349. —— *f. 2 ante Dominici (4 aug.).* Rex ad petitiones Barbarae, relictae Ioannis Canya, consulis Posnaniensis, recognitionem certi debiti f. 3 post Oculi (8 mar.) anno 1496 et resignationem domus f. 6 post octavas Corporis Christi (10 iun.) eodem anno coram consulibus Posnaniensibus factas approbat. JL. XXI, 249.

2350. *Cracovia, f. 3 Dominici (5 aug).* Rex Iacobo de Schydlowyecz, regni thesaurario, et Casparbar, consuli Cracoviensi, fideiussoribus suis ratione summae 3000 fl., apud Ioannem (Konarski) episcopum Cracoviensem, tanquam tutorem testamenti cardinalis germani regii receptae, casu non solutionis dictae summae per se pro festo Ioannis Bapt. proxime venturo (24 iun.) in monetaria argentum in dicta summa eis cudere admittit. JL. XXI, 250.

2351. —— „ —— Rex Mathiae apotecario et civi Posnaniensi, in civitate Posnaniensi ascribi fraternitati, cuicunque voluerit, concedit. JL. XXI, 250.

2352. —— *f. 5 ante Laurentii (7 aug.).* Rex ad petitiones consulum Torunensium eis unum vel plura molendina in villa regali Lubycz tenutae ipsorum, in fluvio Drwancza denuo construere consentit. JL. XXI, 250.

2353. —— „ —— Rex ad petitiones praeconsulum et consulum Torunensium et maioris dotationis gratia ecclesiae parrochialis tituli s. Ioannis Baptistae in civitate Torunensi, iuspatronatus et praesentandi alternatis vicibus, pro una rex absque ipsis consulibus, pro altera vero vice consules absque consensu regio, dictis consulibus donat. JL. XXI, 251.

2354. —— *sabbato ante Laurentii (9 aug.).* Data est libertas Vladislao Wlodek in districtu Trabovliensi villae Losschnow ab omnibus datiis pecuniariis et quorumcunque aliarum solutionum ad 8 annos proxime futuros, ab oneribus vero et laboribus castri Trabowliensis inhinc ad 5 annos immediate se sequentes. r. XXI, 254.

2355. —— *sabbato vigilia Laurentii (9 aug.).* Rex praeconsulibus et consulibus Gedanensibus mandat, ut Petro Lvthomyrsky, curiensi suo, pro servicio et dampnis 216 fl. ad rationem proventuum regiorum a data praesentium post decursum 2 annorum sibi provenire debentium solvant. XV, 222.

2356. —— „ —— Rex ad petitiones cmetonum de villis regiis Slanzany, Staremyasto et Sbiczicze decretum Ioannis Alberti regis Cracoviae, f. 2 ante Antonii (10 iun.) anno 1499 datum, in papyro scriptum, innovat et in pargamenum transscribere mandat. XXI, 252.

2357. —— „ —— Rex Paulo Januensi de Promontorio, quondam mercatori Posnaniensi, salvum conductum hinc ad unum annum dat. JL. XXI, 255.

2358. —— „ —— Rex ratione cum famoso Casperbar, consule Cracoviensi et directore monetae regiae, a festo 3 Regum anni 1505 usque ad festum Iacobi proxime praeteritum (25 iul.) facta, eum quietat. XXI, 255.

2359. —— „ —— Rex iudaeo Dauid de Cracovia, filio Ozar de Oppoczno, salvum conductum hinc ad unum annum dat. XXI, 256.

2360. —— *f. 2 ante Assumptionis V. M. (11 aug.)* Rex Antonio Hoernik, civi Leopoliensi, et sociis eius Benedicto Luczkj et Hermano Holcz dat privilegium super novam artem conflationis et expurgationis minerarum plumbi, per eos adinventam, virtute certarum rerum et instrumentorum in vas conflationis dictae minerae plumbeae apponendorum alias przyssadi. JL. XXI, 260.

2361. —— *f. 3 post Laurentii (12 aug.).* Rex facta ratione cum Iacobo Schydlowyeczsky, regni thesaurario, pro monetis a festo 3 Regum anni 1504 usque ad festum Iacobi proxime praeteritum ad regium et consiliariorum regni mandatum cussis et administratis, eundem thesaurarium de administratione monetariae quietat. JL. XXI, 253.

2362. —— „ —— Rex Ioanni Pnyowsky, exactori Sandomiriensi, propter servitia eius fidelia circa colligendas exactiones, bona regalia quaecunque in terra et districtu Byeczensi consistentia, de manibus quorumcunque tenutariorum redimere consentit. JL. XXI, 255.

2363. *In conventione Novae Civitatis Corczyn, f. 5 vigilia Assumptionis V. M. (14 aug.).* Rex Nicolaum Czykowsky, gladiferum terrae et burgrabium castri Cracoviensis, a residentia in castro Cracoviensi in loco sui burgrabiatus tempore pestis Cracoviae vigentis liberat ea condicione, quod famulos de iure et consuetudine servari solitos in loco burgrabiatus tempore pestilentiae habere tenebit. JL. XXI, 265.

2364. —— „ —— Rex Ioannem Bochotniczky de Olesznycza Annae de Prawkowicze, consorti suae, 500 fl. hung. ratione dotis et totidem dotalitii super bonis suis Olesznycza cum villis ad eam pertinentibus Susczycze cum piscina, molendino et taberna atque cum praedio Lieuarthowicze, Campye et Sucha Volya, necnon villa Vyasd cum curia et praedio, aliisque villis, protunc ad eandem spectantibus: Zwola, Cuiawky, Wyasd, Lopathno una cum praedio et proventibus ad ipsum praedium pertinentibus, atque in villis Vyrzbka et medietate Vyasdek, Vygelzow, Grizykamyen, Nyessowska, Iuianyska et Zalidow et villa Mydlow cum curia ac praedio ac villis ad eam spectantibus Dzyewiantlye, Lopaciensko Minor, Bodussow et Gori villa cum curia et praedio, in terra Sandomiriensi sita, et super omni thesauro et suppellectili domestica reformationem, per Iacobum de Syekluka, castellanum Wonyciensem, fratrem suprascriptae Annae, susceptam, fecisse testificatur. JL. XXI, 280, 291.

2365. —— *sabbato in crastino Assumptionis V. M. (16 aug.).* Rex ad petitiones Iaco-

bi de Syeclika, castellani Voinicensis et capitanei Byecensis, nob. Jaczko Horowyeczki bona regalia, villam Chodecz, in terra Chelmensi sitam, de manibus Petri Smyotanka ac Stanislai, Nicolai, Petri, Pauli, filiorum olim Ioannis Smyothanka, iudicis Chelmensis, redimere consentit. XXI, 254.

2366. *In conventione Novae Civitatis Corczyn, sabbato in crastino Assumptionis V. M.* (*16 aug.*) Rex consules et oppidanos Vysliczienses in causa pascuorum tempore pellendi boves per bona regalia Lelow tenutae Nawoycze de Conyeczpole, palatinae Posnaniensis et tenutricis Leloviensis, ab omnibus solutionibus pro dictis pascuis liberat. XXI, 254.

2367. —— *dominica post Assumptionis V. M.* (*17 aug.*). Litterae universales Alexandri, Poloniae regis, ad dignitarios et officiales terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis et Lublinensis super exactione integra fertonum et civili. MD. XV, 223.

2368. —— *f. 2 infra octavas Assumptionis V. M.* (*18 aug.*). Rex Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem et capitanem Costensem, de censibus et proventibus dicti capitaneatus per ipsum a die susceptionis a tempore Ioannis Alberti regis usque ad annum 1505 exclusive perceptis quietat. XXI, 256.

2369. —— „ —— Rex Spithkoni de Jaroslaw, castellano Cracoviensi et capitaneo Costensi, 1141 marcas debitas post factam rationem a tempore susceptionis dictae tenutae usque ad annum 1505 exclusive, includendo etiam in eandem 700 marc. debiti, per ipsum castellanum mutuati, super censibus et proventibus capitaneatus Costensis inscribit. XXI, 256.

2370. —— „ —— Rex capitaneatum Costensem, a rege Ioanne Alberto pro virtute et praestantia meritorum Spithkoni de Jaroslaw, nunc castellano, tunc vero palatino Cracoviensi, collatum, eidem etiam ad vitam donat, designando ei solarium 60 marc. annuatim. XXI, 257.

2371. *Cracovia, f. 4 ante Bartholomaei* (*20 aug.*). Data est statio 8 annorum in monasterio Trzemesnensi Ioanni Hinek, succamerario Lanciciensi, in forma cancellariae consueta. r. XXI, 255.

2372. —— *f. 5 ante Bartholomaei* (*21 aug.*). Datus est burgrabiatus Gedanensis Mathiae Czymerman hinc ad unius anni decursum duraturus. r. XXI, 255.

2373. —— *sabbato ante Bartholomaei* (*23 aug.*). Rex Iacobo de Glinkj, capitaneo Viznensi, advocatiam in oppido Radzylowo, in terra Viznensi sito, a ducibus Masoviae fundato, de manibus Petri et Mathiae Bolestarum germanorum redimere consentit et 4 laneos seu mansos agri desertos, ibidem penes laneos advocati in Radzylowo consistentes, praedictae advocatiae addit. JL. XXI, 261.

2374. —— *f. 2 in crastino Bartholomaei* (*25 aug.*). Rex Petro Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellano Visliciensi alias Mariemboriensi, Radomiensi et Sochaczoviensi capitaneo, privilegium super teloneum et pontale in oppido ipsius haereditario Seczemyn, in terra Cracoviensi, per regem Vladislaum concessum et deinde deperditum, iuxta copiam privilegii antiqui renovat. JL. XXI, 263.

2375. —— *f. 3 post Bartholomaei* (*26 aug.*). Rex pro servitiis Iacobo de Glinky, capitaneo Viznensi, castrum et civitatem regiam Ploczko cum omnibus oppidis et villis, ad dictum capitaneatum Plocensem pertinentibus, de manibus Andreae Rapstynsky de Thanczyn, canonici Cracoviensis, germani et successoris olim Ioannis Rapstinsky, curiae regiae marsalci, redimere consentit. MD. XXI, 263.

2376. —— „ —— Rex propter citationem super proconsulem et consules civitatis Hilkusz per Dorotheam, relictam Iacobi Trepka de Czaplye, quod ipsi piscinam cum horto, in 40 marc. latorum grossorum per eos praedecessoribus eius obligatam, eximere vel alteri personae obligare et resignare admittere nolunt, significat, quia Stano, Valach et Iacobus Voitovicz, consules civitatis Ilkusch, suo et aliorum consulum Ilkussensium nominibus praefatae Dorotheae dictam piscinam cum horto, si ab eadem non exement, cuicunque personae obligare et resignare consentiant. JL. XXI, 264.

2377. —— *f. 5 post Bartholomaei* (*28 aug.*). Rex testificatur nob. Nicolaum Gnoyensky, advocatum in oppido Schadek, dictam advocatiam haereditariam nob. Ioanni Ribyensky, notario regio, pro 700 marcis vendidisse. JL. XXI, 292; MD. XXII, 14.

2378. —— *sabbato post Bartholomaei* (*30 aug.*). Rex pro servitiis Iacobo de Syecluka, castellano Wonycyensi ac capitaneo et haereditario advocato Byeczensi, domum et aream certam, Nicolai Ozanek, civis Byecensis, haereditariam, in eodem oppido ad sinistram partem domus advocatiae illius versus balneum sitam, ab ipso Ozanek emere consentit. JL. XXI, 265.

2379. —— *30 augusti.* Mors reginae. Elisabeth coniux Casimiri, regis Poloniae, trium regum et cardinalis mater, mortem obiit sabbato post festum Bartholomaei, hoc est 30 mensis Augusti hora diei 16 anno domini 1505. n. XXI, 265.

2380. —— *sabbato Felicis et Aucti* (*30 aug.*). Rex ad petitiones Petri Schaffranyecz de Pyeschkowa Skala, castellani Visliciensis ac Radomiensis et Sochaczoviensis capitanei, patroni, et Sigismundi de Cuchari, decretorum doctoris, plebani seu rectoris ecclesiae parrochialis

in oppido Saczemyn, eiusdem Petri haereditario, permutationem sortis villae Zawadow districtus Radomskye pro certo manso in Janniky et pro 100 marc., in Pyothrkow, f. 2 post Oculi (28 feb.) donationem eiusdem villae Zawadow ecclesiae Seczemensi, in Pyeschkowa Skala, dominica ante Assumptionis V. M. (14 aug.) et approbationem dictae donationis cum iure maidemboriensi, a rege Vladislao in Nova Civitate alias Corczyn, f. 6 post Assumptionis V. M. (19 aug.) anno 1429 datas, confirmat. JL. XXI, 266.

2381. *Cracovia, sabbato ante Aegidii (30 aug.)*. Datus est castellanatus Leopoliensis Ottae de Chodecz, capitaneo Haliciensi, per liberam resignationem vacans Stanislai de Chodecz, marsalci regni. r. XXI, 266.

2382. —— *dominica ante Aegidii (31 aug.)*. Rex Ioannem de Latalicze, praepositum Cracoviensem et secretarium suum, ad canonicatum et praebendam Cracoviensem, post mortem Ioannis Goslawsky vacantem, nominat. XXII, 6.

2383. —— *f. 2 Aegidii (1 sep.)*. Rex ad petitiones praeconsulum et consulum civitatis Torunensis iis molendinum vel molendina in villa Lubicz in fluvio Drwancza construere admittit. JL. XXI, 268.

2384. —— „ —— Rex ad supplicationes Gregorii abbatis et fratrum eius conventus monasterii Olivae, in terra Pomeraniae, confirmationem iurium et privilegiorum, per regem Casimirum in conventione generali in Pyothrkow, sabbato in vigilia Pentecostes (16 mai) anno 1467 eidem monasterio factam, approbat. JL. XXI, 269.

2385. —— „ —— Rex significat, quia Stephanus Phalko, physicus regius, bona regalia tenutae suae, in terris Prussiae et districtu Derschowiensi consistentia, videlicet: curiam et villas Strzepow et Byelow cum lacu Glambokye et lacubus, nemoribusque, ad advocatiam Strzepow pertinentibus, Gregorio abbati et conventui monasterii Oliwae resignaverit, super quod rex consentit. XXI, 271.

2386. —— „ —— Datus palatinatus Sandomiriensis Nicolao de Camyenyecz, campiductori regni Poloniae et capitaneo Cracoviensi, vacans per promotionem Ioannis de Tharnow ad palatinatum Cracoviensem, in forma cancellariae solita. r. MD. XXII, 4.

2387. —— „ —— Datus est subpincernatus terrae Chelmensis Thomae de Szennycza, vacans per mortem Ioannis Szennowsky, in forma cancellariae solita. r. MD. XXII, 4.

2388. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Kyzlinek, consuli Cracoviensi, super 180 marcas argenti excudendas in monetaria ad Iacobum de Schidlowyecz, thesaurarium regium. r. XXII, 5.

2389. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Lapisspotok super 60 fl. ad Stanislaum Kmitham de Wyssnycze, capitaneum Scepusiensem, ad rationem proventuum Regiae Mtis ex Scepusio provenientium, in forma cancellariae solita. r. XXII, 5.

2390. —— „ —— Data est quitantia super 12 bancos salis ad Ioannem Jordan de Zaklyczin, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 5.

2391. —— „ —— Rex, ad intercessionem Spitkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, rationem habens servitiorum Raphaëlis de Jaroslaw, castellani Premisliensis, eidem villam Dambow districtus Premisliensis, propter nobb. Ioannis, Nicolai et Iacobi fratrum Thomaschowyczy inoboedientiam et a bello absentiam ad se devolutam, donat. MD. XXII, 5.

2392. —— *f. 4 post Aegidii (3 sep.)*. Rex propter collationem episcopatus Chelmensis Nicolao de Koyszcyelecz, praeposito Vladislaviensi, censum annuum 100 marc., quas olim Creslaus, episcopus Vladislaviensis et regni cancellarius, ex donatione regis Casimiri ad vitam suam perceperat in zuppis Premisliensibus, eidem Nicolao electo Chelmensi donat. XXI, 271.

2393. —— „ —— Rex pro fidelibus obsequiis hon. Theodorico Przybranowsky, notario suo, domum et aream in circulo Iunivladislaviensi dictam Polyakowsky, in qua Iudaeus Dauid residebat, ad regem devolutam, donat et Stanislao Jarosski, capitaneo Iunivladislaviensi et marsalco curiae regiae, eum in possessionem domus et areae praedictarum intromittere mandat. JL. XXI, 293.

2394. —— „ —— Rex inscriptionem 4000 fl. Stanislao Jaroski, marsalco curiae, de exactione poradlne terrae Siradiensis in census, teloneum et proventus civitatis et castri Iunivladislaviensis cum villis Orlow, Thuczno, Jaxicze, Misczewycze, Slauanczyno, Manthwj, Bronyewo, Sambarze, Iaczewo, Rambyno, Banthkowo, Thuzany et in stationem villarum Mvrzyno, Nowawyesz, Wyelawyesz, Chrzansthowa, Buczkowo et Nyemoyewo transfert. XXI, 301.

2395. —— *f. 5 ante Nativitatis V. M. (4 sep.)*. Rex confirmando ad petitiones Iacobi de Schidlowyecz, regni thesaurarii et capitanei Lanciciensis, litteras Annae Masoviae ducissae, in Sochaczow, f. 2 ante Thomae (18 dec.) anno 1475, Casimiri regis, in Sochaczow, f. 3 Dorotheae (6 feb.) anno 1476 et Ioannis Alberti regis Cracoviae, f. 4 infra octavas Pentecostes (22 mai) anno 1499 super molendinum Sochaczoviense infra civitatem super fluvio Brzura situm datas, significat, quia dictus thesaurarius de consensu regio praefatum molendinum Nicolao Malik Roszlakowsky perpetuo donat. JL. XXI, 272.

2396. *Cracovia, f. 2 Nativitatis V. M.* (*8 sep.*). Rex ecclesiae s. Floriani Cracoviae praebendam seu capellaniam s. Crucis in anteurbio oppidi Cleparz cum iure patronatus in recompensationem deperditorum censuum de domibus, tempore erigendi propugnaculi novi alias baschta in valva s. Floriani disiectis, per cessum vel decessum Alberti, moderni dictae capellaniae possessoris, donat, eam praefatae ecclesiae perpetuo incorporat et 20 marc. annuatim de teloneo Cracoviensi eidem capellaniae assignat. JL. XXI, 283.

2397. —— *f. 3 in crastino Nativitatis V. M.* (*9 sep.*). Rex ob servitia et ad petitiones Ioannis Carwowsky, notarii regii, pro parte sua et Nicolai, Alberti, Andreae, Iacobi et Mathiae, ceterorumque fratrum ipsius, haeredum villae Malawa, in terra Ploczensi et districtu Plonensi sitae, porrectas, praefatae villae ius culmense donat. JL. XXI, 285.

2398. —— *f. 3 post Nativitatis V. M.* (*9 sep.*). Datus est consensus nob. Nicolao Zyelenski redimendi molendinum equinum de manibus Stanislai Odoy, oppidani Plonensis. r. XXI, 293.

2399. —— *f. 5 post Nativitatis V. M.* (*11 sep.*). Rex Stanislao Jaroczski, moderno curiae regiae marsalco, translata summa 4000 fl. hung. de exactione duorum grossorum terrae Siradiensis super capitaneatum civitatis Junivladislaviensis et villarum, per mortem reginae Elisabeth ad se devolutarum, regimen et gubernationem praefati capitaneatus committit. XXI, 300.

2400. —— *f. 5 infra octavas Nativitatis V. M.* (*11 sep.*). Rex oppidanos Crasnostavienses ad muniendum et fossatas circumcirca ipsum oppidum Crasnistaw faciendas ab exactione czopowe a festo Martini proxime futuro per annum liberat. XXI, 277.

2401. —— „ —— Data est quitantia Ramolt Nicolao, consuli Cracoviensi, super 70 fl. hung., quos fideiusserat pro Regia Mte et solvit Feltin, mercatori Cracoviensi, ad zupparium Cracoviensem Ioannem Jordan, super ratione zupparum Cracoviensium. r. XXII, 5.

2402. —— *f. 5 ante Exaltationis Crucis* (*11 sep.*). Rex pro servitiis Janussio Swyrczowsky, tenutario in Ropczycze, curiensi suo, institam seu mercimonialem cameram, de cameris sive institis maioribus Cracoviae in dextra parte in platea Castrensi ad easdem institas eundo, perpetuo donat. JL. XXI, 294.

2403. —— *f. 6 infra octavam Nativitatis V. M.* (*12 sep.*). Rex ad petitiones prioris et fratrum ordinis praedicatorum conventus s. Nicolai in Sochaczow litteras coram Anna Masoviae ducissa, in Sochaczow, f. 2 ante Ioannis Baptistae (22 iun.) anno 1472 recognitas, id est: venditionem certae areae cum horto per Nicolaum Zyemak Slawyecz de Nyemyglowy et donationem eiusdem areae cum horto per dictum Slawyecz praefato conventui confirmat. JL. XXI, 278.

2404. —— „ —— Rex ad petitiones oppidanorum Lubowliensium de terra Scepusiensi libertationem ab equitaturis et ducturis alias podwodi, a Vladislao III rege in Kyesmark, f. 2 Marci (25 apr.) anno 1440 iis datam, et confirmationem certorum iurium et privilegiorum oppidanorum de Lubowla, a rege Ioanne Alberto Cracoviae, f. 6 ante Hedvigis (12 oct.) anno 1492 factam, approbat. JL. XXI, 281.

2405. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Hynek, succamerario Lanciciensi et curiensi Regiae Mtis, super 70 fl., per 30 grossos quemlibet computando, ad Nicolaum Glynsky, zupparium et tenutarium Drohobicensem, ad rationem 100 marc. post obitum Mathiae (de Staralomza) episcopi Chelmensis ad Regiam Mtem, devolutarum. r. XXII, 5.

2406. —— *sabbato post Nativitatis V. M.* (*13 sep.*). Rex Stanislao Jaroczki, moderno curiae regiae marsalco et capitaneo Chanczynensi, summam 2000 fl. hung. apud eum receptam et super proventibus annuis ex iudaeis Posnaniensibus inscriptam, de eisdem proventibus in census, teloneum, villas, proventus et redditus bonorum regalium civitatis et castri Junivladislaviensis transfert. XXI, 300.

2407. —— *sabbato infra octavas Nativitatis V. M.* (*13 sep.*). Data est praesentatio Iacobo Buczaczky ad ecclesiam parrochialem in Lublin post mortem Petri Crassnopolsky, eiusdem ultimi et immediati rectoris et possessoris, vacantem, in forma cancellariae solita. r. XXII, 5.

2408. —— *f. 2 in crastino Crucis* (*15 sep.*). Data est quitantia Zamboczsky, curiensi Mtis Regiae, super 10 sexagenas, ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 6.

2409. —— „ —— Datus est consensus Hermolao Sathkowsky ad exemendum oppidum Byala, in terra Ravensi situm, de manibus Valentini et Ioannis germanorum de Ossvchow in summis pecuniarum in et super eodem oppido iuste inscriptarum, alias iuxta vim et continentiam litterarum capitalium etc., in forma cancellariae. MD. r. XXII, 6.

2410. —— „ —— Data est quitantia Andreae Croczowski, clerico Regiae Mtis, super 3 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. R. r. XXII, 7.

2411. —— *f. 2 post Exaltationis Crucis* (*15 sep.*) Rex pro fidelibus servitiis Stanislao Jaroczki, curiae regiae marsalco, Junivladislaviensi et Chaczynensi capitaneo, bona regalia castrum et oppidum Badzyn (Bandzyn) cum villis Sczukow et medietate Czeschkowycze, ad ea spectantibus, in terra Cracoviensi, de manibus Petri, castellani Visliciensis et capitanei Radodomiensis, ac Stanislai, curiae regiae succamerarii et capitanei Novae Civitatis Corczyn, de

Pyeskowascala germanorum Schaffranczow, qui super ipsis bonis litteras inscriptionis habuerunt, ac de manibus nob. Benedicti Pogorski, qui eadem bona ab eisdem Petro et Stanislao Schaffranyecz obligata habuit, redimere admittit. XXI, 299.

2412. *Chelm, f. 2 post Exaltationis Crucis (15 sep.).* Paulus de Jassyenyecz, capitaneus, testificatur orta controversia Paulum Pomyanowsky, advocatum Chelmensem non Nyekrzasz Jankowycz, civem Chelmensem ius ad mellificia advocatiae habere. XXI, 383.

2413. *In arce Cracoviensi, 16 septembris.* Regis litterae ad Iulium II, quibus Mathiam de Drzewica, episcopum Premisliensem et vicecancellarium regni, ad praeposituram ecclesiae collegiatae s. Michaëlis in castro Cracoviensi, post resignationem Ioannis (Konarski) episcopi Cracoviensis, vacantem, praesentat. XXII, 6.

2414. *Cracovia, f. 4 post Exaltationis Crucis (17 sep.).* Rex oppidum Cropyecz, in terris Podoliae et districtu Haliciensi situm, a suis praedecessoribus fundatum, a Tartaris et Turcis vastatum, iure maydemburgensi de novo erigit, instituendo in eo forum septimanale quolibet sabbato et annuale pro festo Laurentii (10 aug.). JL. XXI, 286.

2415. — „ — Litterae universales regiae, in modum restium datae, quibus conventionem terrae Cracoviensis in Proschowicze ad diem Hieronimi (30 sep.), Sandomiriensis vero Sandomiriae pro feria 3 post Francisci (7 oct.) ob hostes terras Russiae vastantes convocat. MD. XXII, 6.

2416. — *f. 6 post Exaltationis Crucis (19 sep.).* Rex monialibus s. Agnetis Cracoviae unum piscatorem, cui in toto passim flumine Vysle quocunque genere retium piscari licebit pro necessitate dicti conventus, habere admittit. R. XXII, 7.

2417. — *f. 6 ante Matthaei (19 sep.).* Rex ven. Iacobo de Buczacz, secretario suo, pro salario 700 fl. stationem Miechoviensem, regi in proximo debendam, ad 5 annos dat et de eo Martinum, praepositum Miechoviensem, certiorem facit. R. XXI, 287.

2418. — „ — Data est quitantia Voytassek Gloginsky, cubiculario Regiae Mtis, super 12 fl. et 8 ulnas panni stametv ad eundem Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 7.

2419. — *sabbato ante Matthaei (20 sep.).* Data est quitantia Andreae Vynarsky super 4 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium. R. r. XXII, 7.

2420. — „ — Data est quitantia Ioanni, episcopo Cracoviensi, super 20 bancos salis et 4 mensuras cocti salis ad Ioannem Jordan ad rationem zupparum Cracoviensium. R. r. XXII, 7.

2421. — *sabbato vigilia Matthaei (20 sep.).* Rex Stanislao Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, succamerario curiae regiae, bona Boleslawyecz terrae Vielunensis de manibus Sophiae de Pyeskowa Skala, sororis eius, relictae Balynski, eximere consentit. XXI, 371.

2422. — „ — Data est quitantia Catharinae relictae olim Stanislai de Wyeliczka, notarii cathedralis, super 10 marc. pecuniarum pro labore certorum librorun, per eundem Stanislaum maritum suum exhibito ad Ioannem Jordan de Zacliczyn, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem, zupparum Cracoviensium, in forma cancellariae solita. r. XXII, 7.

2423. — „ — Datus est consensus Stanislao Schaffranyecz de Pyesskowa Skala, succamerario curiae regiae, eximendi bona regalia Boleslawyecz, cum omnibus villis ad illa pertinentibus, in districtu Wyelunensi consistentia, de manibus Sophiae de Pyesskowa Skala praedicta, germanae dicti Stanislai, relictae olim N. Balynski, in forma cancellariae solita. r. XXII, 59.

2424. — *dominica Matthaei (21 sep.)* Rex Hedvigi Gnave de Cracovia, reginae Elisabeth ancillae, ultra inscriptionem regis Casimiri de victu et amictu in zuppis Cracoviensibus ad vitam ei datam, unum fertonem pro quolibet quartali in eiusdem zuppis ad vitam eius donat. XXI, 291.

2425. — *f. 2 in crastino Matthaei (22 sep.).* Rex ad petitiones nob. Catharinae, relictae Zavissii Ozyablowski, sculteti in Lipnyki, privilegium locationis praefatae villae Lipniki, a rege Casimiro in Byecz, f. 4 post Invocavit (22 feb.) anno 1363 Michaëli de Thessyn datum, confirmat et innovat. JL. XXI, 289.

2426. — *f. 3 post Matthaei (23 sep.).* Rex ad petitiones Mathiae de Drzevicza, episcopi Premisliensis et regni vicecancellarii, praeposito ecclesiae collegiatae s. Michaëlis in arce Cracoviensi ius patronatus et praesentandi unius mansionariae in ea ecclesia, cuius mansionariae inpraesentiarum hon. Ioannes Chadala de Skavyna modernus possesor exsistit, perpetuo donat. XXI, 292.

2427. — *f. 3 ante Michaëlis (23 sep.).* Rex ad vota Helenae, consortis suae, nob. et fam. Mathiae Czemerman, praeconsuli et burgrabio Gdanensi, dat libertatem in Magno Ducatu mercandi sub condicionibus a rege in litteris ipsi Mathiae prius datis. XXI, 253.

2428. — *f. 4 post Matthaei (24 sep.).* Rex Petrum Sokolowski, castellanum Cona-

riensem terrae Brestensis, Barbarae, Mathiae Grodzyenskj, castellani Bidgostiensis, filiae, consorti suae, 400 fl. in ½ gr. dotis et totidem dotalitii super medietate summae in villa regali Crobya, in terra Dobrzinensi, et villis haereditariis Zale, in eadem terra, et Pilchowicze, in terra Cuiaviensi et districtu Radzeioviensi, sitis, per Albertum, canonicum Posnaniensem, germanum supradictae Barbarae, solutos, inscripsisse testificatur. JL. XXI, 289.

2429. *Cracoviae, f. 4 ante Michaëlis (24 sep.)*. Rex ad petitiones Andreae de Naramovicze, custodis Visliciensis, litteras significatoriales certorum commissariorum super eius parentum nobilitatem de data f. 6 post Ioannis Baptistae (27 iun.) anno 1505 approbat et ipsum Andream ex utroque parente nobilem esse declarat. JL. XXI, 294.

2430. —— *f. 5 post Matthaei (25 sep.)*. Rex ad petitiones Iacobi, Ioannis et Nicolai de Comonyno, filiorum olim Petri Sarnowski, terrigenae Plocensis, per nobb. Falislaum, Michaëlem et Andream germanos de Lanczk pro certa sorte haereditaria in Comonyno ad iudicium terrestre citatorum, permutationem dictae sortis de data in Plonsko, f. 5 infra octavas Epiphaniarum (9 ian.) anno 1494 et demissionem eiusdem per Predborium de Craykowo Petro Sarnowski de Comonyno et Nicolao, filio eius, coram iudice et subiudice terrae Plocensis in Raczansch, f. 2 in crastino OO. SS. (2 nov.) anno 1494 recognitam, confirmat et super id novum privilegium iis dat. JL. XXI, 287.

2431. —— *f. 5 ante Michaëlis (25 sep.)*. Rex ob servitia Ioannis Borowsky, notarii regii, genitorem eius Iacobum Borowsky ab expeditione bellica liberat. JL. XXI, 287.

2432. —— *sabbato translationis Stanislai (27 sep.)*. Datus est consensus Ioanni Felici de Buczacz, incisori Regiae Mtis, exemendi oppidum Plonsko, in terra Plocensi situm, cum omnibus bonis ad illud pertinentibus, necnon villam Campa dictam de manibus Ninognevii de Criczko, palatini Plocensis, in summis pecuniarum, in eisdem iuste et legitime inscriptis, nullam adaugendo etc., in forma cancellariae solita. MD. r. XXII, 7.

2433. —— *dominica Venceslai (28 sep.)*. Rex significat, quia Bartholomaeus Valentinus Chodorek, Ioannes molendinator et Ioannes Macz consules ac Stanislaus Kuznar et Byalycuncza, cives Byeczenses, suis et aliorum consulum eiusdem civitatis nominibus, cum Iacobo de Syekluka, castellano Voyniczensi ac capitaneo et haereditarto advocato Byeczensi, et Agnete de Tanczyn, coniuge eius, contractum ratione proventuum ex domo, quam de consensu regio ipse Iacobus apud Nicolaum Ozanek, concivem ipsorum, emit, faciant et eidem Iacobo necessarium alias vychoth ex domo advocatiae ad murum civilem construere admittunt. XXI, 290.

2434. —— „ —— Rex domum in castro Cracoviensi, inter Ioannis Bochothnyczky haereditariam et Ioannis Gnyady burgrabiatus domos ex adverso ecclesiae s. Georgii sitam, quam Andreas sartor olim reginae matris Elisabeth incoluit, Stanislao et Ioanni Buczynsczy, germanis de Olschini, uti eiusdem domus legitimis iure successionis possessoribus, restituit. XXII, 8.

2435. —— *f. 2 Michaëlis (29 sep.)*. Similes litterae nobilitatis ut supra datae sunt nob. Ioanni Calusch de Brod, civitate regni Hungariae, rotmagistro Reg. Mtis in forma praescripta (vide № 1859). r. XIX, 184.

2436. —— „ —— Data est quitantia rev. in Christo patri Mathiae episcopo Premisliensi et regni Poloniae vicecancellario, super 12 bancos salis ad supradictum zupparium Cracoviensem. r. XXII, 7.

2437. —— „ —— Data est quitantia Petro Gnysky super 150 fl. ad rationem servitii sui Regiae Mti exhibiti ad supradictum zupparium Cracoviensem Ioannem Jordan. r. XXII, 7.

2438. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Staschkowski, canonico Cracoviensi et secretario Regiae Mtis, super 30 marc. pecuniarum ad capitaneum Coninensem Andream Conarski, super rationem proventuum Coninensium. r. XXII, 7.

2439. —— „ —— Data est recognitio quitationis Andreae Conarski, capitaneo in Conyn, super 61 marc. pecuniarum, quas dedit ad thesaurum Regiae Mtis de molendinis Coninensibus sui capitaneatus. r. XXII, 7.

2440. —— „ —— Data est quitantia Struss, mercatori Cracoviensi, ad dandum argentum ad monetariam pro excudendo debito, quod ei Regia Mtas tenebatur, ut daret 70 marcas argenti ad excudendum. r. XXII, 8.

2441. —— „ —— Data est quitantia ad monetariam Ioanni Iordan, castellano Byecensi et zuppario Cracoviensi, super 36 marc. argenti ad excudendum debitum suum 50 fl., quos ex mandato Regiae Mtis dedit pro expeditione Cosmae italici. r. XXII, 8.

2442. —— „ —— Data est quitantia ad monetariam Ioanni Felici de Buczacz, incisori Regiae Mtis, super argentum, quantum sufficeret ad excudendum debitum suum 1824 fl. pro servitiis Regiae Mti exhibitis ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni. r. XXII, 8.

2443. —— „ —— Data est quitantia vicariis ecclesiae s. Mariae Sandomiriensis super 6 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 8.

2444. *Cracovia, die Michaëlis (29 sep.).* Data est quitantia Wlodek, vicecapitaneo castri Cracoviensis, super 10 fl. ad pellicium ad Nicolaum Jordan, teloneatorem Cracoviensem, ad rationem telonei Cracoviensis. r. XXII, 8.

2445. —— „ —— Data est quitantia eidem Wlodek super 6 bancos salis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r XXII, 8.

2446. —— „ —— Data est quitantia ad monetariam Mathiae Tuchorski super 200 marc. argenti ad excudendum pro ipsius commodo. r XXII, 8.

2447. —— „ —— Data est quitantia notariis cancellariae Mathiae episcopi Premisliensis et regni Poloniae vicecancellarii, super 20 marcas pecuniarum ad Ioannem Jordan, castellanum et zupparium Biecensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 11.

2448. —— „ —— Rex Ioannem Calusch de Brod, civitate regni Hungariae, rotmagistrum suum, pro meritis nobilitat et in signum nobilitatis vitulum cornutum rubeum in scuto flaveo et campo aureo seu glauco pro clenodio seu armis ei dat. XXII, 17.

2449. —— *f. 3 in crastino Michaëlis (30 sep.).* Rex Ioanni Aller, civi et librorum impressori Cracoviensi, dat preerogativam, ut nullus mercator sive incola regni, sive quicunque alius externus hospes libros, qui Cracoviae per ipsum Aller impressi essent, aliunde in regnum adducat sub poena 10 sexagenarum. XXI, 293.

2450. —— „ —— Rex capitaneatum Chelmensem, post mortem Pauli Jasyenski vacantem, de consensu executorum testamenti praefati Pauli Ioannis, episcopi Posnaniensis, et Ioannis de Lasko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellarii, Cristino Osczyewski, uni executorum eiusdem testamenti, dat. XXI, 299.

2451. —— „ —— Rex vicum Stradomiam civitati Kazimiriensi certis sub condicionibus unit. XXI, 302.

2452. —— „ —— Rex, confirmando decretum Andreae Roza de Borzischevicze, archiepiscopi Gnesnensis, mandat, ut Nicolaus de Curoszwaki, palatinus Lublinensis et capitaneus Siradiensis, 60 boves vel valorem eorum, ratione non soluti telonei, apud Ioannem et Iacobum de Syczow, servitores Ilynkonis Hugwycz de Biskupycz, receptos, restituat. XXI, 303.

2453. —— „ —— Rex certam plateam oppidi Cleparz, eundo de civitate versus ecclesiam s. Floriani, cum omni iure et proprietate domorum et arcarum, propter meliorem civitatis Cracoviensis fortificationem et munitionem, consulibus Cracoviensibus donat. JL. XXI, 317.

2454. —— *f. 3 post Michaëlis (30 sep.).* Rex Ioanni Jordan de Zaklyczyn, castellano Biecensi, zuppario et procuratori generali Cracoviensi, Stanislao Schaffranyecz de Pyeskowaskala, succamerario curiae regiae et capitaneo Novae Civitatis Corczyn, Severino Reithman, Paulo Coffman consulibus et Swaypoldo Veheth, civi Cracoviensibus, montes et fodinas paratas et inceptas, praesertim in fluvio Czarny Dunayecz et Byaly Dunayecz donat, cum facultate quaerendi metalla, libertate unius anni a decima regia et privilegio iuris montani iuxta consuetudinem regni Bohemiae. XX, 304.

2455. —— „ —— Rex nob. Ioanni de Nohoyevicze scultetiam in eadem villa Nohoyevice districtus Samboriensis, quam olim nob. Nicolaus Rubyn nob. Andreae Stupniczki et Andreas Stupniczki regi Ioanni Alberto in 90 fl. hung. invadiaverat, in praefata summa 95 fl. hung. per manus Stanislai Lanskorunski de Brzeszye, pincernae Sandomiriensis, recepta donat. XXI, 298.

2456. —— „ —— Rex 6000 fl. hung., apud praeconsulem et consules Cracovienses, dato pignore 67 vasis argenteis partim deauratis, partim nudis, valoris 888 marc. argenti, mutuatos pro dominica Laetare (22 mar. 1506) et pro die Ioannis Baptistae (24 iun. 1506) solvere promittit. XXI, 302.

2457. —— „ —— Rex 6031 fl. per 38 grossos debiti Ioanni Bonar et eius societati, videlicet Zayfredo Bethman et Erasmo eius filio, consulibus Cracoviensibus, de aerario monetariae ex argento, per Ioannem Thurzo et eundem Ioannem Bonar ad monetariam dando, seu lucro ex cudenda moneta singulis septimanis 150 fl. per 38 gros. recipiendos demonstrat. XXI, 310.

2458. —— „ —— Rex Ioanni Thurzo, consuli Cracoviensi, facultatem per Vyslam et alios fluvios regni merces metallinas, praesertim vero cuprum, versus civitatem Gedanensem navibus seu in lignorum struibus fluitandi et navigandi donat. XXI, 311.

2459. —— „ —— Rex Casparo Maczyeowsky, curiensi suo, stationem trium annorum, incipiendo a 1 ianuarii 1506 de monasterio Busczensi donat. XXII, 13.

2460. —— *f. 3 Hieronimi (30 sep.).* Data est quitantia Ioanni Starosczki, cubiculario Regiae Mtis, super 10 marc. ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 8.

2461. —— „ —— Rex privilegium civibus oppidi Wyeliczka super condicionali liber-

tate a datia podvodarum per Cazimirum IV regem in Pyotrkow f. 2 post Bartholomaei (28 aug.) anno 1447 datum confirmat. MD. XXII, 9.

2462. *Cracovia, f. 3 Hieronimi (30 sep.)* Rex orta quaestione inter moniales monasterii Antiquae Sandecz, ex una, ac consules et communitatem civitatis Bieczensis, ex altera parte, talem fert decretum, quod mercatores, qui ex Hungaria Cracoviam aliasque civitates cum mercibus eunt, dicto monasterio teloneum solvere debeant, qui vero in ipsam civitatem Byecz proficiscuntur, a solutione dicti telonei liberi sint. MD. XXII, 10.

2463. —— „ —— Rex ad supplicationes Nicolai de Schidlowyecz, servitoris sui, in oppido ipsius Schidlowyecz districtus Radomiensis fora annualia pro festo s. Laurentii (10 aug.) et pro feria 5 ante dominicam Ramispalmarum celebranda instituit. MD. XXII, 10.

2464. —— „ —— Data est recognitio germanis Petro, Christophoro et Casper Gersterffom, curiensibus Regiae Mtis, super summam 1328 fl. pro servitiis eorum et damnis omnibus, quam eis Regia Mtas remansit obligata et promisit solvere eis pro festo Ioannis Baptistae (24 iun. 1506) proxime venturo litteris suis. r. XXII, 11.

2465. —— „ —— Data est recognitio Balcer et Petro Ralyel germanis, curiensibus Regiae Mtis, super summam 345 fl., quos eis Regia Mtas promittit solvere pro festo Ioannis Baptistae proxime venturo litteris suis. r. XXII, 11.

2466. —— „ —— Rex testificatur Ioannem Galka de Nyedzwyedz, plebanum Byeczensem, recognovisse, quia tenuta sua villarum Nyebrow et Czyechanow districtus Lanciciensis, olim Andreae Galka per olim Vincentiam de Lazenycze, palatinam Brestensem, et filios eius Ioannem et Iacobum in certa pecuniae summa obligatarum, ad se vero post olim Andream, germanum suum, iure successionis devolutarum, Iacobo de Schidlowyecz, thesaurario regni et capitaneo Lanciciensi, condescenderit. XXII, 11.

2467. —— „ —— Rex Janussio Szvyrczowski, curiensi suo, stationem in oppido Ropczicze ab expiratione prioris donationis ad 4 annos donat. XXII, 17.

2468. —— „ —— Data est littera indemnitatis Jarosch rotmagistro in Camyenyecz servienti super 200 pedites et 4 equos, cui solutura est Mtas Regia iuxta morem in talibus observatum. r. XXII, 17.

2469. —— „ —— Rex domum Ioannis Jordan de Zaclyczyn, castellani Byeczensis, in civitate Casimyerz penes valvam Glynna, inter domos Laurentii Luntiscgubi et Sigismundi Zeyczlych sitam, apud vicarios ecclesiae cathedralis Cracoviensis emptam, ab omnibus solutionibus et ab iurisdictione aliarum personarum absolvit. XXII, 20.

2470. —— „ —— Data est littera absolutoria a bello Creslao Voyschyk, personae tantummodo ipsius, ad decursum 2 annorum, ea tamen condicione, quod tempore cuiuslibet belli in castro Novae Civitatis Corczin propter provisionem et custodiam eiusdem personaliter interesse debet et de bonis suis expeditionem sufficientem semper facere tenebitur. r. XXII, 20.

2471. —— „ —— Rex consentit, ut Paulus Czarny de Wythowicze, Brestensis et Oszwyanczimensis capitaneus, zuppas regias Premislienses seu Solenses apud nob. Ioannem Theodaldi de Florentiis eximat et debitum 5280 fl. ratione administrationis zupparum Cracoviensium ex proventibus dictarum zupparum per 600 fl. annuatim extenuandum recipiat. XXII, 20.

2472. —— *f. 4 in crastino Hieronimi (1 oct.)*. Rex Stanislao de Cvrozwanky, capitaneo Wielvnensi, proficiscendi in externas oras ad rem militarem intendendam, virtutes et mores dispiciendos facultatem dat, eumque ab expeditione bellica, quoad personam eius, infra hinc ad festum Paschae proximum (12 apr. 1506) absolvit. XXII, 8.

2473. —— *f. 4 post Michaëlis (1 oct.)*. Regia Mtas contulit Alberto Caczkowskj, iudici et exactori Junivladislaviensi, ius praesentandi ad praebendam in ecclesia s. Iacobi extra muros Junivladislavienses proxime vacaturam per cessum vel decessum pro una vice duntaxat. r. XXI, 294.

2474. —— „ —— Rex facta ratione cum Nicolao Jordan de Zacliczyn, teloneatore Cracoviensi, in qua 300 fl. annuatim regi ex arrenda dicti telonei per eum debiti defalcati sunt, eum de arrendato teloneo a festo Circumcisionis domini (1 ian.) anni 1504 ad aliud festum praedictum anni 1507 quietat. XXI, 296.

2475. —— „ —— Rex Nicolaum Jordan de Zacliczyn, teloneatorem Cracoviensem, de teloneo triennali Cracoviensi incipiendo rationem a festo Bartholomaei (24 aug.) quietat. XXI, 296.

2476. —— „ —— Rex ex rationibus cum Nicolao Jordan de Zacliczyn, teloneatore Cracoviensi, super proventibus triennalis et perpetui teloneorum Cracoviensium, a rege ei arrendatorum, eidem Nicolao 300 fl. debitus remanet, obligaturque eum a tenuta dicti telonei non amovere usque ad solutionem praefatae summae una cum aliis prius ei inscriptis. XXI, 297.

2477. —— „ —— Rex procunsuli et consulibus Cracoviensibus custodiam piscaturae regiae Cracoviensis de manibus Salomonis, consulis et concivis eorundem proconsulis et consulum Cracoviensium, redimere admittit. XXI, 299.

2478. *Cracovia, f. 4 post Michaëlis (1 oct.).* Rex domos burgrabiatus: alteram Iacobi Szyeklyczki, castellani Voynicziensis, sub muro inter domos Nicolai de Curozwanky et vicariorum ecclesiae cathedralis Cracoviensis sitam, alteram vero Nicolai Philipowsky, subpincernae curiae regiae, inter domos Ioannis Bochothnyczky et praebendariorum S. Trinitatis capellae sitam, invicem commutandi dat facultatem, domuique per Iacobum Szyeklyczki inhabitandae spatium sex plantarum in fronte eiusdem adiungit. XXII, 12.

2479. —— „ —— Rex Barbaram relictam olim Ioannis Rapstinsky de Thanczin in magistram curiae dominae Elisabeth, germanae suae, ordinat, dictamque Barbaram quoad bona eius, eiusque filii Andreae Rapstinsky, canonici Cracoviensis, personam ab expeditione bellica absolvit. XXII, 12.

2480. —— „ —— Rex Iacobum Szyeclyczky, castellanum Voynyczensem, in magistrum curiae dominae Elisabeth, sororis suae, ordinat et de bonis eum ab expeditione bellica absolvit. XXII, 13.

2481. —— „ —— Rex, ad instantiam Jaroslai de Lasko, tribuni Siradiensis, tutoris puerorum Nicolai Naramowsky, Calissiensis et Siradiensis capitanei, possessionem molendinorum Siradiensium, a Nicolao de Curozwaky, palatino Lublinensi et capitaneo Siradiensi, occupatorum, dictis pueris sub vadio 10000 fl. hung. restituere mandat. XXII, 14.

2482. —— „ —— Interpositum est vadium inter nobb. Ioannem Czulyczky et Janussium Kossmyrowsky 300 marcarum, pro mensa regali medium et parti tenenti medium, per partem non tenentem succumbendum et irremissibiliter persolvendum, et litterae in forma solita cancellariae datae sunt. MD. r. XXII, 17.

2483. *Proschevicze, f. 5 post Michaëlis (2 oct.).* Rex utilitatem regni ex monetaria uberiorem facere cupiens cum Ioanne Thurzo et Ioanne Bonar, consulibus Cracoviensibus, ratione exhibendi per eos 8000 marcarum per 15 latos grossos certum contractum init. XXI, 309.

2484. *Cracovia, f. 6 post Michaëlis (3 oct.).* Rex Ioanni Kyzlynk, consuli Cracoviensi, pro 2300 fl. hung., apud eum per regem pro salariis stipendariorum in mutuum receptis, 78 marc. de censu, regi annuatim ex maccelis laniariorum alias carnificum Cracoviensium provenienti, usque ad solutionem summae receptae iure reemptionis inscribit. XXI, 298.

2485. —— *f. 2 post Francisci (6 oct.).* Rex nobb. Petro Salomonis et Nicolao Glynsky, consulibus Cracoviensibus, executoribus testamenti olim nobilis Imran, civis Cracoviensis, 1800 fl. hung., apud eos in mutuum receptos, super bonis regalibus civitate et zuppis Drohobicensibus ac in Dolina, tenutae eorum, inscribit. XXI, 297.

2486. *Sandomiria, f. 5 post Francisci (9 oct.).* Rex censum tubicinalem 5 mar. pro quolibet quartali, 20 ulnas panni pro festo Pentecostes, 1 sexagenam pro pellicea pro festo Michaëlis (29 sep.), in teloneo Cracoviensi inscriptum, post mortem prov. Nicolai Stari, tubicinis Casimiri IV regis, prov. Nicolao Czyele de Crzywyany, tubicini suo, donat. XXI, 307.

2487. —— *sabbato ante Hedvigis (11 oct.).* Prorogata est libertas oppidanis in Pokrzywycza ab expiratione prioris libertatis usque ad quinquennium, qua libertate utentur inxta tenorem litterarum prioris libertatis. r. XXI, 299.

2488. —— *f. 2 ante Hedvigis (13 oct.).* Rex Christophoro de Sidlowyecz, magistro curiae principis Sigismundi, bona Krzeczow de manibus Ioannis et Petri Gnyady redimere consentit. XXI, 305.

2489. —— „ —— Rex Davidi de Dlugye, capitaneo Sandomiriensi, debitum 2090 fl. in proventibus civitis Pisdrensis cum villis inscribit. XXI, 311.

2490. —— *f. 3 ante Hedvigis (14 oct.).* Rex Domoratho de Scharawka, castellano Camenecensi, castellaniam hanc Nicolao Herborth de Felsthin, coram Paulo Cola de Dabeyow, palatino Podoliae, et Stanislao de Chodecz, castellano et capitaneo Leopoliensi et Camenecensi, regnique marsalco, resignare admittit. XXI, 301.

2491. —— „ —— Datus est consensus nob. Hernestho Hunrow de Hernisturff, curiensi regio, exemendi villas Collen, Ottanow, Schynvalde et Noyewe, districtus Gedanensis, de manibus Leonhardi Bogk, civis Gedanensis. r. XXI, 302.

2492. —— *f. 4 Hedvigis (15 oct.).* Rex significat Hedvigim relictam Thomae Ossyeczkowsky, advocati in Grodzysko terrae Premisliensis, 150 marc. dotis suae per Andream Croliewski, priorem maritum suum, sibi super medietate dictae advocatiae reformatae, Catharinae, Dorotheae et Barbarae, filiabus suis inscripsisse, hac condicione, ut $^1/_4$ partem praedictae summae Annae et Hedvigi orphanis, filiabus olim Margarethae, eiusque Hedvigis donatricis filiae, quando ad annos discretionis pervenient, exsolverent. XXI, 305.

2493. —— „ —— Rex villas Lukowyecz et Blonye in capitaneatu Sandomiriensi et villam Skowrodlo in districtu Visliciensi sitas ab Iacobo Michowski, abbate Andrzeioviensi, cum Andrea de Borzyshowycze, archiepiscopo Gnesnensi, pro eius villis haereditariis consensu regio accedente commutatas, a contributionibus pecuniarum et frumentorum et a laboribus pro castris Sandomiriensi et Novae Civitatis Corczyn liberat. XXI, 309.

2494. *Croszno, f. 6 ante Lucae (17 oct.).* Consules Crosznenses Ioannem Knor de summis 1100 fl. hung. in auro et 321 fl. in moneta, ipsi Knor super teloneo Lublinensi a rege inscriptis, Ioannem Schadurka, consulem Lublinensem, quietasse notum faciunt. XXI, 238.

2495. *Cracovia, ad mandatum litterale Regiae Mtis Sandomiria missum, f. 3 die 11000 virginum (21 oct.).* Rex nobb. Andreae Giziczki, Adae Baran de Paprothna et Petro Granyczky salvum conductum a data praesentium ad diem 15-am ab instituta die pro festo Epiphaniarum Domini (6 ian.) nunc instante in Lublyn inclusive duraturum dat. R. XXII, 19.

2496. *Lublin, f. 5 ante Simonis et Iudae (23 oct.).* Rex, attentis servitiis Iacobi Wrona de Tlusthylicz, curiensis sui, una cum Nicolao Bydlowski eius ex sorore nepote, pro eo debitum 200 fl. hung., apud Margaretham filiam Ioannis Byalynsky, vexilliferi Haliciensis, coniugem vero Ioannis Cola, contractum, eidem Margarethae super teloneo oppidi Tlumacz inscribit. XXI, 305.

2497. —— *f. 6 ante Simonis et Iudae (24 oct.).* Rex ad petitionem nob. Andreae Sadurka recognitionem solutionis summarum ei per Ioannem Knor coram consulibus Crosznensibus in Croszno, f. 6 ante Lucae (17 oct.) anno 1505 factam, approbat. XXI, 238.

2498. —— „ —— Rex Georgio Crupski, capitaneo Belsensi dat facultatem assignare loca et areas pro domiculis et receptaculis privatis in castro Belsensi aedificandis per nobiles, cum uxoribus, liberis et bonis incursione Tartarorum imminente in castrum securitatis causa fugientes. XXI, 305.

2499. —— „ —— Rex litteras Casimiri IV in Lublin f. 6 ante OO. SS. (29 oct.) anno 1456 super villa Czarnochoucze datas, ad petitionem Ioannis Milanowski, pincernae Leopoliensis et curiensis sui, nomine Annae, coniugis eius et Ioannis Rychczyczki, eiusdem Annae fratris germani, innovat. XXI, 306.

2500. —— „ —— Datus est consensus Petro Schaffranyecz de Pyeskowa Skala, castellano Visliciensi et capitaneo Sochaczoviensi, bona regalia oppidum Capinosz cum villis capitaneatus Sochaczoviensis, tenutae olim Pauli de Jaszyenycza, capitanei Chelmensis, de manibus Ioannis Lubrański, episcopi Posnaniensis, Ioannis de Lasko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellarii, Cristini Osczowski et Vygandi Gdeszynski (de Gdaszyn), vexilliferi Belsensis, executorum testamenti, et de manibus successorum praedicti Jaszyenski exemendi, summaeque in eisdem inscriptae summis in Sochaczów inscriptis adiungendi. r. XXI, 306.

2501. —— „ —— Datus est consensus Prandothae de Trzaczyna, palatino Ravensi, exemendi bona Capinosz tenutae olim Pauli Jaszyenski de manibus successorum et executorum testamenti eius. r. XXI, 306.

2502. —— *f. 3 Simonis et Iudae (28 oct.).* Rex Andreae de Radzeyovycze, castellano Sochaczoviensi, bona regalia oppidum Capynosz cum villis, de manibus executorum testamenti et successorum Pauli de Jaszyenycza, capitanei Chelmensis, exemere consentit. XXI, 307.

2503. —— „ —— Rex ad instantiam Andreae Rosa de Borzyschevicze, archiepiscopi Gnesnensis, iudaeo Isaac, eius physico, censum annuum 100 fl. hung. per iudaeos Cracovienses solvi solitum, de manibus successorum Frederici de Olomuncz, physici regii, pro 300 fl. hung. exemere consentit. XXI, 308.

2504. —— „ —— Rex significat, quia Ioannes Andreae sen. subpincerna et Ioannes iun. incisor curiae regiae, germani de Buczacz se invicem et successores suos de omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quaecunque ex servitiis quilibet eorum per se habeat, mutuo libere quietaverint. JL. XXI, 318.

2505. —— *f. 4 in crastino Simonis et Iudae (29 oct.).* Rex mandat, ut Paulus capellanus, Paulus et Cristinus alias Krczon germani de Magnvszewo, Ioannes et Felix germani de Czyeczyszewo et Barbara de Jaszyenyecz, relicta Petri Kiernoski, dapiferi Sochaczoviensis, successores Pauli Jaszyenski, capitanei Chelmensis, quascunque habuerint litteras super villa Stolno, districtus Chelmensis, tenutae Georgii Crupski de Orchow, capitanei Belsensis, ad approbationem consiliariorum regni in proxima conventione generali reponant. XXI, 307.

2506. —— „ —— Rex Georgio Crupski de Orchow, capitaneo Belsensi, villam Stolno terrae Chelmensis de manibus successorum Pauli Jassyenski, capitanei Chelmensis, exemere consentit. XXI, 308.

2507. —— „ —— Rex Nicolao Firley de Dambrowycza, vexillifero Cracoviensi et capitaneo Lublinensi, villam Tarchawycze capitaneatus Lublinensis Mathiae Zolkyewsky in 100 fl. obligare consentit. XXI, 309.

2508. —— „ —— Rex, ad petitionem ex parte Nicolai de Cosczyelecz, capitanei Bobrowniczensis, litteras Anastasiae, Lanciciensis et Dobrzinensis ducissae, in Choyno, f. 4 ante Purificationis V. M. (28 ian.) anno 1316 et Margarethae, ducissae Dobrzinensis, in Lipno die Petri et Pauli (29 iun.) anno 1378 super villa Radomycze terrae Dobrzinensis datas confirmat. XXI, 318.

2509. —— *f. 6 vigilia OO. SS. (31 oct.).* Rex iudaeum Josko, Leopoliensem et Belsensem teloneatorem, de 790 marcis quietat. XXI, 314.

2510. *Lublyn, mense Octobri.* Rex ad petitionem Ioannis Golabyowsky, advocati Radomiensis, litteras Casimiri III regis in Lublin die Vincentii (22 ian.) anno 1350 super advocatia Radomiensi datas propter vetustatem scripturaeque caducitatem confirmat. XXI, 321.

2511. —— *dominica in crastino OO. SS. (2 nov.).* Rex in causa inter Andream de Schadurky, civem et teloneatorem Lublinensem, et mercatores Leopolienses, ratione solutionis telonei in Lublin, decretum fert. JL. XXI, 313.

2512. —— *f. 2 post OO. SS. (3 nov.).* Rex Stephano Fisschel, ex iudaeo christiano facto, servitori suo, pro debitis 400 fl. hung. dono dat et pro eis exactionem 2 gross. terrae Siradiensis, de manibus Stanislai Jarosski, curiae marsalci, nuper redemptam et census annuos iudaeorum Posnaniensium, Gnesnensium, Calissiensium. Myedzirzecensium, Iunivladislaviensium, Brzestensium, Ploczensium et ubique locorum Maioris Poloniae, Cracoviensis et Russiae terrarum exsistentium hinc usque ad annum 1509 inclusive certis sub condicionibus inscribit. JL. XXI, 311.

2513. —— „ —— Rex plenipotentiam Andreae de Sadurki, consuli Lublinensi, per Ioannem Knor super exigendum teloneum Lublinense datam approbat. XXI, 314.

2514. —— „ —— Rex Ioannem Jordan de 4691 fl. ad rationem zupparum expositis quietat. XXI, 314.

2515. —— *f. 3 infra octavas OO. SS. (4 nov.).* Rex Nicolao de Cosczyelecz, palatino Brzestensi, domum regiam in suburbio Bidgostiensi nob. Nicolao Vitakowski in 60 sexagenis solidorum obligare admittit. XXI, 315.

2516. *Byelsko, f. 6 post Martini (14 nov.).* Rex Ioanni Jordan et Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, fideiussoribus suis pro 1000 fl. hung. coram Ioanne Thurzo, cive Cracoviensi, summam hanc in termino solvere promittit. XXI, 314.

2517. *Grodno, f. 4 in crastino Catharinae (26 nov.).* Rex Ioanni Andreae de Buczacz, subpincernae curiae suae, villas Cozicze et Jemyelno terrae Podoliae de manibus prov. Basilii Thyczka armeni redimere consentit. XXI, 317.

2518. —— *f. 6 ante Andreae (28 nov.).* Rex Ioanni minori de Buczacz, incisori curiae suae, bona Myedzyboze terrae Podoliae, de manibus Ioannis Gologorski et Annae de Buczacz coniugum, Petri Oleski et olim coniugis eius, ac Procopii Jazlowyeczki et Beatae de Buczacz coniugum redimere consentit XXI. 316.

2519. —— *3 decembris.* Rex nomine suo et principis Sigismundi, fratris germani, Ioanni Theutul logofeth, Izac Vysliaryk, Iwan Izayowycz et Lucae dyak, oratoribus Ioannis Bogdan, palatini Moldaviae, litteras salvi conductus dat. XXI, 314.

2520. —— *f. 4 post Luciae (17 dec.).* Rex Annam matrem ac Stanislaum et Ioannem filios eius, Masoviae duces, de 4000 fl. ad rationem summae capitalis 30000 fl. pro infeodatione ducatuum Masoviae post mortem ducis Conradi sibi et regno debitae receptis quietat. XXI, 320.

2521. *Leopolis, sabbato ante Thomae (20 dec.).* Stanislaus de Chodecz, marsalcus regni, Leopoliensis ac Camenecensis capitaneus, Felix de Baluczyn iudex, Ioannes de Dauidow subiudex terrestres Leopoliensis, uti commissarii regii, auditis depositionibus testium: Jaczkonis de Komornyki, Georgii de Waczow, Ivaszkonis de Costanovicze, Antival Procz de Stupnicze, Petri de Monasterzecz, Iwaskonis et Vankonis de Glazow, Vankonis de Huhrzecz, Pauli de Ritarowycze, Olechnonis de Issay, Feythkonis de Jawor, Romani de Zabloczyecz, Nicolai et Syenkonis de Gyelnyk, Stankonis et Vaskonis de Sozanye, Georgii de Radzylow, Hridzkonis de Podhordzyecz et Petri de Hertilecz, qui dixerunt Iaczkonem Comornicki, Vaskonem Turzenski et Domkam Vissoczenski habuisse privilegia per Turcos et Tartaros combusta, super villas Turza, Komornyki, Vissokye et Zupanye, terrae Sanocensis, eosdem dictarum villarum iure haereditario possessores esse testificatur. XXI, 330.

2522. *Grodno, f. 2 in crastino Thomae (22 dec.).* Rex ad vota Ioannis Lubranski, episcopi Posnaniensis et executoris testamenti Pauli Jasyensky, tenutarii in Capinosz, litteras Ioannis Alberti regis Cracoviae f. 4 post Invocavit (11 mar.) anno 1500 super inscriptione praedictorum bonorum datas, de sigillo anullari in praesentes maioris sigilli regni litteras transfert et transscribit. XXI, 320.

2523. ..... Quitantiae datae: Item Stanislao Okvn ad dominum Stanislaum Schirchowski ad 50 ..... Item eidem Okun ad Osar iudaeum super 50 fl. ad rationem telonei. Item domino Iacobo Sthasschkowski, notario regio, ad dominum Szirzchowski super ..... Item eidem Iacobo ad zupparium Cracoviensem Jordan super 10 marcas ad r ..... Item domino vicecancellario super 20 ulnas axamenti et 2 stamina panni: unius landensis, alius machliensis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem ad ra ..... Item domino Ioanni Gwasdowski, notario regio, ad 20 marcas pariter cum notariis domini vicecancellarii ad Paulum Goszczischowski ad rationem exactionum praeteritarum. Item eidem domino Gwasdowski ad Osar super 10 marcas. r. XV, 223.

2524. ..... Annuale forum Sandomiriense transponendo, quod fuit pro festo Ascensionis

Domini, Regia Mtas consensit et transposuit ipsis pro festo s. Agnetis (21 ian.) aut Conversionis s. Pauli (25 ian.), prout commodius civitati fore videbitur. r. XIX, 197.

2525. . . . . Rex magn. domino Radwl, wayuodae Transalpino et Basarabiae, et subditis eius salvum conductum in Regno manere dat. XXI, 192.

2526. . . . . Rex ad petitiones Nicolai de Coszczelecz, palatini Brzestensis et capitanei Thucholiensis, ei bona quaecunque regalia, tenutae ipsius, cuicunque subdito regni in 2000 fl. hung. obligare admittit. XXI, 231.

2527. . . . . Consignatio locorum et terminorum pro conventionibus particularibus et generalibus terrestribus cogendis ante generalem conventionem regni pro festo Epiphaniarum Domini (6 ian.) anno 1506 in Lublin indictam. XXII, 18.

2528. . . . . Nomina cubiculariorum regiorum, qui litteras conventionum in varias terras et palatinatus perferre debeant. XXII, 19.

1506.

2529. *Lublin, 6 ianuarii.* Conventio generalis Lublinensis pro festo Epiphaniarum Domini anno millesimo quingentesimo sexto instituta. n. XXI, 324.

2530. *In conventione generali Lublinensi, f. 5 post octavas Epiphaniarum (15 ian.).* Rex Dobeslao Chmelieczki (Chmielniczki) villam regalem Malnow districtus Premisliensis Hychnatho, Mathweno et Olechnoni de Zamoscze obligare consentit. JL. XXI, 322.

2531. —— *f. 6 ante Priscae (16 ian.).* Rex cuidam nob. Gyzyczki salvum conductum ad diem Valentini (14 feb.) proximum dat. XXI, 323.

2532. —— *sabbato ante Priscae (17 ian.).* Rex nob. Symae Mythkowycz de Vereszczeznycze privilegium super hanc villam, in terra Camenecensi, inter villas Wolodzywczy, Cuzmyenyczy et Matheykowo sitam, priori igne consumpto, audito testimonio Stanislai de Chodecz, regni marsalci, Leopoliensis et Camenecensis capitanei, dat. JL. XXI, 323.

2533. —— *19 ianuarii.* Anno Domini 1506 ianuarii 19 alias in crastino s. Priscae virginis Regia Mtas, scilicet serenissimus princeps et dominus dominus Alexander, Dei gratia, rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres cum consiliariis regni status utriusque inferius nominatim descriptis decretum edidit et promulgavit conventionem hanc, scilicet pro festo Epiphaniarum (6 ian.) proxime praeterito institutam, conventionem veram generalem esse et ex magnis ac rationabilibus causis constitutam, ut in ea de salute reipublicae conservanda consulatur. Domini autem, qui decreto huic interfuere, hi sunt, qui sequuntur: Andreas Rosa de Borzyschevicze Gnesnensis et primas, Bernardus Wilczek Leopoliensis archiepiscopi, Ioannes de Ludbrancz Posnaniensis, Mathias de Drzewicza Premisliensis episcopi et Nicolaus de Coszczyelecz electus Chelmensis, Spithko de Jaroslaw, castellanus Cracoviensis, Ioannes Felix de Tharnoff Cracoviensis, Nicolaus de Ludbrancz Calissiensis, Jaroslaus de Lassko Lanciciensis et Ioannes de Tharnoff Russiae palatini, Stanislaus Curopathwa de Laczuchow Chelmensis, Paulus Chotheczki Polanecensis et N. Gostinski Szremensis castellani, Stanislaus de Chodecz marschalcus, Ioannes de Lassko cancellarius et Iacobus de Schidlowyecz, thesaurarius regni Poloniae. n. XXII, 21.

2534. —— *f. 2 ante Agnetis (19 ian.).* Rex ad petitionem Ioannis Zaramba de Kalynowa, capitanei Maioris Poloniae generalis, nob. Mathiae Gyemyelynsky molendinum aquaticum extra muros Posnanienses, ex opposito monasterii ordinis praedicatorum, de manibus Catharinae virginis, filiae olim Blasii, eximere consentit. XXI, 323.

2535. —— *f. 3 Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* Rex confirmat decretum Stanislai de Chodecz, marsalci regni, Pauli Chotheczki, castellani Polanecensis, et Nicolai Firley de Dambrowicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, commissariorum suorum, deputatorum ad dirimendam litem inter Petrum Domaschowski, vicecapitaneum Lucoviensem (agentem nomine Felicis de Zelanka, capitanei Lucoviensis, de consensu regio a regno absentis) et advocatum ac emethones villae Trzebyeschow eiusdem capitaneatus, quo decreto emethones de Trzebyeschow de quolibet laneo alias sz wloki unam sexagenam monetae communis solvere, laboresque, stationes et alias dacias iuxta privilegium advocatiae dare tenebuntur. MD. XXII, 21.

2536. —— *f. 4 Agnetis (21 ian.).* Rex tribunatum terrae Siradiensis, per ascensionem Jaroslai de Lasko ad palatinatum Lanciciensem vacantem, Michaëli de Lasko donat. XXI, 324.

2537. —— „ —— Rex privilegium Semoviti IV Masoviae ducis, Przibislao in Viskithki sabbato ante Martini (6 nov.) anno 1417 datum, ad petitionem hon. Pauli Crzanczka, advocati in Viskythki et capitanei Sochaczoviensis, ac fratris eius Stanislai confirmat. JL. XXI, 325.

2538. —— „ —— Rex Iacobo de Romyszowycze venatoriatum Siradiensem, per ascensionem Nicolai de Goslub ad castellaniam Iunivladislaviensem, donat XXI, 326.

2539. *In conventione generali Lublinensi, f. 4 Agnetis (21 ian.).* Rex Nicolao Goslubski de Brathoszowycze castellaniam Iunivladislaviensem, port mortem Ioannis Milonski vacantem, donat. XXI, 326.

2540. —— „ —— Rex Jaroslao de Lassko, tribuno Siradiensi, palatinatum Lanciciensem, post obitum Petri Miskowsky vacantem, donat. XXII, 22.

2541. —— „ —— Rex Michaëli de Lassko tribunatum Siradiensem, post evectionem Jaroslai de Lassko ad palatinatum Lanciciensem vacantem, donat. XXII, 22.

2542. —— *f. 5 post Agnetis (22 ian.).* Rex Janussio Weres de Farnesch hungaro pensionem 100 fl. in zuppis Cracoviensibus pro servitiis donat. XXI, 330.

2543. —— *f. 5 ante Conversionis Pauli (22 ian.).* Rex Hieronimo Pyothrowski, curiensi suo, stationem ex oppido Malogoscz terrae Sandomiriensis pro servitiis tenendam donat tam diu, donec ex ea 100 marc. perceperit. R. XXII, 80.

2544. —— *f. 6 post Agnetis (23 ian.).* Rex Nicolao de Cazanow, notario suo, advocatiam Radomiensem de manibus nob. Ioannis Kvnath eximere consentit. XXI, 324.

2545. —— *f. 6 ante Conversionis Pauli (23 ian.).* Rex Nicolao Szyedleczki, curiensi suo, villas Lyssyecz et Modla districtus Koninensis,, quondam per reginam Elisabeth apud Boguphalowa Magistrani emptas, ad vitam donat. MD. XXII, 22.

2546. —— *sabbato ante Conversionis Pauli (24 ian.).* Rex incolas oppidi Trebowlya, per Tartaros vastati, a solutione exactionum per 10 annos et a czopowe per 5 annos liberat. XXI, 324.

2547. —— „ —— Rex Ioanni Guth, tribuno Lublinensi, villam Golambyow districtus Radomiensis, ad vitae tempora possidendam donat. XXI, 325.

2548. —— „ —— Rex Stanislao Kyerdey, tribuno Camenecensi, privilegium super eximendis pontalibus in oppido Orinyn pro conservatione pontis in fluvio Zwanyez confirmat. MD. XXII, 24.

2549. —— „ —— Rex terrigenas districtus Trebowliensis et bona eorum a solutione fumalium ratione damnorum a Turcis et Tartaris ad 4 annos absolvit. MD. XXII, 25.

2550. —— *f. 3 post Conversionis Pauli (27 ian.).* Rex ad petitionem Mathiae de Drzewica, vicecancellarii et episcopi Premisliensis, in oppido Jassliska mensae episcopalis, in terra Cracoviensi sito, fora annualia pro Inventione Crucis (3 mai) et Matthaei (21 sep.) et septimanalia pro feria tertia et sabbato instituit; oppidanos ad 8 annos ab exactionibus liberat et teloneum ab omnibus negotiatoribus cum vino, equis et mercibus de Hungaria venientibus vel in Hungariam euntibus, cuius medietas episcopis Premisliensibus, medietas vero regio fisco pro reparandis viis solvenda sit, instituit. JL. XXI, 326.

2551. —— „ —— Rex, ad petitionem Andreae Roza, archiepiscopi Gnesnensis, et Mathiae de Drzewica, episcopi Premisliensis, litteras super forum annuale pro Matthaei (21 sep.) et septimanale pro qualibet feria quinta et super ius maidenburgense civitati Radimno mensae episcopalis, in terra Premisliensi sito, servientes, tempore incursionis Turcarum et Tartarorum deperditas, innovat. JL. XXI, 328.

2552. —— „ —— Rex ad petitionem Mathiae de Drzewicza privilegium Casimiri IV in conventu Petricoviensi f. 5 Ascensionis Domini (15 mai) anno 1488 super nundinis in oppido Brzozow, confirmat. JL. XXI, 329.

2553. —— *f. 5 ante Purificationis V. Mariae (29 ian.).* Rex popones ruthenicales districtus Trebovliensis a tributo vulpeculae per 16 gross. liberat. XXI, 329.

2554. —— *f. 6 ante Purificationis V. Mariae (30 ian.).* Rex litteras testificatorias Stanislai de Chodecz, marsalci regni, et aliorum ad hoc deputatorum, Leopoli, sabbato ante Thomae (20 dec.) anno 1505 super iure haereditario certorum nobilum ad villas Turza, Komornyki, Vissokie et Zupanye (vide supra № 2521) confirmat. XXI, 330.

2555. —— „ —— Rex Lucae de Gorka, castellano Spiczimiriensi, 1141 marc. in tenuta Costensi, de manibus Spitheonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, per eum exempta, inscribit. XXI, 331.

2556. —— „ —— Rex privilegium Vladislai II regis in Solecz, f. 4 infra octavas Nativitatis V. Mariae (13 sep.) anno 1430 datum, bona haereditaria Ioannis Czyolek de Zelechow concernens, confirmat. MD. XXII, 25.

2557. —— *sabbato ante Purificationis V. Mariae (31 ian.).* Rex confirmat sententiam Mathiae de Drzewicza, episcopi Premisliensis et vicecancellarii regni, Mathiae Bal de Nowothancze, castellani Sanocensis, et Nicolai Firley de Dambrowicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, commissariorum suorum, qui auditis partibus decreverunt nob. Stanislaum Jasskmanyczki ad nulla servitia ex iure feodali ratione villae Klokowicze terrae Premisliensis erga Ioannem Fredro de Pleschowicze obligatum esse. XXII, 24.

2558. —— „ —— Rex, ad petitionem Ioannis Czyolek de Zelechow, varias summas in villa Crampa districtus Stanzinczensis in unam summam 460 marc. redegit. MD. XXII, 35.

2559. *In conventu Lublinensi, sabbato ante Purificationis V. M. (31 ian.).* Rex Erasmo Ciołek, episcopo Plocensi, mandat, ut Iacobo Stasskowski, Cracoviensi et Sandomiriensi canonico, secretario regio, de canonicatu Posnaniensi, vigore facultatis a sede apostolica concessae, provideat. MD. XXII, 49.

2560. —— *f. 3 in crastino Purificationis V. M. (3 feb.).* Rex decretum iudicii terrestris Chelmensis de data Chelm, f. 2 ante Viti (13 iun.) anno 1502 latum in causa inter Paulum de Ostrow, tribunum Chelmensem, et Barbaram relictam Iacobi de Konyeczpole, tenutricem in Rakolupy et Teratyn, ratione inequitationis et damnorum. XXI, 332.

2561. —— *f. 4 post Purificationis V. Mariae (4 feb.).* Quitantia Ioanni de Tharnow, palatino Russiae, super 170 marcas ad Ioannem Byechowsky, exactorem Sandomiriensem, ad rationem exactionum pro usu mensae regiae in conventione Radomiensi decretarum data est. r. XXII, 24.

2562. —— *f. 5 post Purificationis V. Mariae (5 feb.).* Rex ad petitionem Mathiae Laneczki, Annae filiae olim Stanislai Madala, Stanislai Skoyek et nepotum eius: Pauli, Ioannis, Nicolai, Ioannis, Georgii, Andreae, Georgii et Iacobi, filiorum olim Vilczek, Nicolai, Petri, Sophiae, Catharinae, puerorum olim Ioannis Ligąza et Dorotheae Opoczka (Oploczka) privilegium super ius eorum haereditarium ad villam Rolye districtus Lucoviensis renovat. JL. XXI, 333.

2563. —— „ —— Rex de villa Orchow Georgii Crupski, capitanei Belsensis, oppidum iure maidemburgensi erigit foraque annualia pro Ioannis Baptistae (24 iun.) et Michaëlis (29 sep.) septimanaliaque pro feriis quintis ibidem instituit. XXI, 334.

2564. —— „ —— Rex, audito testimonio Ioannis de Tarnow, palatini Cracoviensis et quondam Belsensis et Hrodlensis capitanei, pontale in fluvio Bug circa oppidum Hrodlo Michaëli plebano in Hrodlo eiusque successoribus adiudicat. JL. XXI, 335.

2565. —— „ —— Rex Ninognevo de Crisko, palatino Plocensi, et Andreae de Radzeyovice, castellano Sochaczoviensi, oppidum Capinos cum villis Vyereza, Vilkow cum nemore seu deserto, Glusk Maior, Glusk Minor, Novavyesz et Grochole cum fluvio Vysla, in districtu Sochaczoviensi sitis, de manibus successorum Pauli Jassienski eximere consentit. XXI, 340.

2566. —— „ —— Rex causam inter Catharinam relictam, Ioannem filium, Dorotheam filiam aliosque pueros nob. olim Ioannis de Osczepalin, ex una, et Petrum Chorazyn de Wroczymowycze, dapiferum Cracoviensem, et altera parte, ratione occupationis per eum certorum pratorum in bonis Chordzesha, ad ius terrestre remittit. XXI, 371.

2567. —— *f. 6 Dorotheae (6 feb.).* Mtas Regia consensit super obligationem molendini et piscinae inferioris Parczoviensis per Hedvigim Curopatwina viduam et Stanislaum Curopathua de Laczuchow Martino Czichoss, oppidano Parczoviensi, ita tamen quod in exemptione summa in molendino inscripta dicto Czichoss eiusque successoribus solvenda erit. r. XXI, 335.

2568. —— „ —— Rex Stanislaum Pothoczki ad abbatiam Andrzeioviensem, per spontaneam cessionem Iacobi Michowski vacantem, Ioanni Konarski, episcopo Cracoviensi, instituendum praesentat. MD. XXII, 26.

2569. —— „ —— Rex Iacobum de Schidlovyecz, regni thesaurarium, certiorem facit se admisisse Mathiae de Drzevycza, episcopo Plocensi et vicecancellario regni, 200 mar. argenti ad monetariam dare, mandatque, ut hanc pecuniam ad monetariam regiam suscipiat, in pecuniam excudat, solutis pro qualibet marca 6 fl. per 30 gr. et de lucro eiusdem argenti praefato Mathiae respondeat. XXII, 54.

2570. —— *sabbato in crastino Dorotheae (7 feb.).* Rex testificatur Jurgianum Suchodolski bona Canye iuxta privilegia producta in comitiis pacifice tenere debere. XXI, 381.

2571. —— *dominica post Dorotheae (8 feb.).* Rex ecclesiam parrochialem in villa Gorzycze capitaneatus Sandomiriensis iurispatronatus sui communitati vicariorum perpetuorum ecclesiae collegiatae B. V. Mariae Sandomiriensi incorporat et donat. JL. XXI, 335.

2572. —— *dominica ante Apolloniae (8 feb.).* Rex Stanislaum Orzechowski, notarium suum, ad officium notariatus terrae Premisliensis unanimi voto in locum Ioannis Rozborski electum, hoc in munere confirmat. XXII, 26.

2573. —— *f. 2 post Dorotheae (9 feb.).* Rex Ioanni Szyrzchowski, subpincernae terrae Ravensis et notario suo, villam Bolkow terrae Lanciciensis de manibus Annae relictae Bernardi Coschirski, iudicis Sochaczoviensis, ac relictae Ioannis Szberski eximere consentit. MD. XXII, 41.

2574. *In arce Lublinensi, 10 februarii.* Rex Christophoro Nuhorski, curiensi suo, pia devotione ducto limina sepulchri Christi ultra maria in Hierusalem visitaturo litteras passus dat. XXI, 336.

2575. *In conventu Lublinensi, f. 3 post Dorotheae (10 feb.).* Rex in civitate Rawa forum annuale pro die Agnetis (21 ian.) instituit. MD. XXII, 36.

2576. —— *f. 3 Scholasticae (10 feb.).* Rex Christophoro Nuhorski, capitaneo Czeskoviensi, militi Hierosolymitano, stationem 4 annorum monasterii Landensis donat. XXI, 325.

2577. —— „ —— Rex Erasmo Ciołek, episcopo Plocensi, uti executori litterarum apo-

stolicarum super nominatione ad 10 beneficia in ecclesiis cathedralibus Gnesnensi, Cracoviensi, Vladislaviensi, Posnaniensi et Varmiensi, Albertum de Gora, scholasticum Vladislaviensem et secretarium suum, ad canonicatum Gnesnensem primo vacaturum instituendum nominat. XXI, 327.

2578. *In conventu Lublinensi, f. 3 Scholasticae (10 feb.).* Data est nominatio similis Theodorico de Przibranow, notario Regiae Mtis, ad ecclesiam cathedralem Vladislaviensem super quodcunqe beneficium primo loco vacaturum (cassatum). r. XXI, 337.

2579. —— „ —— Data est nominatio Nicolao de Zukow, canonico Vilnensi, secretario regio, ad ecclesiam Varmiensem super quodcunque beneficium secundo loco vacaturum. r. XXI, 337.

2580. —— „ —— Data est nominatio Adae de Bochen, physico Regiae Mtis, ad ecclesiam cathedralem Varmiensem super quodcunque beneficium primo loco vacaturum. r. XXI, 337.

2581. —— „ —— Data est nominatio Nicolao de Cazanow, canonico Leopoliensi et notario regio, ad ecclesiam cathedralem Vladislaviensem super quodcunque beneficium primo loco vacaturum. r. XXI, 337.

2582. —— „ —— Data est nominatio Ioanni Chrzasztowski, notario regio, ad ecclesiam cathedralem Cracoviensem super quodcunque beneficium secundo loco vacaturum. XXI, 337.

2583. —— „ —— Data est quitantia Petro de Schydlowyecz, succamerario Cracoviensi, ad dandum 200 marcas argenti ad monetariam ad excudendum sibi ratione impensarum, quas fecit Regiae Mti serviendo. r. XXII, 35.

2584. —— „ —— Data est quitantia Casper Maczeyowsky ad Iacobum de Schydlowyecz, thesaurarium regni, super 50 fl. ad rationem servitii sui de exactionibus pro Regia Mte et mensa sua institutis in conventione novissima Radomiensi generali. r. XXII, 35.

2585. —— „ —— Data est quitantia Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, super 20 vasa salis impleta pro necessitate fortalicii nostri Krzeschow tenutae ipsius ad Paulum Czarny et Octavianum, zupparios Premislienses vel Solenses. r. XXII, 35.

2586. —— „ —— Data est quitantia Stanislao et Andreae altaristis in capella ecclesiae cathedralis Cracoviensis Ioannis Alberti, regis Poloniae, super 10 marcas pecuniarum pro aedificandis eis cameris seu mansionibus de proventu sippalium alias spy ad castrum Cracoviense provenienti, cuius ipsi administratores exsistunt. r. XXII, 35.

2587. —— „ —— Rex Erasmo Ciołek, episcopo Plocensi, mandat, ut Ioanni de Lassko, ecclesiae Gnesnensis et regni Poloniae cancellario, de beneficio, quod in ecclesia cathedrali Gnesnensi secundo loco vacaverit, vigore concessionis apostolicae ad 10 beneficia, provideat. XXII, 52.

2588. —— *f. 4 post Dorotheae (11 feb.)* Rex ad petitionem Juchnonis Nagwasdan, vexilliferi Leopoliensis, approbat et renovat litteras Casimiri IV regis confirmatorias, datas in conventione Novae Civitatis Corczin anno 1485, quibus priores eiusdem regis litterae de data in Koszczen f. 5 post Urbani (27 mai) anno 1462, super donatione areae seu loci in Hnyezdiczowcze Juchnoni Nagwasdan de Stankow confirmantur. MD. XXII, 37.

2589. —— *f. 4 in crastino Scholasticae (11 feb.).* Rex Georgio Jolthuch de Daykowcze 20 marc. in villa Dyakowcze, in terra Podoliae et districtu Chmielniciensi sita, inscribit. XXI, 336.

2590. —— *f. 4 ante Valentini (11 feb.).* Rex in oppido Rawa pontalia pro reformatione pontium et forum septimanale feriis quintis, incipiendo a die Agnetis (21 ian.) ad dominicam Conductus Paschae instituit. XXII, 36.

2591. —— „ —— Datus est salvus conductus nob. Preslao Michowski infra hinc et festum Gregorii (12 mar.) ad Regiam Mtem et iudicium veniendi hic pro famaque sua expurgandi, in forma cancellariae solita. r. XXII, 36.

2592. —— „ —— Rex oppidanos de Sbokal a Tartaris damna passos, ab omnibus exactionibus ad decursum 10 annorum absolvit. MD. XXII, 38.

2593. —— „ —— Rex Erasmo Ciołek, episcopo Plocensi, mandat, ut Navogio Costka de Rostkowo, decretorum doctori, de aliquo canonicatuum in ecclesiis Gnesnensi, Cracoviensi, Vladislaviensi, Posnaniensi vel Varmiensi, ad quos 10 personas nominare sedes apostolica regi dedit facultatem, provideat. XXII, 48.

2594. —— *f. 5 ante Valentini (12 feb.).* Rex civitati Schokal ius maydemburgense denuo donat, ordinatque, ut praeconsul, scabini omnes et duo consules orthodoxae fidei et duo ruthenicae annis singulis in dicto oppido nominentur; donat praeterea oppido liberam piscaturam in fluvio Buk et ius exigendi teloneum 24 tholpas salis a quolibet curru seu talenga salis, a curru vero sive talenga mercibus et rebus venalibus onerato per 4 denarios. XXII, 38.

2595. —— „ —— Rex litteras Casimiri IV regis, oppido Drohobicz super iure maydemburgensi Leopoli, f. 2 post Iudica (31 mar.) anno 1460 datas confirmat. MD. XXII, 39.

2596. —— *f. 6 ante Valentini (13 feb.).* Rex oppidanos de Pylszno a solutione ex-

actionis ducillorum alias czopowe in Piotrkoviensi et Radomiensi conventibus laudatae, ratione reformationis et munitionis oppidi, absolvit. MD. XXII, 42.

2597. *In conventione Lublinensi, f. 6 ante Valentini (13 feb.).* Terminus reponendarum inscriptionum super bona regalia Riczywol et Rzeczicza Ioanni, Andreae et Iacobo Dunynom de Vyaszd peremptorius prorogatus et assignatus est pro feria 6 ante dominicam Invocavit (27 feb.) instante proxima, ad postulationem specialis nuntii praedictorum germanorum Dunynowye. r. XXII, 45.

2598. —— *sabbato Valentini (14 feb.)* Rex Amando Herf et Iosepho Cili, civibus Posnaniensibus, ratione odiorum et insidiarum, salvum conductum in civitate Posnaniensi manendi infra hinc ad festum Ioannis Baptistae donat. XXI, 340.

2599. —— „ —— Rex iudaeis Leopoliensibus, qui regi pro censu annuo 200 fl. solvunt, talem gratiam ostendit, quod si infra 4 annos, incipiendo a festo Martini (11 nov.), exactionem civilem cuiuscunque taxae super iudaeos imposuerit, iudaei Leopolienses ob extremam destructionem et paupertatem, dumtaxat 100 fl. pro exactione solvere debeant. XXI, 340.

2600. —— „ —— Rex mandatum super libera negotiatione Lublini dominica post Martini (12 nov.) anno 1503 iudaeis Leopoliensibus datum, ad petitionem eorum confirmat. XXI, 341.

2601. —— „ —— Datus est succamerariatus Siradiensis, post mortem Vincentii de Charthlvpya vacans, Petro Luthomirski, cubiculario Regiae Mtis. r. XXI. 341.

2602. —— „ —— Rex statuta, modos et consuetudines universitatis serificum Lanciciensium approbat. XXI, 342.

2603. —— „ —— Rex Michaëlem Hanel de Leopoli, artium et medicinae doctorem, physicum Vladislai Hungariae regis, archipresbyterum ecclesiae Maioris S. Mariae Budensis, per Iacobum de Sidlowyecz, regni thesaurarium, Sandomiriensem et Lanciciensem capitaneum, eiusque germanos in familiam Odrowasz, adoptatum, nobilem creat et declarat. XXI, 344.

2604. —— „ —— Rex 2000 fl. hung. (1000 fl. Hieronimo Braniczki anno 1502 solutos et 1000 fl. regi anno 1504 mutuatos) Severino Bethman et Ioanni Bonar, consulibus Cracoviensibus in molendino Camyenny inscriptos, in personam unius Ioannis Bonar transscribit. XXI, 346.

2605. —— „ —— Rex in oppido Rimanow terrae Sanocensis, Victorini de Syeno, aulici regii, haereditario, teloneum ab equo cum mercibus eunte vel venali per 1 gr. instituit. JL. XXI, 369.

2606. —— „ —— Rex, ad petitionem magistri Ioannis, abbatis monasterii S. Crucis in Calvo Monte, ordinis s. Benedicti, et totius conventus, litteras Lestkonis ducis Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae, Cracoviae IV calendas Martii (26 feb.) anno 1286 varias immunitates et privilegia dicto monasterio donata in se continentes, confirmat. MD. XXII, 40.

2607. —— „ —— Rex, ad petitiones Nicolai Phyrley de Dambrovicza, vexilliferi Cracoviensis et capitanei Lublinensis, villas ipsius haereditarias Janowicze, Rudky, Przeląnk, Babin, Lagow et Oblaz, inter haereditates et metas villarum Svrokomla et Mschadl districtus Radomiensis locatas, necnon villam Lvczka terrae Lublinensis, de iure polonico in ius theutonicum Novifori alias Sredense transfert. MD. XXII, 42.

2608. —— *dominica in crastino Valentini (15 feb.).* Regia Mtas ad petitionem consiliariorum indulsit exactionem czopowe unius anni oppidanis Belsensibus, qui annus incipere debet ab expiratione prioris libertatis, consulesque oppidi eam exigent et pro munitione oppidi fideliter convertent. r. XXI, 341.

2609. —— „ —— Rex Zayfredo Bethman, consuli Cracoviensi, custodiam piscium pro 600 fl. hung. et 420 fl. pol. de manibus consulum Cracoviensium eximere consentit. XXI, 341.

2610. —— „ —— Rex 200 marc in molendino Cracoviensi in fluvio Rudawka circa valvam s. Nicolai, in reparationem eius expositas, proconsuli et consulibus Cracoviensibus inscribit. XXI, 342.

2611. —— „ —— Rex etiam iudaeos (uti alios antea cives) Leopolienses a solutione teloneorum, aggeralium, navigiorum et pontalium in toto regno perpetuo liberat. XXI, 343.

2612. —— *dominica post Valentini (15 feb.).* Data est absolutio a bello Martino Thurski, vicecapitaneo Premisliensi, propter ipsius aegritudinem hinc ad anni unius decursum, ita tamen quod tempore expeditionis bellicae sufficientem de bonis suis faciat expeditionem, alias in forma cancellariae solita, et quidem solus in castro Premisliensi resideat. r. XXII, 45.

2613. —— *f. 2 post Valentini (16 feb.).* Rex Paulo Schichowycz, Mathiae Janowycz alias Tribuchowycz et Ioanni filio Martini Swygony de Olschowycza privilegium super ius haereditarium in mericam Miski, inter villas Mosczyska et Olschowycza terrae Lucoviensis sitam, denuo donat. JL. XXI, 345.

2614. —— „ —— Rex Ioanni Conopaczki, plebano Mayderburgensi, suppellectilem

domesticam post mortem Thyme oppidani Marderburgensis iure caduco ad se devolutam donat. XXI, 348.

2615. *In conventione Lublinensi, f. 2 post Valentini (16 feb.).* Rex debitum 3420 fl. hung. Petro Schaffranyecz de Pyeskowa Scala, castellano Visliciensi et capitaneo Radomiensi, de proventibus dicti capitaneatus per 200 marc. quolibet anno usque ad extenuationem recipiendum demonstrat. XXI, 348.

2616. — „ — Datus est consensus Alberto Starzechowski, servitori Regiae Mtis, ad eximenda bona regalia, villas videlicet Cholowicze et Vola Krzeczkova de manibus Michaëlis Cholowski in summis pecuniarum in eisdem villis iuste et legitime inscriptis, in forma cancellariae solita. r. XXII, 45.

2617. — „ — Rex villam Drosdowo terrae Plocensis Alexii Swyrczsky haereditariam de iure polonico in ius culmense transfert. MD. XXII, 55.

2618. — *f. 3 post Valentini (17 feb.)* Rex ad petitionem Ioannis Conopaczki, canonici Culmensis et notarii sui, pro parte Georgii Zak, terrigenae Prussiae, affinis eius, litteras Casimiri IV regis Cracoviae, f. 4 infra octavas Pentecosten (24 mai) anno 1469 super inscriptione Ioanni Zak de Lhotha 1300 fl. hung. in villa Schimvold confirmat. XXI, 345.

2619. — „ — Datus est consensus eximendi villas Leynovicz et Sczodrovo districtus Derschoviensis Othoni Machwycz de manibus Ioannis Cnorowski et Ioannis Luchowski. r. XXI, 347.

2620. — „ — Rex Nicolaum Jordan de Zakliczyn de acceptis 900 fl. hung. quietat et teloneum Cracoviense per cursum trium annorum: 1508, 1509 et 1510 pro 300 fl. quolibet anno solvendis ei arrendat. XXI, 349.

2621. — „ — Rex, ad petita Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, et Nicolai Jordan de Zakliczyn, teloneatoris Cracoviensis et advocati Myslimiczensis, omnes oppidanos de Myslimicze a solutione teloneorum in regno Poloniae absolvit. JL. XXI, 349.

2622. — „ — Rex ad instantiam consiliariorum et petitionem Alexandrae relictae Ioannis de Tanczin, palatini Russiae, filios eius Ioannem et Stanislaum, extra regnum capessendarum scientiarum gratia a matre missuros, ad 4 annos personas eorum ab expeditione bellica et a iudiciis spiritualibus et saecularibus absolvit et liberat. XXI, 386.

2623. — *f. 3 ante Petri in cathedra (17 feb.).* Rex, ad petitiones Stephani Lochowski, canonici Scarbimiriensis, et Ioannis Naropynsky, notarii sui, fratrum patruelium, litteras Semoviti III, Masoviae ducis, de data Ravae, dominica Invocavit (14 feb.) anno 1350, quibus villa Lochow iure theutonico culmensi comiti Nicolao thesaurario Ravensi, haeredi de Mylynew donata est, confirmat. MD. XXII, 43.

2624. — *f. 4 post Valentini (18 feb.).* Datus est consensus Georgio de Bayzen, succamerario Mayderburgensi, exemendi curiam Mozelacz cum villis de manibus nob. Michaëlis Zelislawski, Gnevensis et earum villarum tenutarii. r. XXI, 347.

2625. — *f. 4 ante Petri in cathedra (18 feb.).* Datus est consensus nob. Ioanni Guth, advocato Mayderburgensi, exemendi villam Schoppe, in Insula Minori sitam, de manibus Henrici Rober, civis Elbingensis. r. XXI, 347.

2626. — „ — Data est libertas Petro abbati et suo conventui monasterii Wanchoczko a statione anni praesentis, subditisque ipsorum a datione frumentaria alias szpy et laboribus, propter dampna, quae per serviles Regiae Mtis nuper perpessi sunt, hinc ad unius anni decursum, alias in forma cancellariae solita. r. XXII, 45.

2627. — „ — Data est absolutio Ioanni Herborthowski ab expeditione bellica propter servicia filii sui, curiensis Regiae Mtis. r. XXII, 45.

2628. — „ — Data est libertas oppidanis in Smygyel duntaxat damna passis ad decursum 4 annorum ab omnibus exactionibus. r. XXII, 45.

2629. — *f. 5 post Valentini (19 feb.).* Datus est dapiferatus Belsensis Andreae Stanczyk, tribuno Wyelunensi, post mortem Bernardi de Podhorcze. r. XXI, 352.

2630. — *f. 5 ante Petri ad cathedram (19 feb.).* Rex oppido Colaczicze terrae Sandomiriensis monasterii Thiniciensis forum annuale pro festo Annae (26 iul.), septimanale vero quibuslibet feriis tertiis indicit. XX, 69.

2631. — „ — Rex ad petitionem Ioannis Croviczki, decani Leopoliensis et notarii sui, litteras Vladislai II regis Leopoli, die Conceptionis V. Mariae (8 dec.) anno 1432 super donatione 4 curruum salis boum canonicis Leopoliensibus confirmat. XXI, 52.

2632. — „ — Rex censum 5 marc. consulibus Cracoviensibus in custodia piscium inscriptum confirmat. XXI, 348.

2633. — „ — Rex ratione munitionis urbis Cracoviensis fluvium Nyeczyecza cum aquis ex eo defluentibus et cum piscinis in anteurbio Cracoviensi versus ferale per vicum civilem alias Blonye fluentem, consulibus totique communitati Cracoviensi donat XXI, 348.

2634. *In conventione Lublinensi, f. 5 ante Petri ad cathedram (19 feb.).* Rex Nicolao Jordan de Zaklyczyn, castellano Byeczensi, procuratori generali et zuppario Cracoviensi, terram Scepussiensem et castra Lubowla et Podolynyecz in 12000 fl. hung. certis cum condicionibus obligat. XXI, 350.

2635. —— „ —— Rex Nicolao Jordan de Zakliczyn teloneum Cracoviense ad tres annos 1508, 1509, 1510 arrendat certis sub condicionibus et tempore arrendae ab expeditione bellica eum liberat. XXI, 351.

2636. —— „ —— Rex privilegium super erectione molendini in villa regali Thuschkow per olim Henricum de Camyenyecz, capitaneum Belsensem, Nicolao Piathka, civi Belsensi, datum, ad petitionem Heliae Syekuczka, successoris praedicti Nicolai confirmat. XXI, 353.

2637. —— „ —— Rex unum canonicatum in ecclesia metropolitana Leopoliensi pro concionatore perpetuo actu presbytero assignat, iusque patronatus eius archiepiscopis Leopoliensibus donat. XXI, 354.

2638. —— „ —— Rex oppido Halicz in terris Russiae, a Tartaris vastato libertatem 10 annorum ab exactionibus et 4 annorum ab czopowe donat. XXI, 355.

2639. —— „ —— Rex ad petitionem Mathiae de Drzewica, episcopi Premisliensis in fluvio Shan in loco navigii penes oppidum Radynna mensae episcopalis pontem construere et mostowe a curru magno 1 grossum, a levi $^1/_2$ gr., ab equo et bove 4 denarios, ab homine pedestri 1 denarium exigere admittit. XXI, 361.

2640. —— „ —— Data est quitantia Ioanni de Thanczin curiensi super 200 fl. ad rationem servitiorum suorum ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem. r. XXII, 45.

2641. —— „ —— Data est quitantia praeclaro domino Michaëli duci Hlynensi super 16 bancos salis mercatorios ad Ioannem Jordan, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem. r. XXII, 45.

2642. —— „ —— Data est quitantia rev. in Christo patri domino Mathiae, episcopo Premisliensi et regni Poloniae vicecancellario, super 12 bancos salis ad Ioannem Jordan, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem. r. XXII, 45.

2643. —— „ —— Data est quitantia Mathiae Pruschak unius anni ad abbatem Sulyeyoviensem ad rationem servitiorum suorum. r. XXII, 45.

2644. —— „ —— Rex dat quitantiam Ioanni Thanczynsky, curiensi suo, super 200 fl. pro servitio debitos et ex monetaria solvendos, ad Iacobum de Schydlovyecz, thesaurarium regni. XXII, 45.

2645. —— „ —— Rex Casparo Ber, consuli Cracoviensi et magistro monetariae regiae, facultatem Cracovia propter pestem exeundi dat. MD. XXII, 46.

2646. —— „ —— Rex villas Bacowcze, Tribowcze, Rzepichow, Zabokruki, Lvbscha in Leopoliensi, Umilow, Drohow, Thomaschowcze, Hnyaczowcze et Virzchnya in Haliciensi terris sitas tenutae Raphaëlis de Syenyawa, vexilliferi Haliciensis, ab omnibus exactionibus ad 10 annos liberat. MD. XXII, 46.

2647. —— „ —— Data est quitantia Salomoni abbati monasterii Suleyoviensis super 5 bancos salis ad Ioannem Jordan, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem. r. XXII, 46.

2648. —— „ —— Rex consentit, ut Ioannes Konynski villas regales Zamborzycze et Svlyslawycze districtus Lublinensis, in summis praedecessoribus suis legitime inscriptis, Nicolao de Pylcza, genero suo, filio olim Othae de Pylcza, succamerarii Lublinensis, resignet. MD. XXII, 47.

2649. —— „ —— Rex oppidanos de Bandzin terrae Cracoviensis a solutione omnium teloneorum per universum regnum liberat. XXII, 50.

2650. —— „ —— Rex Petro de Odnow aggeralia in villa Zboyska districtus Leopoliensis propter continuam viae per lutum et aquam reformationem, per 4 denarios a curru onerato et per 2 a leviori et a bove venali unum denarium concedit. XXII, 53.

2651. —— „ —— Datus est consensus Iwasko et Chasko, germanis armenis de Leopoli, cubicularibus ad eximendam villam regalem Ormyany dictam in terra Camenecensi sitam de manibus nob. Sophiae Pyasseczka in summis pecuniarum super eadem villa iuste inscriptis etc. in forma cancellariae solita. MD. r. XXII, 53.

2652. —— „ —— Rex summas 1740 fl. hung. et 360 marc. in oppido Boleslawyecz cum villis Damborow (Damaborow), Jankowi, Slup, Oppatow, Chrosczyn, Myleschyn, Radosthow, Lubnycza, Dzethrzychovicze, Voyczyn, Chotvnyn (Chotvnya) et Sdzari de manibus consortis et puerorum Petri Baliczki per Stanislaum Saffranyecz de Pyesskowa Skala, succamerarium curiae regiae, consensu regio exemptas, et per eundem Jaroslao de Lassko, palatino Siradiensi, cessas, in personam eiusdem transfert. MD. XXII, 78.

2653. —— *f. 6 ante Petri in cathedra (20 feb.).* Rex Ioannem Balynsky ab expeditione bellica usque ad Stanislai de Curozwaki, Vielunensis et Crzepicensis capitanei, de externis

partibus reditum, ita tamen quod tempore expeditionis in castro Crzepicensi residere debeat XXI, 339.

2654. *In conventione Lublinensi, f. 6 ante Petri in cathedra (20 feb.).* Rex Stanislaum de Curoswaki, capitaneum Vielunensem, qui ad exteras nationum partes actionis militaris investigandae causa proficiscitur, ab expeditione bellica absolvit. XXI, 339.

2655. —— „ —— Similis libertatio ab expeditione bellica data est Stognewo Sdrowski. r. XXI, 339.

2656. —— „ —— Rex Elisabeth de Tarnow, palatinae Sandomiriensi et tenutariae Vielunensi, mandat, ut 10 stamina panni et 90 tunicas Ioanni Therusch, Ioanni Kulka et Nicolao Soyka ad nundinas annuales in oppido Vyerusch pro festo Simonis et Iudae (28 oct.) anno 1505 euntibus in via publica per servitores eius praetextu non solutionis telonei receptas, restituat et si distractae fuerint, satisfactionem dictis oppidanis Siradiensibus sub vadio 1000 fl. impendat. XXI, 355.

2657. —— „ —— Rex Ioannem Trzebyenski, haeredem de Choczyeschow de terra Siradiensi, ob peregrinationem de consensu suo in externas oras cum Stanislao de Curozwanki, capitaneo Wyelunensi, ab expeditione bellica absolvit. MD. XXII, 46.

2658. —— „ —— Rex litteras Casimiri IV regis Alberto de Satkowicze, super exemptione Budzyschewycze, in conventione Piotrcoviensi, f. 4 vigilia Catharinae (24 nov.) anno 1464 datas, ad petitionem Hermolai Satkowsky, succamerarii Ravensis, confirmat. MD. XXII, 47.

2659. —— „ —— Rex exactiones omnes unius anni ex capitaneatibus Belsensi et Hrodlensi ad munitionem castrorum in Belz et Hrodlo et peditum defensionis gratia conservationem capitaneo locorum Georgio de Krupe donat. XXII, 48.

2660. —— *sabbato ante Mathiae (21 feb.).* Rex Mathiae de Blonye, artium et medicinae doctori, canonico Gnesnensi, physico suo, annuum salarium 100 fl., 4 mensuras salis cocti alias czwyerthnye, 4 mensuras pisi, 4 mensuras milii et 4 parvas lardi super zuppis Vieliciensibus assignat. XXI, 354.

2661. —— „ —— Rex fam. Petro alias Pyotrassek, teloneatori Camenecensi, in villa ei prius donata Crogulyecz dicta 100 sex. gros. numeri terrae Camenecensis inscribit. XXI, 355.

2662. —— *sabbato ante Carnisprivii (21 feb.).* Rex testificatur Ioannem Jordan de Zaklyczyn, castellanum Bieczensem, zupparium Cracoviensem et capitaneum Scepusiensem, dedisse Stanislao Schafranyecz de Pieskowa Skala, succamerario curiae regiae, possessionem bonorum haereditariorum Drogynya, Banowycze, Zaklyczyn, Lanki, Branczovicze, Thargoschina et Popouicze usque ad solutionem summae 3760 fl. hung. in auro, quam pro rege dicto Stanislao solvere se obligaverit et quam annualibus ratis per 1200 fl. hung. reddere polliceatur. XXI, 358.

2663. —— *dominica cathedrae Petri (22 feb.).* Rex civibus Leopoliensibus ratione munitionis et defensionis libertatem ab exactionibus 6 annorum donat. XXI, 357.

2664. —— „ —— Rex filium olim Ioannis de Tharnow, castellani Cracoviensis, minorennem a bello ad unius anni decursum absolvit. R. XXII, 46.

2665. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis super eximenda villa Hruschow in Lublin f. 3 Michaëlis (29 sep) anno 1495 datas, ad petitionem Petri de Syenycza, notarii regii, et fratrum eius Stanislai et Thomae, confirmat. MD. XXII, 60.

2666. —— *f. 2 ante Mathiae (23 feb.).* Rex Ioanni Zawadzky, cubiculario suo, domum certam cum praedio et medietate balnei in civitate Lanciciensi, iure caduco post hon. Elisabeth Bolemowska ad se devolutam iure haereditario donat. XX, 67.

2667. —— „ —— Rex ad petitionem Ioannis Carwowsky, notarii sui, consensit Annae de Wronyno, sorori dicti Ioannis, vendere cuilibet personae saeculari subdito regni, 4 mansos ante oppidum Sochaczow. JL. XXI, 363.

2668. —— „ —— Rex significat Iacobum Pyorunowsky recognovisse, quia mortificat et in nihilum redigit sub vadio 10000 marc. omnes iniurias, quas se praetendebat habere a Nicolao de Curozwaky, palatino Lublinensi et capitaneo Siradiensi, ratione bonorum Stryykow et villarum Blandova Vola, Ossyek, Rokytnycza, Wawrzyssowycze, Syrnya, Dobra, Sekuli et Gyethky. XXII, 81.

2669. —— *f. 2 vigilia Mathiae (23 feb.).* Rex in de Busko ratione munitionis oppidi cereatum tortulare alias voskoboyna ad exprimendam ceram perpetuis temporibus constituendum ducit, excepta cerae frixatione, quae absque civitatis Leopoliensis praeiudicio minime fieri ibidem posset. JL. XXI, 356.

2670. —— „ —— Rex testificatur Ioannem Buczynski ratione dotis sororis suae Dorotheae marito eius Paulo Gnyewyanski (Gnyewaczki) 500 fl. hung. e summa 1000 fl. sibi per Stanislaum, marsalcum regni, Leopoliensem et Camenecensem capitaneum, Ottonem, castellanum Leopoliensem, Andream, Petrum, Raphaëlem et Spithkonem, germanos de Chodecz, debita accipere permisisse. XXI, 358.

2671. —— „ —— Rex testificatur se de consensu consiliariorum regni talem cum la-

cobo Syecluczki, castellano Voynyczensi et Elisabeth reginulae Poloniae, germanae suae, curiae magistro, talem fecisse ordinationem, quod tempore expeditionis bellicae dictus Iacobus terrigenas castellaniae suae ad locum propinquiorem conducere et palatino Cracoviensi consignare debebit, ipse vero ad locum officii magistratus curiae rediturus erit. XXI, 370.

2672. *In conventione Lublinensi, f. 2 vigilia Mathiae (23 feb.).* Rex consentit, ut Petrus, dapifer Cracoviensis, et Ioannes de Wroczymowicze fratres villam ipsorum Cordzycza districtus Lucoviensis iure feodali Petro de Kyany (Kyanski), exactori terrae Lublinensis, vendant. MD. XXII, 48.

2673. —— „ —— Rex, ad petitionem Ioannis a Lassko, ecclesiae Gnesnensis et regni cancellarii, executoris testamenti Creslai de Curozwanki, episcopi Vladislaviensis et regni cancellarii, ecclesiam parrochialem in Gostynyn dioecesis Plocensis cum iure patronatus et omnibus proventibus universitati vicariorum ecclesiae cathedralis Vladislaviensis donat. MD. XXII, 55.

2674. —— *f. 3 Mathiae (24 feb.).* Data est libertas incolis oppidi Buscensis a contributionibus ad 8 annos, a czopove vero posteaquam Nicolaus Lanczkorunski ex ea debita exiget designata per duorum quartalium anni decursum. r. XXI, 355.

2675. —— „ —— Rex fam. Iwaskoni Tichnowycz, armeno Leopoliensi, ad imperatorem Turcarum misso, resignationem villae Sziłow (Sołow), servituti castri Leopoliensis obnoxiae, per Ilkonem Olechnowycz civem approbat. XXI, 357.

2676. —— „ —— Rex teloneum seu pontale de curru per 1 grossum in civitate Leopoliensi pro reparandis viis instituit. XXI, 360.

2677. —— „ —— Rex, ad petitionem Petri, filii Petri Smyotanka, subiudicis terrae Chelmensis, et filiorum eius Nicolai, Petri, Stanislai et Pauli Smyotanky litteras super possessione villae regalis Chodecz terrae Chelmensis, prioribus tempore incursionis Tartarorum in terras Russiae deperditis, innovat. XXI, 379.

2678. —— „ —— Rex litteras suas, Vilnae, f. 2 Sophiae (15 mai) anno 1503 super inscriptione 700 fl. Nicolao Zolkyewski, vexillifero Chelmensi, in oppido Skala terrae Podoliae sub signeto anullaridatas, ad petitionem Stanislai de Zólkyew, succamerarii Belsensis, nomine Nicolai germani eius oblatam, confirmat et sub sigillum redigit. MD. XXII, 62.

2679. —— „ —— Rex Ioanni Kyesslyng, consuli Cracoviensi, privilegium super scultetia in villa Bronovicze denuo, prioribus litteris casu inopinato amissis et perditis, elargitur. XXII, 68.

2680. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis, Sandomiriae, sabbato ante Laetare (4 mar.) anno 1497 mansionariis ecclesiae S. Trinitatis in castro Lublinensi super proventus datas confirmat. XXII, 70.

2681. —— „ —— Rex testificatur Barbaram relictam Petri Kyernowsky, dapiferi Gostinensis, sororem germanam olim Pauli Jassyensky, castellani Sandomiriensis, Nicolaum Comierowsky, pincernam Varschoviensem, Margaretham viduam Petri de Trambky, Iacobum et Paulum germanos Magnuschowszczy, suo et aliorum nomine, tanquam propinquos olim Pauli Jassyensky, capitanei et tenutarii Chelmensis, totum ius suum et proprietatem quod eis iure successionis post praefatum Paulum Jassyensky, capitaneum Chelmensem, super tenuta castri et civitatis Chelmensis competere videretur, in Ioannem-Felicem et Ioannem Bochothnyczky, nepotem suum, haeredes de Oleschnicza, certis sub condicionibus transfusisse. MD. XXII, 76.

2682. —— „ —— Rex, ad petitionem Iacobi de Schydlowyecz, regni thesaurarii, Mathiae et Martino, filiis olim Ioannis Kanbol, tabernatoris de Crzeszow terrae Premisliensis, tabernam quam inhabitant 12 marc. iure haereditario donat. XXII, 82.

2683. —— „ —— Privilegium donationis datum est prov. Ioanni Vrban, tabernatori de Gzeschow (Krzeszow) super aliam tabernam in ibidem. r. XXII, 83.

2684. —— „ —— Rex Lucae molendinatori de villa Colna tertiam mensuram in molendino Colna, ad castrum Crzeschow pertinente, iure perpetuo donat. XXII, 83.

2685. —— „ —— Rex Jaroslao Sokolowsky de Wrzancza castrum et oppidum Colo de manibus Georgii de Paludia exemere consentit. XXII, 86.

2686. —— „ —— Data est libertas oppidanis oppidi Przevorsko ab omnibus et singulis exactionibus et contributionibus pro regia et reipublicae necessitatibus institutis et instituendis, teloneisque regiis et foralibus Suae Mti solvendis hinc ad decursum 6 annorum, in forma cancellariae solita. r. XXII, 86.

2687. —— „ —— Rex consentit, ut Ioannes altarista de Sanok aream suam iu civitate Premisliensi penes domum, quam olim Iacobus Sokolowsky, canonicus Premisliensis, habuit, et hortum ipsius areae penes domum vicariorum ecclesiae Premisliensis, et hortulaniam dictam Odoyowskye, penes domum canonicalem, quam nunc Andreas primus canonicus dictae ecclesiae inhabitat, ex una, et piscariam areae ex altera parte sitam, una cum ipsa piscaria, vicariis perpetuis ecclesiae Premisliensis donet. XXII, 86.

2688. —— „ —— Litterae universales regiae in vim ultimarum restium per terras

Cracoviensem, Sandomiriensem, Lublinensem et Russiae missae, ut omnes, ad servitium bellicum obligati, se in loco in restibus descripto ad dominicam infra octavas Corporis Christi (14 iun.) vel prius ingruente hoste ad monitionem et mandatum Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis et vicesgerentis regii, ad locum deputandum constituant et veniant. XXII, 86.

2689. *In conventione Lublinensi, f. 3 Mathiae (24 feb.).* Litterae regiae ad capitaneos terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis et Russiae, ut litteras restium in capitaneatibus suis procedere et proclamare faciant, ut quilibet sit paratus ad bellum et se in loco in restibus descripto pro dominica infra octavas Corporis Christi (14 iun.) constituat, sed hoste prius ingruente ad tempus et locum per Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem et vicesgerentem regium designandum accurrant. XXII, 87.

2690. —— *f. 4 Cinerum (25 feb.).* Rex Alexandrae viduae Nicolai de Tanczyn, palatini Russiae, 2 currus salis et 8 boves, quondam per Casimirum IV regem Ioanni de Tanczyn, castellano Cracoviensi et tenutario castri Lubomla terrae Chelmensis, genitori dicti Nicolai, pro conservatione predicti castri donatos, denuo donat. XXI, 356.

2691. —— „ —— Rex Ioannem et Stanislaum, filios minorennes olim Nicolai de Tanczyn, palatini Russiae, ab expeditione bellica absolvit. XXI, 357.

2692. —— „ —— Rex in oppido Busko ratione munitionis pontale a curru mercibus onusto $^1/_2$ grossum, a pecore 4 denarios, a pecude vero 2 denarios instituit. XXI, 359.

2693. —— „ —— Rex litteras libertatis ab exactionibus oppido Rubyeszow anno 1502 datas (vide supra № 625) de sigillo secreti in maius sigillum transsumit. JL. XXI, 359.

2694. —— „ —— Rex Ioanni Haler, civi Cracoviensi, qui ab arte impresoria pro decore regni non cessat, pro labore, diligentia et impensis, quas circa impressionem privilegiorum communium regni in praesentiarum peregit, libertatem ab omnibus dationibus, contributionibus, exactionibus civilibus et czopowe, quam diu artem impressoriam in Polonia exercuerit, donat. XXI, 361.

2695. —— „ —— Rex Mathiam apothecarium, civem Posnaniensem, a fraternitate aurifabrorum absolvit et facultatem ascribendi fraternitati vel collegio cui voluerit concedit. XXI, 363.

2696. —— „ —— Rex litteras Ambrosii Pampowski Posnaniae, sabbato ante Matthaei (16 sep.) et f. 6 in octava Nativitatis V. M. (15 sep.) anno 1503 super dotalitio Elisabeth de Wrzessnya, uxoris Ioannis Chlapowski, datas confirmat. XXI, 363.

2697. —— „ —— Rex litteras Ioannis Masoviae ducis in Czyechanow f. 4 post Laetare (16 mar.) anno 1491 super 30 sex. pro vicariis Plocensibus sustentandis assignatas confirmat. XXI, 382.

2698. —— *f. 5 post Mathiae (26 feb.).* Rex, ad supplicationes Ioannis Lathalski, Gnesnensis, Cracoviensis et Lanciciensis praepositi, secretarii sui, conventui sanctimonialium s. Clarae conventus Gnesnensis foralia alias thargowe in oppido eiusdem conventus dicto Costrzyn terrae Posnaniensis pro duobus annualibus foris, quae pro festis Petri ad vincula (1 aug.) et Lucae (18 oct.) celebrari solent, ab omnibus pecudibus et pecoribus donat. MD. XXII, 49.

2699. —— „ —— Rex modum et ordinem, quibus civitas Lublinensis 12 currus bonos, singulum 4 equis vehendum, pro rebus regiis et reginae reducendis dare debebunt, decrevit. MD. XXII, 87.

2700. —— „ —— Litterae indemnitatis per manus Mathiae de Drzewycza, regni vicecancellarii, datae: Waczlaw Hracz super 80 equites, Calvs super 200 pedites et sex equites, Szymek Kulhawy super 200 pedites et 6 equites. r. XXII, 87.

2701. —— „ —— Rex Paulo Czarny de Wythowicze 1000 fl. restantis debiti in oppido Szol zupparum Premisliensium ad extenuationem inscribit. MD. XXII, 88.

2702. —— *f. 5 ante Invocavit (26 feb.).* Rex ad petitionem Clementis Slonko, civis de Proschowicze, litteras Nicolai de Camyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis, feria 3 Rogationum (22 mai) anno 1498, super emptione villarum Siroslawicze, Maczyeyovicze et Smylovicze confirmat. MD. XXII, 50.

2703. —— *f. 6 post Mathiae (27 feb.)* Sub iisdem fere verbis suprascriptae (Ioannis a Lassko, supra № 2587) nominationis ven. Stanislao Goreczky, praeposito Calissiensi, nominatio ad ecclesiam Posnaniensem pro secundo loco data est. r. XXII, 52.

2704. —— „ —— Rex Andreae de Thanczyn 1000 fl. e capitaneatu Plocensi, tenutae Ioannis Rapstinski, canonici Cracoviensis, solvere mandat. MD. XXII, 52.

2705. —— *f. 6 post Cinerum (27 feb.).* Data est libertas ab expeditione bellica Raphaëli Goluchowski ad 4 annorum decursum ita tamen, quod in casu expeditionis in castro quolibet, per Sigismundum ducem ei designato, residere debeat. r. XXI, 360.

2706. —— „ —— Mathias de Gosthyn, castellanus Srzemensis, eo quod ad sepulcrum Christi et alias provincias rei militaris et peregrinandi exercendae gratia iturus est de consensu regio ab omni expeditione bellica liberatus est inusque ad reditum ipsius, sic tamen, quod

germanus suus indivisus eandem expeditionem pro ipso et pro se intercedere debebit, casu vero quo idem germanus Mathiae moreretur, extunc procurator suus, seu tutores bonorum suorum itidem facient tam diu, quousque redierit. r. XXI, 361.

2707. *In conventione Lublinensi, f. 6 in capite Quadragesimae (27 feb.).* Rex testificatur Nicolaum et Andream germanos indivisos de Janye Iacobum Dunyn de Prawkovicze scu de Vyasth, curiensem regium, tutorem, provisorem et rectorem omnium bonorum suorum constituerunt. XXI, 360.

2708. —— *f. 6 ante Invocavit (27 feb.).* Datus est consensus redimere villam Brudzevicze, ad capitaneum Opoczensem spectantem, de manibus Stanislai Andreae de Szmogorzow, consentientibus ad id Ioanne et Stanislao de Sprowa, capitaneis Opoczinensibus, villarum earundem principalibus tenutariis, Adae de Drzevicza. r. XXI, 361.

2709. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Gardzyna de Ludbrancz, palatino Calisiensi, super 20 bancos salis ad gen. Ioannem Jordan de Zacliczyn, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum Cracoviensium r. XXII, 53.

2710. —— „ —— Data est quitantia Stanislao Lanczkoronski, pincernae Sandomiriensi, super 15 ulnas adamasci et stamen panni macheliensis ad rationem zupparum. r. XXII, 53

2711. —— „ —— Data est quitantia Bernardo Ruszoczki, cubiculario Regiae Mtis. super 100 fl. ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 53.

2712. —— „ Data est quitantia Ioanni Carwowski super 13 marcas pecuniarum pro transscribendis per eum regni privilegiis ad Nicolaum de Wanzownycza, venatorem Viznensem et substitutum exactorem terrae Wyznensis, ad rationem exactionum. XXII, 53.

2713. —— *sabbato post Mathiae (28 feb.).* Rex, ad petitionem Margarethae, relictae Ioannis Radzanowski, dapiferi Plocensis, et liberorum eius Feliciae et Procopii de villa ipsorum haereditaria Gylow terrae Gostinensis oppidum iure culmensi locare admittit, foraque annualia 4 pro f. 2 Conductus Paschae, pro 10000 militum (22 iun.), pro Hedvigis (15 oct.) et pro f. 2 ante Septuagesimam, et septimanalia pro quolibet sabbato instituit. XXI, 379.

2714. —— *sabbato ante Invocavit (28 feb.).* Rex Andreae Stanczik de Ruda, tribuno Vyelunensi et dapifero Belsensi, domum muro exstructam desolatam a pluribus annis cum horto in oppido Chancziny penes portam ad vitae tempora donat, eique et successoribus eius, ratione reformationis dictae domus, 20 marc. in eadem inscribit. MD. XXII, 53.

2715. „ —— Rex ad petitionem Ioannis Conynski privilegium super frumentorum molitione in molendino villae ipsius Czechow, per Casimirum III Stogneo haeredi de Czechow concessum et per Casimirum IV reges ad supplicationem Nicolai Czibulka de Czechow approbatum, confirmat. XXII, 67.

2716. —— *mense Februario.* Rex testificatur Cristinum Crupski sortem suam bonorum oppidi Pomorzany cum villis Ioanni et Victorino de Szyenno donasse et inscripsisse. XXI, 353.

2717. —— *dominica Invocavit (1 mar.).* Dati sunt Stanislao Jaroczki, curiae regiae marsalco, tenutario bonorum Bandzyn, 4 banci salis Oswyaczimensis in zuppis Vieliciensibus ad vitae tempora pro provisione castri et praediorum Badzyn. r. XXI, 365.

2718. —— „ —— Rex Stanislao Jaroczki, marsalco curiae suae, capitaneo Junivladislaviensi et tenutario bonorum Bandzyn, advocatiam in Bandzyn de manibus Bienasii Pogorski de Cosczyelecz eximere consentit. XXI, 365.

2719. —— „ —— Rex testificatur Iacobum de Buczacz, secretarium regium, Ioannem Andream seniorem subpincernam et Ioannem Felicem iuniorem incisorem regios, fratres suos germanos, de omnibus bonis paternis quietasse et liberos dimisisse. XXI, 377.

2720. —— *f. 2 in crastino Invocavit (2 mar.).* Data est quitantia Erasmo Kupel, mercatori Cracoviensi, ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, super 8 bancos salis ad rationem zupparum. r. XXII, 54.

2721. —— „ —— Data est quitantia Andreae Tanczynski ad eundem zupparium super 10 bancos salis ad rationem zupparum. r. XXII, 54.

2722. —— „ —— Datum est ius culmense Andreae, Stiborio et ceteris fratribus de Transchewo super utramque villam Transchewo et Crasznyewo terrae Plocensis. r. XXI, 373.

2723. —— „ —— Rex cives Opocznenses circa consuetudines et modos, in exactione teloneorum et foralium, a Vladislao rege eis concessos, reservat. XXII, 59.

2724. —— „ —— Rex constitutiones sive decreta in conventione generali Lublinensi sancitas et laudatas confirmat. XXII, 64.

2725. —— *f. 3 post Mathiae (3 mar.).* Rex extendendo privilegium Camenecensibus ab Ioanne Alberto rege datum non solum victualia, sed etiam merces omnis generis, omisso depositorio Leopoliensi, ducere admittit. XXI, 356.

2726. —— *f. 3 post Invocavit (3 mar.).* Rex ad petitionem Ioannis Andreae de Buczacz, capitanei Ravensis et subpincernae curiae regiae, domum Georgii Charziryschow armeni,

civis Camenecensis, eundo de civitate ad castrum in manu dextra, iure caduco ad se devolutam, nob. Andreae Naczeslawski iure haereditario donat. XXI, 364.

2727. *In conventione Lublinensi, f. 3 post Invocavit (3 mar.).* Rex, ad petitionem Seuerini Herbort de Felstin, canonici Camenecensis et notarii regii, nomine Ioannis Herbort de Felstin, fratris suis agentis, et Balthasaris Biliczki, binas litteras Leonis ducis Russiae, sigillo eius subappenso munitas et ruthenicis characteribus scriptas, quarum una donationem villarum Gdeschicze et Bilice, altera vero designationes limitum continet et quarum tenor in latinum iussu suo translatus est, confirmat (ambae litterae brevis tenoris et sine data; dux Leo, Georgii filius, in proelio cum Gedymino, Lithuaniae duce, anno 1321 occisus est). XXI, 369.

2728. —— „ —— Rex significat se Petro Olesski rotmagistro suo debere pro servitio 2612 fl. et pro damnis 92 fl. per mediam sexagenam et medietatem harum summarum pro festo Martini proximo solvere se obligat. Similes litterae datae sunt: Ioanni Struss super 1110 et 75 fl., Petro Chwal super 1600 fl. per 14 scotos et 801 fl. per mediam sexagenam, Nicolao Gyemyelnyczky super 236 fl., Nicolao Waglyensky super 531 fl. 10 gr. et 1031 fl., Petro Cola super 800 fl. per 14 scotos, 600 et 19 fl., Ioanni Repeczky 606 fl., 400 fl. per 14 scotos et 46 fl., Ioanni Camyenyeczky super 2545 fl. 26 gr. et 75½ fl., Irzyk Indrzischowsky super 650 fl., Obyerth super 290 fl. 12 gr. et 40 fl., Byenyess super 706 et 30 fl., Iacobo Struss super 583 fl., Nicolao Zolkyewsky super 3812 fl. 24 gr. et 141 fl. et Paulo Chomaczky super 246 fl. per 14 scotos et 40 et 37 fl. per mediam sexagenam. R. XXII, 58.

2729. —— *f. 4 post Invocavit (4 mar.).* Rex litteras Vladislai ducis Poloniae in Pirdyn 17 cal. iulias (15 iun.) anno 1298 episcopis Lubucensibus confirmatorias datas, approbat. XXI, 362.

2730. —— „ —— Rex villis Okalyewo Maius, Okalyewo Minus et Plocziczno terrae Plocensis per Felicem Syeprsky, succamerarium Plocensem, de nova radice locandis libertatem 10 annorum ab exactionibus donat. XXI, 363.

2731. —— „ —— Rex nob. Prandothae Vilga, sculteto in villa Czunyow districtus Grodzecensis terrae Lublinensis, sortem scultetiae de manibus Martini sororini eius, sine diminutione servitii sui, redimere consentit. XXI, 373.

2732. —— „ —— Oppidanis Soczachow, damna ab igne passis, absolutio et libertas a solutione omnium exactionum civilis, czopowe, telonei ac aliarum quarumcunque pro reipublicae ac Regiae Mtis necessitate institutarum et instituendarum per decennium a data praesentium duratura data est de singulari regia gratia et consiliariorum voluntate. r. XXII, 54.

2733. —— „ —— Rex significat, quia Stanislaus Kmytha de Vyssnycze, palatinus Belsensis et capitaneus Premisliensis, personaliter et mediante Stanislao de Chodecz, regni marsalco et capitaneo Leopoliensi, castra et civitates in Scepusio Ioanni de Zaklyczin, castellano Biecensi et suppario Cracoviensi, pro festo Conductus Paschae (19 apr.) condescendere promiserit. MD. XXII, 56.

2734. —— *f. 4 ante Reminiscere (4 mar.).* Rex debitum 3760 fl. hung. Ioanni Jordan de Zakliczyn, castellano Biecensi et suppario Cracoviensi, e proventibus capitaneatus Scepusiensis certo modo percipiendum demonstrat. XXI, 376.

2735. —— *f. 5 post Invocavit (5 mar.).* Rex ad petita Bernardini Wilczek, archiepiscopi Leopoliensis, advocatiam oppidi Bussko de manibus prov. Michaëlis ad tempora vitae eius non eximere pollicetur. XXI, 336.

2776. —— „ —— Rex Laurentio Cobyelyczki villam Raczansz et 2 sexagenas census annui in liberis alias lemanowye in villa Grochow itidem capitaneus Tucholiensis, ei per Nicolaum de Cosczyelecz, palatinum Brzestensem et capitaneum Tucholiensem, consensu regio inscriptas, Nicolao Grodzensky in eisdem summis obligare consentit. XXI, 364.

2737. —— „ —— Rex consentit petitioni nuntiorum terrestrium Plocensium, ut futurus capitaneus Plocensis de terrigenis bene possessionatis et residentibus in dicta terra nominandus, bona omnia capitaneatus de manibus Andreae Rapstynski de Tanczyn, canonici Cracoviensis, germani et successoris olim Ioannis Rapstynski, curiae regiae marsalci, eximat. XXI, 364.

2738. —— „ —— Rex duo privilegia Hermani de Werbenge, ordinis sacrae domus hospitalis s. Ioannis Hierosolymitani praeceptoris generalis Saxoniae, Marchiae, Slavoniae, Pomeraniae, in Tempelberch die Assumptionis V. M. (15 aug.) et f. 3 infra octavas Assumptionis V. M. (17 aug.) anno 1361 super certas possessiones Ludebanno (Ludekano) de Golcze datas, ad petitionem Andreae Cholcz de Clausterb, terrigenae districtus Drahimensis, confirmat XXI, 365.

2739. —— „ —— Rex villam Boguslawycze terrae Lanciciensis apud Stanislaum Kolaczek emere et mensae episcopali Vladislaviensis ecclesiae incorporare Vincentio de Przeramb episcopo admittit. XXI, 366.

2740. —— „ —— Rex Iacobo de Cunradecz, vexillifero Plocensi, pro debito 1000 fl. hung. per ½ sexagenam computatorum, silvam Dibli seu desertum in terra Viznensi circa oppidum Gonyandz sitam, ad fines Lithuaniae protensam, in proprietatem perpetuam haereditariam

donat, approbatque granities dictae silvae, in longitudinem 2 milaria polonicalia et paulo plus, in latitudinem vero 2 milaria spatii continentis, per commissarios suos, terrarum Plocensis et Vissnensis canonicos et dignitarios, tali modo descriptas: partem orientalem fluvius Byebrza, partem septentrionalem fluvius Lek ambit, reliquas vero partes, incipiendo a rivulo Vissa, ubi intrat in Byebrza ad Okrassym bona terrigenarum Raczybori, Mysczychi, Clymaschownycza, Pilani, Sulyewske, Godlewskye, Lypnyk, Modzele, Carnyskal, Dibla, Kuchyni, Strowo, Woyewodzyno, Lankowo, Grayewo, Boguschs et Danowo circumstant et distinguunt. XXI, 367.

2741. *In conventione Lublinensi, f. 5 post Invocavit (5 mar.).* Rex donationem villae Trzessnyow districtus Lublinensis per Paulum Conyczki conventui Lublinensi ecclesiae s. Stanislai ordinis praedicatorum s. Dominici factam approbat. XXI, 368.

2742. —— „ —— Rex privilegium Vladislai Masoviae et Russiae ducis in Busko f. 5 ante Catharinae (24 nov.) anno 1474 super molendinum Buscense datum ad petitionem Andreae Jandral molendinatoris confirmat. XXI, 374.

2743. —— *f. 6 ante Reminiscere (6 mar.).* Rex Georgio Jolthuch villam Dyakowcze districtus Lethiczoviensis, quam ille in certis summis inscriptam tenet, ad vitae tempora possidendam donat. XXI, 368.

2744. —— „ —— Datus est consensus Stanislao Radeczki eximendi villam regalem Borkow (Bobrkowo) districtus Calissiensis de manibus Adae de Paprotna. r. XXI, 380.

2745. —— „ —— Datus est consensus Stanislao Radeczki exemendi villam regalem Dambrowka districtus Posnaniensis de manibus Mathiae Gosczyeyewski. r. XXI, 380.

2746. —— „ —— Data est quitantia Paulo Both, cubiculario Regiae Mtis, super 12 fl. pecuniarum ad Iacobum de Schidlowyecz, thesaurarium regni Poloniae, ad rationem monetariae. XXII, 54.

2747. —— „ —— Gen. Iacobo Vagorzewsky, curiensi regio, super unum stamen panni lvnensis, ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni, ad rationem proventuum monetariae data est quitantia. r. XXII, 54.

2748. —— „ —— Zbrożek, cubiculario regio, 10 marc. ad Nicolaum Swider, exactorem Siradiensem, ad rationem antiquarum exactionum data est quitantia. r. XXII, 54.

2749. —— „ —— Ioanni de Sprowa, capitaneo Opocznensi, 250 fl. pro servitiis eius ad Ioannem Pnyowsky, exactorem Sandomiriensem, ad rationem exactionum antiquarum, sibi exigi commissarum, data est quitantia. r. XXII, 54.

2750. —— „ —— Eidem Ioanni de Sprowa 15 ulnarum axamenti ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni, ad rationem monetariae, data est quitantia. r. XXII, 54.

2751. —— „ —— Ulrich mercatori Cracoviensi 144 fl. pro panno apud eum recepto ad eundem Iacobum, thesaurarium regni, ad rationem monetariae quitantia data est. r. XXII, 54.

2752. —— „ —— Data est quitantia Mathiae de Drzewicza, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, super 20 ulnas axamenti ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byecensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 56.

2753. —— *sabbato post Invocavit (7 mar.).* Datus est consensus Felici Ossyablowski redimendi villam regalem Lipniki districtus Byeczensis de manibus Stanislai Lissowski, ad petitiones Iacobi Syeklyczki, castellani Voynyczensis. r. XXI, 367.

2754. —— *sabbato ante Reminiscere (7 mar.).* Datus est consensus Andreae Chelmiczki, pincernae Dobrinensi, obligandi villas Stolsko et Ilow terrae Leopoliensis Nicolao Konyvszeczki in summa capitali. r. XXI, 365.

2755. —— „ —— Rex Ioanni de Tanczyn censum annuum pro 300 fl. hung. vendere vel cuilibet inscribere admittit. XXI, 367.

2756. —— „ —— Nicolao Pothoczki data est quitantia ad Iacobum de Schidlowyecz, regni Poloniae thesaurarium, Sandomiriensem et Lanciciensem capitaneum, et Nicolaum Lanczkorunski, aeris publici depositarios, ad rationem residuitatis exactionum 6 gross. in terris Maioris Poloniae, pro Regia Mte provenientium. r. XXII, 54.

2757. —— „ —— Data est quitantia nob. Victorino Syenyenski super 500 fl. pecuniarum ad Andream, archiepiscopum Gnesnensem et primatem, ad rationem residuitatis exactionum de terris Maioris Poloniae, videlicet Posnaniensis, Siradiensis, Lanciciensis, Calissiensis, Gostinensis et Ravensis terrarum, provenientium, in manus eiusdem reponi commissarum. r. XXII, 54.

2758. —— „ —— Eodem die eidem ad eundem data est quitantia ad rationem residuitatis exactionis sex grossorum de terris supradictis Regiae Mti provenientis, similiter in manus eiusdem reponi commissarum, super 200 fl. r. XXII, 54.

2759. —— *dominica Reminiscere (8 mar.).* Datus est consensus Iacobo de Syekluka, castellano Voynicensi, exemendi villam Scolyszyn de manibus Barbarae relictae et Nicolai filii Thomae Sulewski, sine augmentatione summae. r. XXI, 370.

2760. —— „ —— Rex ad petitionem Iacobi de Syekluka, castellani Voyniczensis et capitanei Bieczensis, Stanislao Lisowski villas Glaboka et Hartlowa de manibus Nicolai castella-

ni Czechoviensis et Pauli Missopadowye de Conyn, fratrum germanorum, redimere consentit. XXI, 370.

2761. *In conventione Lublinensi, dominica Reminiscere (8 mar.).* Rex ad commendationem Ioannis Strus de Comorow, capitanei Chelmiczensis, Vasilio Strzekowycz Tatarzyn dicto in vastitate Vyninkowcze dicta, in terra Podoliae et districtu Chelmiczensi sita, villam in Lissohorze circa fluvium Starzecz locandam dat et 50 marc. ei in dicta villa inscribit. XXI, 372.

2762. —— „ —— Rex testificatur Ioannem Andream seniorem subpincernam et Ioannem Felicem incisorem regios, germanos indivisos de Buczacz, certum contractum ratione bonorum haereditariorum et acquirendorum inter se conclusisse. XXI, 378.

2763. —— „ —— Rex Aucto, Ioanni ceterisque fratribus germanis de Panyewo, capitaneis Zidaczoviensibus et Striensibus, piscinas in villis Otinyowcze, Zurki, Cossatin, Orizkowicze, Suchorow, Voltaticze, Rogosznyo et circa Halicz erigere admittit et duas demissiones utriusque eis donat. XXI, 384.

2764. —— „ —— Rex ad petitionem Nicolai de Cosczyelecz, electi Chelmensis, Iacobum Sznopowski, ab expeditione bellica ad unius anni decursum liberat ea condicione, ut in castro Skyerbyeszow episcopatus Chelmensis resideat. XXI, 385.

2765. —— „ —— Datus est salvus conductus Petro Granyczki a data praesentium ad unius duntaxat septimanae decursum. r. XXII, 56.

2766. —— „ —— Rex civibus Lublinensibus exactionem actualium alias czopowe unius anni propter munitionem civitatis donat. MD. XXII, 57.

2767. —— *f. 2 post Reminiscere (9 mar.).* Rex oppido Radzymna mensae episcopalis Premisliensis, ad petitionem episcopi Mathiae de Drzewica, libertatem 6 annorum ab exactionibus et teloneis donat et de hoc Iacobum Czassznyczki, iudicem Haliciensem et exactorem Premisliensem, certiorem facit. XXI, 368.

2768. —— „ —— Datus est consensus nob. Prandothae sculteto in Czvnyow ad redimendam sortem eiusdem scultetiae de manibus nob. Martini sororii sui, hac condicione ne servitia Regiae Mti ex eadem debita minuantur. r. XXI, 370.

2769. —— „ —— Rex approbat sententiam per commissarios suos in conventione Colensi latam de Ioanne advocato de Grambow, qui minus iuste a Nicolao de Curoszęki, palatino Lublinensi et capitaneo Siradiensi, captivatus ex 60 mar. exactionatus est. XXI, 371.

2770. —— „ —— Data est prorogatio libertatis ab omnibus exactionibus, contributionibus et daciis oppidanis oppidi Lezansko ab expiratione prioris libertatis ipsis per nos concessae ad decursum trium annorum in forma cancellariae solita. r. XXII, 55.

2771. —— „ —— Rex impensam in reaedificationem castri Glynyany Paulo Cola de Daleiow, palatino Podoliae, resarcire promittit. MD. XXII, 56.

2772. —— „ —— Data est libertas civibus Lublinensibus a solutione exactionis czopowe ad unius anni decursum, ita tamen, quod consules exacta huiusmodi exactione pro reformatione civitatis eandem convertant, de eademque capitaneo Lublinensi rationem faciant. r. XXII, 56.

2773. —— „ —— Rex debitum 600 fl. Ioanni de Sprowa, vexillifero Sandomiriensi et capitaneo Opocznensi, ex capitaneatu Gostinensi per 200 fl. singulis annis, Petro de Schidlowyecz, succamerario Cracoviensi et capitaneo Gostinensi, recipiendum demonstrat. XXII, 57.

2774. —— „ —— Rex abbatem et conventum monasterii Thiniczensis certiores facit se stationem de oppido eorum Opathowyecz per decursum 3 annorum Ioanni de Sprowa, vexillifero Sandomiriensi et capitaneo Oppoczensi, donasse. XXII, 57.

2775. —— „ —— Data est libertas subditis monasterii Syecziechoviensis a dacione frumentaria alias szpy anni praesentis in forma cancellariae solita. r. XXII, 57.

2776. —— „ —— Datum est vadium 1000 marc. inter Nicolaum Gyemyelnyczki et Ioannem Choczymyrski et consortes ipsorum Elisabeth et Catharinam, ab una, et Andream, Ioannem et Nicolaum Herbortovye, ex altera partibus, ut iure et non violentiis inter se de omnibus actionibus experiantur. r. XXII, 59.

2777. —— „ —— Datum est vadium 500 marc. inter Nicolaum Gemyelnyczki, ab una, et Iacobum Czaschnyczki, iudicem Haliciensem, ut iure experiantur. r. XXII, 59.

2778. —— „ —— Rex Derslao Odrzyvolsky, curiensi suo, stationem per monasterium Syeczyechoviense solvi solitam, ad decursum 5 annorum donat. MD. XXII, 59.

2779. —— „ —— Rex litteras Nicolai de Ostrow, palatini Sandomiriensis et capitanei Lublinensis, in curia Cambensi f. 6 post octavas Ioannis Baptistae (3 iul.) anno 1500 super venditione areae in Wanwelnicza Alberto Maslko, confirmat. MD. XXII, 59.

2780. —— *f. 3 post Reminiscere (10 mar.).* Data est quitantia Felici Lypniczki cubiculario super 12 marcas pecuniarum ad Petrum Schafranyecz de Pyeschcova Skala, castella-

num Visliciensem et capitaneum Radomiensem, ad rationem proventuum Radomiensium. r. XX, 69.

2781. *In conventione Lublinensi, f. 3 post Reminiscere (10 mar.).* Rex litteras Casimiri IV Piotrcoviae f. 2 in octava Conceptionis V. Mariae (15 dec.) anno 1449 super libertatione oppidanorum Lowiciensium a teloneis et foraliis, confirmat. XXI, 372.

2782. —— „ —— Rex testificatur se iuramentum iuxta formam in actu contentam ab Ioanne Jordan de Zakliczyn, castellano Bieczensi et zuppario Cracoviensi, recepisse. XXI, 376.

2783. —— „ —— Rex Stanislaum Kmytha de de Visnycze, palatinum Belsensem, de omnibus proventibus ratione administrationis capitaneus Scepussiensis quietat. XXI, 377.

2784. —— „ —— Rex officium notariatus terrae Dobrinensis, post Andream Nyeprowski de Lubowycz ob absentiam dimissum et Lucam Sokolowski, successorem eius mortuum vacans, Ioanni Balynski, notario regio et terrigenae possessionato illius terrae, donat. XXI, 377.

2785. —— „ —— Interpositum est vadium 1000 marc. inter Derslaum Vylczek, succamerarium Leopoliensem, et Ioannem filium suum, ab una, et Stanislaum de Pylcza, tenutarium bonorum Grodek, ab altera partibus, et litterae in forma cancellariae solita ad capitaneum Leopoliensem datae sunt. r. XXII, 62.

2786. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Tharlo cubiculario super 20 marc. pecuniarum ad Ioannem Pnyowsky, exactorem Sandomiriensem, ad rationem exactionis 6 grossorum. r. XXII, 69.

2787. —— *f. 3 ante Gregorii (10 mar.).* Rex oppidum Dolyna districtus Zydaczoviensis ab omnibus exactionibus ad decursum 6 annorum liberat. MD. XXII, 63.

2788. —— *f. 4 post Reminiscere (11 mar.).* Rex, Jordano de Zaklyczyn, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi, ad capitaneatum Scepussiensem nominato, Stanislaum Kmytha de Vyssnycze, palatinum Belsensem, a iuramento, quod circa susceptionem capitaneatus Scepusiensis praestitit, liberum pronuntiat. XXI, 372.

2789. —— „ —— Rex, ad petitionem Andreae Roza, archiepiscopi Gnesnensis, et pro servitiis egregio viro doctori Isaac physico censum annuum 100 fl. hung. ab iudaeis Cracoviensibus solvi solitum, quodque quidam magister Fridericus de Holomunyecz cirurgicus ab Ioanne Alberto rege ad vitam donatum habuit, ad vitam donat. XXI, 380.

2790. —— „ —— Data est quitantia Andreae Coszczeleczki, capitaneo Bidgostiensi, ad zupparium Ioannem Jordan super 10 bancos salis ad rationem zupparum Cracoviensium (deletum). r. XXII, 61, 63.

2791. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Jordan super 30 fl. pro equis redariis, per Regiam Mtem apud eum receptis, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 62.

2792. —— „ —— Item ad Ioannem Jordan data est quitantia Ioanni Mylanowski, curiensi Regiae Mtis, super 7 ulnas panni stametu per mediam marcam. r. XXII, 62.

2793. —— „ —— Quitatus est idem Ioannes Jordan, zupparius Cracoviensis, de 1847 fl. et 18 gr. pro speciebus, pannis, vinis, telis, aliisque variis rebus ex speciali mandato Regiae Mtis ad necessitates eiusdem extraditis, item etiam de 270 fl. Stanislao Jaroczki, marsalco curiae Regiae Mtis, solutis, quos ipsa Regia Mtas specialiter sibi intercessit, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 62.

2794. —— „ —— Item quitatus est Ioannes Jordan de 96 fl. Regiae Mti datis, item de 7 ulnis panni stametu Zakrzewski Andreae datis per mediam marcam, item etiam de 7 ulnis panni stametu Choteczki, dispensatori regio, datis. r. XXII, 62, 63.

2795. —— „ —— Data est quitantia ad zupparium Cracoviensem Alberto Glogynsk' super 50 fl. pro servitiis Regiae Mti exhibitis ad rationem zupparum. r. XXII, 62.

2796. —— „ —— Data est quitantia eidem Alberto Glogynski super 50 fl. ad thesaurarium regni Iacobum de Schydlovyecz ad rationem monetariae. r. XXII, 62.

2797. —— „ —— Data est quitantia Felici Walyschewski super 150 fl. pro servitiis Regiae Mti exhibitis ad Ioannem Jordan, zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 62.

2798. —— „ —— Ad eundem Jordan data est quitantia Georgio tubicinatori super 56 fl., item Andreae fabro super 40 fl. pro servitiis ipsorum Regiae Mti exhibitis, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 62.

2799. —— „ —— Item idem zupparius quitatus est de 100 fl. Regiae Mti per se datis. r. XXII, 62.

2800. —— „ —— Item data est quitantia notariis cancellariae domini episcopi Premisliensis regiae super 20 marcas ad thesaurarium regni ad rationem monetariae, Iacobum de Schydlovyecz. r. XXII, 62, 63.

2801. *In conventione Lublinensi, f. 4 post Reminiscere (11 mar.).* Rex stationem suam in Sulegyow Ioanni de Lassko, regni cancellario, ad vitae tempora donat. XXII, 77.

2802. —— *f. 5 post Reminiscere (12 mar.).* Rex causam inter Ioannem et Nicolaum Herbortowe de Felstyn, tanquam tutores Annae, filiae olim Ioannis Pukowski, ex una, et Catharinam Ioannis Choczymirski et Elisabeth Nicolai Jemyelynski consortes et dictae Annae amitas, parte ex altera, ad iudicia terrestria remittit. XXI, 373.

2803. —— „ —— Rex novas litteras inscriptionis 240 marcarum in villa Hloznow districtus Camenecensis, postquam priores in castro Trebowlensi repositae captoque et conflagrato hoc castro per Turcos et Tartaros deperditae sunt, Dorotheae et Annae, filiabus Martini Czeleyowski donat. XXI, 378.

2804. —— „ —— Data est recognitio Felici et Paulo Brzeszcy fratribus, curiensibus Regiae Mtis, pro servitio et damnis omnibus super 652 fl., quos eis Regia Mtas solvere promisit. r. XXII, 64.

2805. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Gabrieli de Thanczyn ad Iacobum de Schydlovyecz, thesaurarium regni, super 200 fl. ad monetariam ad excudendum argentum sunm, prout recipi consuetum est. r. XXII, 69.

2806. —— *f. 5 Gregorii (12 mar.).* Rex Ioanni Jordan de Zaklyczyn, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi, institam mercimonialem alias kramnycza in civitate Cracoviensi ad se devolutam, penes institam Iacobi coci regii sitam, iure haereditario donat. MD. XXII, 61.

2807. —— „ —— Rex Andreae de Cosczyelecz, capitaneo Bidgostiensi, molendin a Bidgostiensia videlicet et Suschkowsky nuncupata alias eorundem tertiam mensuram de manibus nob. Jablonowsky, successoris et germani olim Mathiae Zarąmba, eximere consentit. MD. XXII, 61.

2808. —— *f. 5 ante Oculi (12 mar.).* Datus est castellanatus Cameneczensis Iacobo Podffilipsky post obitum Domarad Scharawsky. r. XXII, 61.

2809. —— „ —— Datus est consensus Barbarae de Pylcza, relictae Stanislai de Chodecz, palatini Russiae, eximere bona Kothyaticze terrae Haliciensis de manibus Nyerathka Podhoreczka et filiarum eius. r. XXII, 63.

2810. —— „ —— Rex facta ratione cum Otha castellano Leopoliensi et Raphaële germanis de Chodecz, 2743 fl. eis debitos pro festo Gregorii (12 mar.) anno 1507 solvere se obligat. XXII. 63.

2811. —— *f. 6 post Gregorii (13 mar.).* Data est libertas oppidi Hubari villis Rossnyow, Walasskawyess, Dlugye et Przewozyecz districtus Haliciensis tenutae Petri Rossnyewski ab omnibus exactionibus et contributionibus ad decursum 8 annorum et laboribus Regiae Mti debitis ad decursum 4 annorum, in forma cancellariae solita. XXII, 67.

2812. —— *f. 6 ante Oculi (13 mar.).* Datus est consensus Mathiae de Drzewica, episcopo Premisliensi et regni vicecancellario, et Adae de Drzevicza, germano eius, eximendi bona regalia Rzeczycza, Glyna, Zawadi, Bobrowyecz, Lang et Lubochowi, terrae Lanciciensis et districtus Brzezinensis, de manibus Ioannis, Andreae et Iacobi Dunynowye germanorum de Wyasd, Bernardi de Libyschow et Nicolai de Mroczkowycze, quibus praedictas villas Luboschowy et Bobrowyecz dicti germani de Wyasd inscripserunt. r. XXI, 381.

2813. —— „ —— Rex Nicolao, Venceslao et Stanislao germanis de Cosczyelecz, tenutariis Dobrinensibus, villam Vysnya, ad Dobrzyn spectantem, Stanislao Goleczki in 900 fl. hung. obligare consentit. XXI, 387.

2814. —— „ —— Rex Ioanni Felici de Buczacz, incisori suo, civitatem Vyelun, oppidum Radomskye, villam Dobrzeschicze et medietatem oppidi Camyen cum villis de manibus Stanislai de Cvrozwanki eximere consentit. XXII, 73.

2815. —— *sabbato ante Oculi (14 mar.).* Rex, ad admonitionem et adhortationem consiliariorum regni et nuntiorum terrestrium arrendam telonei Leopoliensis et Belsensis a festo Purificationis V M. (2 feb.) anni 1505 ad idem festum anni 1508 ab iudaeo Josko alienat, ipsumque tamen a solutione dictorum teloneorum et exactionis iudaeorum et ab iurisdictione officialium regni ad praedictum terminum liberat. XXI, 381.

2816. —— *dominica post Gregorii (15 mar.).* Rex Iacobo de Schydlowyecz, thesaurario regni, castellanatum Sandomiriensem, post evectionem Nicolai de Camyenyecz ad palatinatum Sandomiriensem vacantem, donat. XXII, 68.

2817. —— *dominica Oculi (15 mar.).* Datus est consensus nob. Przyemski eximendi frumentariam regiam alias szyep monasterii Lubynensis de manibus nob. Cherubyn Goluchowski. XXI, 380.

2818. —— „ —— Rex Iacobo Syeklyczki, castellano Voynyczicnsi et advocato Byeczensi, 200 marc. in dicta advocatia et domo advocatiali in civitate Byeczensi, ratione impensarum in aedificiis et structuris, inscribit. XXI, 380.

2819. *In conventione Lublinensi, dominica Oculi (15 mar.).* Data est quitantia ad Gedanenses super 100 fl. pro coëmendis Regiae Mti pixidibus Georgio Manth ad cuiuscunque ratae prioris rationem. r. XXII, 69.

2820. —— „ —— Data est quitantia Alberto Glogynsky, cubiculario regio, super 12 marcas pecuniarum ad Ioannem Byechowsky, exactorem Sandomiriensem, ad rationem exactionum antiquarum. r. XXII, 69.

2821. —— „ —— Data est quitantia Mathiae episcopo Premisliensi et regni Poloniae vicecancellario, super 2 stamina panni lundensis ad Iacobum de Schidlovyecz, thesaurarium regni, ad rationem monetariae. r. XXII, 69.

2822. —— „ —— Regia Mtas intercessit 170 fl. fam. Erasmo Crupek pro Ioanne Felici de Buczacz, incisore suo, quas ei promisit in et pro festo s. Martini proxime venturo solvere ex monetaria. r. XXII, 69.

2823. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Lathalsky, praeposito Gnesnensi et secretario regio, super 30 marcas pecuniarum ad Petrum Schafranyecz de Pyeschkova Skala, castellanum Visliciensem et capitaneum Radomiensem, ad rationem proventuum Radomiensium. r. XXII, 69.

2824. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Lathalski, praeposito Gnesnensi et secretario regio, super 30 marcas pecuniarum et 10 bancos salis ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum regiarum. r. XXII, 69.

2825. —— „ —— Data est quitantia Stanislao Schafranyecz, capitaneo Novae Civitatis Corczyn et succamerario curiae regiae, super 200 fl. ad Iacobum de Schydlovyecz, castellanum Sandomiriensem et thesaurarium regni, ad rationem monetariae. r. XXII, 69.

2826. —— „ —— Data est quitantia Stanislao Schaffranyecz de Pyeschkova Skala, succamerario curiae regiae, super 100 fl. pecuniarum ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum regiarum. r. XXII, 70.

2827. —— „ —— Data est quitantia Bernardo Maczyeyowsky, subiudici terrae Lublinensis, super 8 bancos salis ad Ioannem Jordan de Zaklyczyn, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 70.

2828. —— „ —— Data est quitantia ven. Andreae Kroczowski, clerico regio, super 10 marcas pecuniarum ad Iacobum de Schydlovyecz, castellanum et capitaneum Sandomiriensem, regnique thesaurarium, ad rationem monetariae. r. XXII, 70.

2829. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Staschkowski, canonico Cracoviensi et secretario nostro, super 50 fl. ad Ioannem Jordan de Zaklyczyn, ad rationem zupparum Cracoviensium. r. XXII, 70.

2830. —— „ —— Rex abbatissae et conventui sanctimonialium monasterii in oppido Bussko mandat, ut Caspero Maczyeyowsky, curiensi regio, de statione ei donata ad quinquennium, ab expiratione prioris donationis, respondeant. R. XXII, 70.

2831. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Pyotrowsky, subdapifero curiae regiae, super 200 fl. hung. ad rationem servicii sui ad civitatem Gedanensem ad rationem ratae anni 1509. r. XXII, 70.

2832. —— „ —— Data est absolutio a bello instanti Andreae Rapsthinski, canonico Cracoviensi, et Barbarae, magistrae curiae ill^mae^ principis virginis Elisabeth, germanae Regiae Mtis, in forma cancellariae solita. r. XXII, 72.

2833. „ —— Rex quietat Iacobum de Schidlovyecz, castellanum et capitaneum Sandomiriensem, regnique thesaurarium de 1829 fl. 12 gr. expositis per eum in necessitates regias privatas et publicas nuntiorum apud se existentium, ad rationem monetariae. R. XXII, 74.

2834. —— „ —— Rex quietat Iacobum de Schidlovyecz de 1238 fl. 6 gr. expositis per eum ad necessitates regias privatas et publicas, ad rationem exactionum terrestrium. XXII, 74.

2835. —— „ —— Rex Hieronimo Pyothrowsky, curiensi suo, stationem e monasterio sanctimonialium in Stanyathky concedit, donec pro servitio 100 marc. perceperit. R. XXII, 74.

2836. —— „ —— Data est Hieronimo Pyotrowsky, curiensi regio, littera super stationem in oppido Malogosez ad extenuandum 100 marcas pecuniarum, ad rationem servitii sui (deletum). r. XXII, 75.

2837. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zakliczyn, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi, mandat, ut Paulo Czarny de Vytovicze, tenutario et capitaneo Ossvyanczimensi, 800 fl. ad rationem zupparum solvat. R. XXII, 76.

2838. —— „ —— Data est quitantia ven. Iacobo de Buczacz, secretario regio, ad 50 fl. per mediam sexagenam et ad unum stamen panni macheliensis ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byeczensem, procuratoremque ac zupparium generalem Cracoviensem. r. XXII, 77.

2839. —— „ —— Data est quitantia ven. Iacobo de Buczacz ad 24 fl. ad rationem

aerarii ad Iacobum de Schidlowyecz, castellanum et capitaneum Sandomiriensem ac regni thesaurarium. r. XXII, 77.

2840. *In conventione Lublinensi, dominica Oculi (15 mar.).* Quitatus est Iacobus de Schydlowyecz, castellanus Sandomiriensis et thesaurarius regni, de 100 marcis sibi de exactionibus pro Regia Mte in conventu Radomiensi generali institutis, item de duobus staminibus panni machliensis, ad rationem monetariae. r. XXII, 79.

2841. —— *16 martii.* Constitutum est decretum, quatenus pro pecunia iubilaei argentum coëmatur et ex illo in monetaria pecuniae cudantur, lucri vero medietas reipublicae defensionis, altera vero medietas Mti Regiae tribuenda est. n. XXII, 72.

2842. —— *f. 2 post Oculi (16 mar.).* Rex litteras Pauli de Jassyenyecz, capitanei Chelmensis, in castro Chelmensi, f. 2 post Exaltationis Crucis (15 sep.) anno 1505 super causa inter Paulum Pomyanowski, advocatum Chelmensem, et Nyekrzan Jankowycz, civem Chelmensem, ratione mellificiorum, confirmat. XXI, 383.

2843. —— „ —— Rex Andreae Vrossky (Hvhrosski) consensuum suum super possessione villae Borczicze districtus Premisliensis denuo dat. MD. XXII, 71.

2844. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Rozworowski, cubiculario regio, super 6 marcas pecuniarum ad Iacobum de Schidlovyecz, castellanum et capitaneum Sandomiriensem ac regni thesaurarium, ad rationem monetariae. r. XXII, 74.

2845. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Orlyk, cubiculario regio, super 6 marc. pecuniarum ad Ioannem Jordan de Zakliczyn, castellanum Byeczensem et zupparium Cracoviensem, ad rationem zupparum. r. XXII, 74.

2846. —— „ —— Data est quitantia Urieli Zaporsky, cubiculario regio, super 6 marcas pecuniarum et 8 ulnas panni lundensis ad Ioannem Jordan de Zaclyczyn. r. XXII, 74.

2847. —— „ —— Data est quitantia Ioanni de Boczaczin, tubicinae regio, super 10 marc. ad Ioannem Pnyowski, exactorem terrae Sandomiriensis, ad rationem antiquarum exactionum. r. XXII, 74.

2848. —— „ —— Data est quitantia Ioanni Kochanek super 10 marc. ad Ioannem Jordan de Zacliczyn, ad rationem zupparum. r. XXII, 74.

2849. —— „ —— Data est quitantia Iacobo Wągorzowski, curiensi regio, super 200 fl. pro servitiis ad Iacobum de Schidlovyecz, ad rationem monetariae. r. XXII, 74.

2850. —— „ —— Rex Nicolao Zolkyewsky, vexillifero Chelmensi, 120 fl. ratione dotis Dorotheae, germanae eius, Augustino de Zvlin in villa regali Stanzicza terrae Chelmensis inscribere consentit. XXII, 74.

2851. —— „ —— Rex Iudaeos Halicienses ab exactionibus regalibus absolvit. MD. XXII, 75.

2852. —— „ —— Rex notariatum terrestrem Haliciensem, per resignationem Stephani Cuniczky, canonici Camenecensis, vacantem, Marco Dambrowsky, plebano Haliciensi, donat. MD. XXII, 75.

2853. —— *f. 2 ante Laetare (16 mar.).* Rex Iacobo de Sidlowyecz, castellano et capitaneo Sandomiriensi, mandat, ut Gnewosz Gerasztowski (Grzasthowski), curiensi regio, debitum 900 fl. per 100 fl. singulis annis solvat. XXI, 380.

2854. —— *f. 3 post Oculi (17 mar.).* Datus est consensus Petro de Olechsko bona regalia Pothkamyenye terrae Leopoliensis de manibus nob. Czebrowski eximendi. r. XXI, 383.

2855. —— „ —— Ioannes Swyrczewski, tribunus Zidaczoviensis et tenutarius in Ropczycze, tribunatum Zidaczoviensem Procopio Andreae de Gosdzyecz resignavit. r. XXI, 383.

2856. —— „ —— Rex litteras Ioannis Alberti regis, Leopoli f. 2 ante Viti (12 iun.) anno 1497 super donatione villarum Siennicza, Rozyna, Vola Sienniczka et Przikladow Zavissio Rosa de Borzyschowicze, succamerario et capitaneo Chelmensi, confirmat. XXI, 384.

2857. —— „ —— Data est quitantia Alberto Sampolensky, curiensi regio, super 40 fl. ad Iacobum de Schidlovyecz, castellanum Sandomiriensem et regni thesaurarium, ad rationem monetariae. r. XXII, 76.

2858. —— „ —— Rex Iacobo de Schidlovyecz, castellano et capitaneo Sandomiriensi, regnique thesaurario, 1500 fl. stipendiariis solutos de exactionibus et contributionibus Maioris Poloniae recipere admittit. XXII, 77.

2859. —— „ —— Rex Ioanni Jordan de Zaclyczyn, castellano Byeczensi et zuppario Cracoviensi, 1500 fl. stipendiariis solutos de exactionibus publicis pro festo Rogationum proxime futuro (17 mai) recipere demonstrat, Iacobumque de Schidlovyecz et Nicolaum Lanczkorvnski, aeris publici depositarios, hoc de mandato certiores facit. XXII, 77.

2860. —— „ —— Data est quitantia Erasmo episcopo Plocensi ad zupparium Cracoviensem Ioannem Jordan super 20 bancos salis. r. XXII, 79.

2861. —— „ —— Data est quitantia Nicolao Pyanowski super stamen panni lundensis ad Iacobum de Schydlovyecz, super rationem monetariae. r. XXII, 79.

2862. *In conventione Lublinensi, f. 3 post Oculi (17 mar.).* Data est quitantia Ioanni Naropyenski super 20 marc. ad rationem exactionum antiquarum residuitatum ad Iacobum de Cruschow, iudicem et exactorem Siradiensem. r. XXII, 79.

2863. —— „ —— Rex Erasmum episcopum Plocensem commissarium et executorem gratiae iubilaei per biennium in dioecesi eius constituit. XXII, 79.

2864. —— „ —— Rex Derslao Odrzyvolsky, curiensi suo, ad rationem debiti stationem monasterii in Mstow ad 4 annos donat. R. XXII, 79.

2865. —— „ —— Rex Nicolao de Çamyenyecz, palatino Sandomiriensi et capitaneo Cracoviensi, 200 marc. pecuniarum ex monetaria regia pro quolibet festo Martini (11 nov.) ad decursum trium annorum levandas donat. XXII, 80.

2866. —— „ —— Rex significat Mathuschs Wyelopolsky recognovisse, quia Ioanni Andreae de Buczacz, capitaneo Ravensi, de possessione villae Sokolow districtus Siradiensis, quam a praedecessoribus eius in 100 sexagenis obligatam habuisset condescenserit, postquam dictus Ioannes Andreas de Buczacz sibi summam 100 sex. pro festo Martini proximo (11 nov.) solvere se submisit. XXII, 80.

2867. —— „ —— Datus est consensus Iacobo de Schidlowyecz, castellano et capitaneo Sandomiriensi, regnique thesaurario eximendi advocatiam in oppido Lazyeyko in terra Premisliensi sito de manibus nobb. Helenae Lopuszka, Barbarae Helbigowska, Elisabeth, Catharinae et Annae, filiarum nob. olim N. Morawa advocati in Lazyeysko (Lezansko), in forma cancellariae solita. r. XXII, 83

2868. —— „ —— Rex civitatibus Sandecz et Bochnya mandat, ut ad requisitionem Spitkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis et vicesgerentis regii, currus bellicos victualibus repletos dent. XXII, 85.

2869. —— „ —— Rex oppidis Sanok, Ropczicze, Sambor, Drohobycz, Szol, Jasslo, Czyesskowicze et Woynycz mandat, ut currus bellicos, tempore belli dare consuetos, paratos habeant et casu necessitatis ab bellicam expeditionem mittant. XXII, 85.

2870. —— „ —— Rex Petrum Cola cum comitiva 180 equitum sextariorum in servitium suscipit cum 6 fl. pro quartuali et equite, ac litteras indemnitatis ei dat. R. XXII, 85.

2871. —— „ —— Litterae indemnitatis datae sunt: Petro Chwal super 180 equites; Repeczki super 180 equites; Felici Brzesski super 180 equites; Barthek Hussarz super 100 equites; Venceslao Hvssarz super 100 equites; Schymek Kvlhawy super 200 pedites et super 6 equites sextarios; Przedborio Rudzki super 200 equites; Iacobo Struss super 180 equites; Federico de Felsthyn super 130 equites; Iwonya walacho super 60 equites. n. XXII, 85.

2872. —— *f. 4 post Gregorii (18 mar.).* Rex litteras restium (sine praefixo termino) ad terras Cracoviensem, Sandomiriensem, Lublinensem et Russiae mittit notumque facit se rebus maximis exigentibus in Lithuaniam proficisci, ob defensionem vero a Tartaris regni vicesgerentem suum Spithkonem de Jaroslaw, castellanum Cracoviensem, constituisse, cui una cum campiductoribus Nicolao de Camyeniecz, palatino Sandomiriensi, et Stanislao de Chodecz, regni marsalco, terras ad defensionem movendi potestatem dedisse. XXII, 83.

2873. —— *f. 4 post Oculi (18 mar.).* Rex Erasmo Ciołek, episcopo Plocensi, bona Przedborz terrae Siradiensis cum villis de manibus Ioannis Coczymowski eximere consentit. XXI, 386.

2874. —— „ —— Rex testificatur Nicolaum Lanczkorunsky de Brzezye recognovisse, quia summa 680 fl., quos iudaeus Josko ad rationem telonei Leopoliensis regi dedisset et quos rex in praefatum Nicolaum transfusisset, Mathiae de Drzevycza, episcopo Premisliensi, et Ioanni de Lassko, cancellario regni, in duobus ratis per 340 fl. pro festo Pentecostes (31 mai) et pro festo Nativitatis V. M. (8 sep.) soluturus sit. XXII, 82.

2875. —— „ —— Rex Nicolaum Lanczkorunsky de Brzezye de 22243 (2243) fl. et 22 gr. in stipendiarios de exactionibus regni erogatis quietat. XXII, 82.

2876. —— „ —— Data est recognitio nob. Petro Czastoczki super 550 fl. ratione servitii regi exhibiti. r. XXII, 82.

2877. —— „ —— Rex Iacobo de Schydlowyecz, castellano et capitaneo Sandomiriensi ac regni thesaurario, mandat, ut Nicolao de Lanczkoruna de Brzezye 3264 fl. 10 gr. stipendiariis solutos de pecuniis publicis exsolvat. XXII, 82.

2878. *Parczow, f. 5 ante Laetare (19 mar.).* Rex ad vota principis Sigismundi, fratris sui, iudicatum terrestrem Cracoviensem, post resignationem Nicolai de Byalaczow vacantem, Iacobo Lubomirski confert. XXI, 386.

2879. —— „ —— Datus est consensus Stanislao Czyele de Bammyno exemendi bona regalia Ostrowyecz districtus Buscensis de manibus nob. Ostrowski et aliorum quorumcunque nobilium, bonorum praedictorum tenutariorum. r. XXI, 386.

2880. *sine loco, f. 4 post Laetare (25 mar.).* Litterae universales regiae ad dignitarios

et officiales terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis et Russiae de exigendis exactionibus in conventione Novae Civitatis Corczin laudatis. MD. XXII, 84.

2881. *In conventione Lublinensi, f. 5 Georgii* [1]) (*23 apr.*). Rex facta ratione ad annum 1506 cum Michaele Curilo burgrabio castri et venatore Cracoviensi et capitaneo Nyepolomicensi, eum quietat et debitum 1288 fl. hung. per $^1/_2$ sexagenam et 30 fl. hung. in auro certis sub condicionibus in capitaneatu praedicto inscribit. XXI, 375.

2882. *Roma, 3 nonas iunii* (*3 iun.*). Iulius II papa, ad supplicationem Alexandri regis, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus regni Poloniae, religiosis et qui voto ab esu carnium se abstinere debent exceptis, feria quarta seu die Mercurii carnibus vesci et uti indulget. XXII, 75.

2883. ..... Anno quo supra Vilnae feria tertia R. ..... civitatis Thorunensis famoso Ioanni Bay ..... unius anni decursum. r. XXI, 387.

---

[1]) Legendum est potius *Gregorii*, cuius festum anno 1506 etiam feria 5 (12 Martii) celebratum erat.

Supplementum.

Litterae priorum annorum, quae, regnante Alexandro, Poloniae rege, in Matriculas Regni de verbo ad verbum inscriptae sunt.

1227.

1. . . . . Conradus, Masoviae et Cuiaviae dux, consensu uxoris et filiorum suorum, haereditario iure vendit Gernoldo et Fidoldo, fratri eius, omnibusque filiis, haeredibus eorum, villam Gory, cum lacu medio et Cechetnica pro 130 marc. argenti et addit super eadem pecunia praedictae villae quosdam agros ei adiacentes, cum pratis et paludibus, in Czyechomyn spectantibus, usque ad medietatem paludis ad pontem et de ponte ad viam, quae dividit Gory et Czyechomycze, cum medio lacu et angulum circa lacum cum Cechetnica, quem possedit olim Cvolandra. XXI, 88.

1258.

2. *Pobyedzyska, die Purificationis V. Mariae (2 feb.).* Przemisl, Maioris Poloniae dux, vendit cuidam Ioanni pro 400 marc. advocatiam in civitate Pobyedzyska, quam Petrus, sororinus illius, quondam advocatus, possederat, et uxor dicti Petri post mortem eius ipsi resignavit, cum libertate a dationibus, vulgariter od schoschow, et a solutionibus, vulgariter od porambow, adiungendo ei 4 mansos, 2 possessionatos et 2 in allodium ipsius, solutionem iuramentorum alias przyssyaschne, tertium denarium, quod podworowe nuncupatur, tertium denarium iuris civitatis alias myesczke prawa, domum in civitate penes plateam thkaczka vlycza, molendinum in fluvio Glowna cum stagno et 2 hortis, 4 macellas carnificum, omniaque pascua ducis circa civitatem. XXI, 157.

1260.

3. *Cracovia, f. 3 post octavas Pascae (13 apr.).* Boleslaus, Cracoviae et Sandomiriae dux, elemosynae gratia fratribus s. Sepulcri de domo Myechoviensi teloneum in villa ipsorum Chelm, quod omnes currus, qui 2 equis trahuntur, quartam partem de scoto solvere teneantur argenti videlicet usualis, qui vero uno equo trahitur, mediam partem solvere debeat, donat. XXI, 81.

1271.

4. . . . . *Idibus Maii (15 mai).* Boleslaus V, Cracoviae et Sandomiriae dux, ad petitionem Modilibosii, abbatis et conventus Tinsiensis, in villa ipsorum Oppathovyecz sub iure theutonico civitatem locare consentit. XV, 219.

5. . . . . *8 calendas septembres (25 aug.).* Stephanus, Hungariae rex, Saxonibus de Scepus, qui ratione terrarii singulis annis 300 marcas argenti ponderis Budensis in festo s. Martini (11 nov.) solvere et 50 viros armatos lanceatos sub vexillum regium adducere obligantur, certas libertates donat; causas vero omnes inter ipsos iudex una cum comite pro tempore constituto iudicabit in Lelocha civitate provinciae capitali. XXI, 261.

1283.

6. *Posnania, dominica Laetare (28 mar.).* Premisl II, Poloniae dux, Bartholomaeo civi Posnaniensi pro haereditate eius Zabicow 4 mansos in villa ducali Vinari ab omni exactione et solutione, videlicet, a curru, censu, vicinia, poradle liberos et 5 macella carnificum in civitate Posnaniensi perpetuo donat. Per manus Chilonis, notarii curiae. XXI, 64.

1286.

7. *Cracovia, IV calendas Martii (26 feb.).* Lestco, Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae dux, monasterio ordinis s. Benedicti in Calvo Monte varias immunitates et privilegia donat. XXII, 40.

1287.

8. *Posnania, 5 cal. ianuarias, die Innocentum (28 dec.).* Przemisl II, Poloniae dux, Conrado episcopo Lubucensi villam vel oppidum iure theutonico locare permittit, incolisque episcopatus libertatem a poradlne et servitiis videlicet narzasz, powosz, przewod, poduorne, stroza, stan, sokol, castor, a solutione mellis, quod dicitur czassa vulgariter, latine cisus, a bove, vacca, opole, expeditione, constructione castrorum, a poena capitis et a iurisdictione suorum officialium donat. XXI, 362.

1298.

9. *Pirdyn, 17 cal. iulias (15 iun.).* Vladislaus, Poloniae dux, litteras Przemisli II, Poloniae ducis, Posnaniae 5 cal. ianuarias die Innocentum (28 dec.) anno 1287 episcopis Lubucensibus super locatione villae vel oppidi et variis libertatibus datas, confirmat. XXI, 462.

10. *Vladislavia, 5 calendas augusti (28 iul.).* Premislaus, dux Cuiaviae et Vladislaviae, cum fratribus suis Lescone et Casimiro ac cum matre Salomea mellificatoribus Golcze, Winoni, Domarad, Martino, Postkoni et Zarnotae villam Barthodzieie donat. XX, 268.

1304.

11. *Dobrzyn, in divisione Apostolorum (15 iul.).* Semouitus dux Dobrinensis Andreae de Cracovia pro servitiis tres haereditates dictas Mokowa iure haereditario donat, imponendo perpetuum silentium Bernardo Chucz et Przibislao Voyczyk, ad has haereditates praetendentibus. XX, 273.

12. —— „ —— Semovitus, dux Dobrinensis, Andreae de Cracovia pro servitiis haereditates suas dictas Mokova iure haereditario perpetuo donat, liberando incolas ab omnibus solutionibus et exactionibus: a narzasch, a poradlne, a poramb, a sep videlicet frumenti, a bove, a vacca, a porco, ab ove, item a castellano, a castri citatione, ab iudice et ab eorum iurisdictionibus. XXI, 72.

1308.

13. *Tanczyn, 11 calendas decembres (21 nov.).* Vladislaus, Cracoviae dux, propter perditionem privilegiorum libertatis iuris theutonici, quam in villis suis monasterium B. V. Mariae de Suleyow primitus habuerat, in Suleyow scilicet, Straschvicz, Mileyow, Crzyzanow, Czekanow, Przeglow, Barkovicze, Lanczno, Lubyen, Ywan, Borovisko, Srokj, Pirzchdlo, Lanczonyecz, quam tenuit Swyathoslaus, dictus Suskowycz, Lazow, Baldrzychow et Dambrowka, in ducatu Siradiensi, item in ducatu Lanciciae: Gora, in districtu: Campa, Pucznyow, Sczekonia, Manow, Stzekanow, Pyetrok, idem ius in villis praedictis renovat et villas in terra Sandomiriensi scilicet Suleyow, Strzelcze, Dambrowa, Mnychovicze, adiuncta sorte Craszyk, Voiczin, Sweczechow, Rudno, Skrzyn, Zakorzyn, Ruskowycze, Goszczyechowycze, Nyesznamyrowycze, Goryslawycze, Okkalyno, Oyrzow et alias villas eodem iure theutonico ab omni exactione polonicali vel theutonicali 12 annorum liberando collocare concedit. XXI, 222.

1316.

14. *Choyno, f. 4 ante Purificationis V. Mariae (28 ian.).* Anastasia, Lanciciensis et Dobrzinensis ducissa, una cum filiis Vladislao et Semovito, villas Radomycze et Osmalowo iure theutonico cum libertate 12 annorum comiti Albrachto de Cleczko donat. XXI, 318.

1318.

15. *Apud Suleyow, vigilia Ioannis Baptistae (23 iun.).* Vladislaus, Cracoviae dux, dignitariis et officialibus regni mandat, ut teloneum a civibus et cmethonibus domus Suleyoviensis non exigant. XXI, 223.

1321.

16. . . . . *die Benedicti (21 mar.).* Capitulum beati Martini de Scepus ad petitiones Saxonum de eadem provincia Scepus privilegium Stephani, Hungariae regis, de anno 1271, eis super certis libertatibus datum, de verbo ad verbum rescribit et sigillo suo communit. XXI, 261.

1333.

17. *Radom, in crastino Petri et Pauli (30 iun.).* Casimirus III rex ad preces Alberti abbatis monasterii s. Mariae in Czirwyensko ordinis Augustini canonicorum regularium donationem villarum Cochowo et Cobilnicza, praedicto monasterio per praedecessores reges datarum, confirmat et easdem villas in oppidum et ius civile transfert. XXI, 246.

1334.

18. *Cracoviq, die Pentecostes (15 mai).* Casimirus III rex donationem Vladislai regis Iacobo Trzesko castellano domus et areae circa ecclesiam beati Martini Cracoviae ad circulum transeundo a dextris confirmat. Per manus Segnei, praepositi s. Michaëlis et vicecancellarii curiae. XIX, 181; XXI, 84.

19. *Podmokle, die dominico post Lucae (23 oct.).* Micosch Bodzantha de Kyeblow, inspectis fidelibus obsequiis Benczae de Noblyschycze, eidem villam suam Cranczko cum molendino, omnibus silvis a Podmokle usque ad Bolyenye, pratis, iure patronatus ecclesiae et libera venatione in omnibus bonis perpetuo donat. XIX, 134.

1335.

20. *Sandomiria, 3 calendas martias (27 feb.).* Casimirius III rex donat civitati Cazimiriensi denuo locandae ius maydburgense, ligna ad aedificia pro necessitate civium in aquis Visla et Vilga deducenda, forum feria quinta, insuper cameras, ubi panni raduntur, pensam metallorum, necnon vecturam, quae srothen dicitur; omnes, qui inter ipsius et Cracoviensis castri muros usque ad fluvium Rudawca, ubi cadit in Vislam, sunt iam locati vel in futurum locabuntur, ad civitatem praedictam Cazimiriensem cum eiusdem civitatis iure pertinebunt. Per manus Sbignei, praepositi et cancellarii Cracoviensis. XXI, 126.

1336.

21. *Cracovia, die Corporis Christi (30 mai).* Casimirus III rex ad petitionem Vilhelmi ordinis cisterciensis abbatis de Suleyow, certum privilegium ducis Vladislai de data in Tanczyn, 11 calendas decembres anno 1308 confirmat. Per manus Sbignei, praepositi s. Michaëlis, vicecancellarii curiae regiae. XXI, 222.

1344.

22. *Cracovia, die Stanislai (8 mai).* Casimirus III rex cives Brzesnyczenses a solutione telonei pontis et targove et praecipue in Buzanyn, et ab aliis omnibus solutionibus, excepto tantum teloneo salis in Syradz, per totum regnum liberat. XXI, 115.

1346.

23. *Brzesczie, octava Martini confessoris (18 nov.).* Casimirus III rex prov. Marconi dicto Pomorka de terra Pomeraniae scultetiam in villa regali Volya sitam prope civitatem Brzestensem terrae Cuiaviae, 5 mansos liberos, tertium denarium de quolibet iudicio, unam tabernam, 3 hortulanos, 8 morgos prati in villa Lagyewnyki circumfossatos et unum piscatorem ex utraque parte fluvii dicti Sgowyanthka usque ad piscinam regiam Brzestensem pro 60 sexagenis gross. vendit. XX, 243.

1349.

24. *Bobrownyk, f. 4 Resurrectionis (15 apr.)*. Vladislaus terrarum Lanciciensis et Dobrzinensis dux Nicolao Rudnyk civitatem Lippe, 26 mansos liberos continentem, iure theutonico seu culmensi locandam admittit, dando eidem civitati eiusque incolis libertatem 12 annorum ad instar civitatis Rippinensis. XX, 237.

1350.

25. *Lublin, die Vincentii (22 ian.)*. Casimirus III rex prov. Conrado de Varschovia advocatiam Radomiensem cum villis Golabyow, Dirskow et Vola cum molendino pro 300 marcis grossorum pragensium vendit. XXI, 321.

26. *Rava, dominica Invocavit (14 feb.)*. Semovitus Masoviae dux comiti Nicolao haeredi de Mylynew, thesaurario Ravensi, villam Lochow iure theutonico culmensi donat. XXII, 43.

1354.

27. *Cracovia, dominica qua cantatur Omnis terra (19 ian.)*. Casimirus III rex Pakoslao Ioanni haeredi de Stozyscz pro meritis oppidum Rzeszow cum toto districtu et venationibus, incipiendo a gadibus terrae Sadomiriensis videlicet a villa Dambrowa, quae ad terram Sandomiriensem noscitur adiacere, et ex alia parte protendendo granities usque ad villam Lanzaysko, limitibus terrae Jaroslaviensis confinante, item a dexteris versus Russiam descendendo usque ad limites castri Czudecz, in perpetuum donat. XVII, 247.

1358.

28. *Lublin, vigilia Viti (14 iun.)*. Casimirus III rex prov. Nicolao molendinatori in piscina regali iuxta civitatem Lublinensem unum molendinum et alium sub castro Lublinensi iure haereditario locare et construere admittit. XX, 129.

29. *Grodno, f. 3 infra octavas Laurentii (14 aug.)*. Kinstutus dux Lithuaniae confirmat compositionem amicalem ratione granitierum inter districtum Grodnensem Lithuaniae ac districtus Visnensem et Gonyadzensem Masoviae, per Patrikik, Woyswylth, Ayxyoliazar et Vasskonem Kyerdeyovicz, commissarios Lithuaniae, et Mykoschonem Czirnensem, Mroczkonem Raczazensem, Nyemyerzam Sochaczoviensem, Gothardum Camyenensem castellanos et Stephanum subiudicem Sochaczoviensem, commissarios Semovithi, Masoviae ducis, institutam. Auscultata per N. cancellarium Masoviae de verbo ad verbum ex antiquo libro cancellariae, in signum praemissorum manu propria significatur. XXII, 27.

1360.

30. *Opoczno, die Gregorii papae (12 mar.)*. Casimirus III rex nob. Petro Cracowka et filio eius Hermano molendinatoribus tertiam partem molendini ab ipsis penes civitatem Opoczno erecti ac consensum locandi unius horti circa praedictum molendinum donat. XX, 181.

31. *Osswyanczim, vigilia Trinitatis (30 mai)*. Vladislaus dux Osswyanczimensis liberat a ducalibus et advocatialibus solutionibus hortos, qui ab urbe et castro osswyanczimensi iuxta molendinum Martini Thesinensis advocati et prope allodium Thilonis de Plok atque hortos in paludine prope civitatem consistentes cum via pecorum, quae sita est versus praedium, quod Schich nuncupatur, atque plumbipensam civitatis, necnon a solutione unius marcae annuatim sal secacium seu salsatorum. XVII, 343.

1361.

32. *Tempelberch, die Assumptionis V. M. (15 aug.)*. Hermanus (Henricus) de Werbenge, ordinis domus hospitalis s. Ioannis Hierosolymitani praeceptor generalis Saxoniae, Marchiae, Slavoniae, Pomeraniae, Ludebanno et Georgio fratribus de Golcze villas Plumendewer et Kersebon, reiciacula supra flumen Drawe, stagna Diawiczyk, Repow et Clyenkow, insulam Eynderwer, item 4 stagna Boysekow, Brocze, Dudrewelle et Peczenyecz iure feodali possidendas donat. XXI, 365.

33. *Dempelberch, f. 3 infra octavas Assumptionis V. M. (17 aug.)*. Henricus (Hermanus) de Werbenge, ordinis s. Ioannis Hierosolymitani praeceptor generalis Saxoniae, Marchiae, Slavoniae, Pomeraniae, Hermano et Henrico fratribus Crebanczen et Ludekino Golcze manu coniuncta castrum Machelin et villas Gruczen et Myelekow, flumen Doberycze, flumen Sendauicze ad stagnum Woyszekow, paludes Wytempole, montem Langhebrech et paludem Warthenzeeschemosche iure feodali possidendas donat. XXI, 366.

1362.

34. *Pysdry, 10 calendas maias (23 apr.).* Cazimirus III rex nob. Andrae Burchramo de Pysdry et Petro fratri eius, haeredibus de Drzeczkowo villam eandem et villas: Morkowo, Sulewo, Volykowo, Lanczko, prope Costan. in terra Posnaniensi sitas, de iure polonico in ius srzedense transfert. XX, 209.

1363.

35. *Byecz, f. 4 post Invocavit (22 feb.).* Casimirus III rex prov. Michaëli de Thessyn villam novam in silva regali Brunow lass dicta, incipiendo a capite rivuli Lubuscha, ex utraque parte eipsdem rivuli, 70 mansos continentem, nomine Lipnikj appellandam, pro pellendo grege, quod scothnycza dicitur, 2 mansos assignando, cum certis aliis libertatibus iure maydemburgensi locare concedit. Per manus hon. Janussii, cancellarii Cracoviensis, scriptum autem per Michalconem, regalis curiae notarium. XXI, 289.

1364.

36. *Kazanowo, f. 3 in octava Stephani (2 ian.).* Florianus cancellarius Lanciciensis et praepositus Cracoviensis, bona cancellariae suae, scultetiam villae Glyna, in terra Lanciciensi in fluvio Luczozna sitae, iure sredensi locatam, Sdzeslao filio Thomhkonis de Rzeczicza pro 16 marc. gross. pragensium cum donatione 2 mansorum liberorum ab omni solutione, de quibus decimam ecclessiae in Rzeczicza solvet, vendit. XIX, 193.

37. . . . . *die Iacobi apostoli (25 iul.).* Frater Ludeke de Essen, commendator in Gdano, prov. Ioanni Piangow, sculteto in Schonbow insulam iacentem inter duos lacus, Prudens et Insanus vocitatos, iure culmensi donat. XX, 204.

38. *Przedborz, vigilia Nativitatis B. V. Mariae (7 sep.).* Casimirus III rex advocatiam in Sczirczow, in fluvio Wydawa prope Sadek situatam cum mactatorio dicto vulgariter „chutlow" et molendinum in fluvio dicto Queczessnycza, cum balneo Nicolao quondam de Corablow cmetoni pro 60 marcis iure sredensi vendit. XX, 201.

1365.

39. *Zarnowiecz, f. 4 post Judica (2 apr.).* Casimirus III rex significat, quia Nicolaus Streybyr advocatiam suam in Opoczno pro 110 marcis Hankoni dicto Kyelbascha, civi de Pyothrkovia, iure haereditario vendiderit, quam quidem venditionem confirmando Regia Mtas certa iura novo advocato concedit. XX, 184.

40. *Dambowdzyal, f. 3 post Stanislai (13 mai).* Casimirus III rex prov. Hauroni quondam Stephani et Mathiae Volurami filiis advocatiam in Ossyek cum villa Schirchowa in districtu Biecensi, appropriando eidem advocatiae novos redditus, pro 150 marcis vendit. XVII, 280.

41. *Cracovia, in crastino Assumptionis B. V. Mariae (16 aug.).* Casimirus III rex Conrado de Prussia molendinatori pro laboribus in structura molendini, piscinae et aggeris, circa civitatem Lemburgam in terra Russiae, tertiam partem eiusdem molendini donat. Per manus Ioannis cancellarii Cracoviensis, scriptum autem per Nicolaum, notarium nostrum. XXI, 185.

42. *Lelovia, die Bartholomaei (24 aug.).* Casimirus III rex Martino, civi Leloviensi, advocatiam civitatis Leloviensis, apud pueros Friczonis, olim advocati eiusdem civitatis, emptam, pro 100 marc. grossorum pragensium perpetuo vendit, assignando dictae advocatiae redditus et utilitates: duos mansos Franconis et duos hortos cum prato quodam advocati in villa dicta Slanzani cum villa Sbiczice et Antiqua Civitas vulgariter dictas, ad civitatem Leloviensem iure maydemburgensi pertinentes, balneum muratum liberum in civitate dicta, domum liberam, tertium denarium de iudicio et sextum denarium de censu, tam in civitate, quam in villis, ad eandem civitatem pertinentibus, 2 cameras pannorum, 2 cameras institorum, 2 macella carnium, 2 mensas pistorum, 2 sutorum ac molendinum desertum ultra antiquam ecclesiam cum piscina, piscinas etiam in rivulo dicto Wawozna. Per manus Janussii cancellarii Cracoviensis, scriptum vero per Mychalconem dictum Myedzwyedz, notarium curiae regalis. XXI, 252.

43. *Zarnoviecz, f. 5 post octavam Assumptionis V. Mariae (28 aug.).* Casimirus III rex pro servitiis Virzbienthae de Maleszow iure haereditario villam regiam Lanthownycze, inter Mislimicze et metas Hungariae iacentem, et silvas regias, incipiendo a vertice fluvii dicti Lanthownya, ubi emanavit, per ipsius decursum parte ab utraque usque ubi praefatus fluvius Lanthownya intrat in fluvium Rabam, a fluvio dicto Raba protensive usque ad verticem fluvii dicti Vaczechow, abinde usque ad locum, ubi emanavit, fluvii dicti Wyanczierza Parva et Magna, abinde vero usque ad emanationem rivi dicti Slomyelna, donat. XXI, 117.

1367.

44. *Sandomiria, in crastino Nativitatis V. Mariae (9 sep.).* Casimirus III rex ad petitionem Swyethoslai, abbatis Syeczyechoviensis et eius conventus confirmat privilegium ducis Boleslai de data Cracoviae 1352 anno, super certas libertates bonorum monasterii Syeczyechoviensis, videlicet: villarum, quae donatae sunt a duce Henrico: Dewcza Gora, Lesna cum lacu et teloneo in Pyotrawyn, a Jacza, qui cognominatus erat dux, Lanzna, Sthpika, Senloss, Gostwys, Nadrib, Jazckowa, Dubrowa, Nasylow, Opatkowycze, Jazdkow, aliud Jazdkow et tertium Jazdkow, Laczna, Slothnyki, a comite magno Setheo, ipsius claustri fundatore, a quo et nomen recepit, haec villae sunt traditae: locus abbatiae cum foro, Podolszane, Mozolycze, Brzescze, Psary, Sedlce, Ostrow Minus et Ostrow Maius, Ribyertowo, Cobylany et quaedam cuius est commutatio Janykowo, prata vero, quae dicuntur Chechel, a comite Criuosando data sunt, Orzechow a comite Martino data est, Czyszicza ab aliis Rag et Postouicze, Saulouice et Garno, Ciszicza, Brzesnicza, Slizyn, Swaczycza, Opathcowice, Sadcow circa Radom ad s. Petrum, Razom, Orechow, Boguphalowo a Petro, Petriconis filio, datae sunt, in terra Masoviae. Per manus Janussii, doctoris decretorum, necnon decani ac cancellarii Cracoviensis. XIX, 141.

1368.

45. *Skrzyn, die Ioannis evangelistae (27 dec.).* Casimirus III rex ad relationem Sobco de Vysskovicze, capitanei Opocznensis, recognoscentis, quia Petrus Cracowka cum filio Hermano molendinum suum ante Opoczno Iacobo molendinatori et Magdalenae uxori eius pro 16 gross. vendiderit, eandem venditionem et litteras suas priores in Opoczno, die Gregorii papae (12 mar.) anno 1360 eidem Petro Cracovka super teriam partem molendini et hortum in Opoczno datas approbat. XX, 181.

1369.

46. *Radoschicze, die Exaltationis Crucis (14 sep.).* Casimirus III rex molendinum prope villam regalem Radoschicze in fluvio Lanczen per Martinum molendinatorem erectum eidem iure haereditario certis sub condicionibus donat. XVII, 308.

1370.

47. *Cracovia, f. 3 post octavam Iacobi (6 aug.).* Casimirus III rex in civitate Cazimiria ultra fluvium Visla prope Cracoviam, a se de novo erecta, forum annuale a vigilia Corporis Christi ad dominicam inclusive proxime sequentem transfert propter tempus messium pro festo Laurentii (10 aug.) et forum feriis secundis in qualibet septimana instituit, medietatemque villae suae Zablocze in consolationem dictae civitatis addit. Per manus Janussii cancellarii et Ioannis de Czarnkow vicecancellarii. XXI, 126.

1372.

48. *Wiessegrad, die Trinitatis (23 mai).* Ludovicus, Hungariae et Poloniae rex, nomine suo et Elisabeth, uxoris suae, solenniter et iuramento praestito promittit se nunquam aspirare debere ad vindicandum aut usurpandum regnum Bohemiae aliasve terras huic regno incorporatas. XX, 32.

1375.

49. *Ripin, die Ramispalmarum (15 apr.).* Casimirus Stetinensis, Dobrinensis, Pomeraniae, Bidgostiensis, Slaviae, Cassubiae dux, pro servitiis, quae sibi Ywo marsalcus ducis, haeres de Radomino, exhibuit, incolas villarum ipsius Radomino, Sudragy, Balyno, in terra Dobrzinensi sitarum, ab omnibus solutionibus sep, pobor, groschowe perpetuo liberat. XXI, 208.

1378.

50. *Lipno, die Petri et Pauli (29 iun.).* Margaretha ducissa Dobrinensis testificatur nob. Jacusium dictum Schlachta, haeredem de Radomycze, villam hanc terrae Dobrinensis, quam ex donatione olim Casimiri ducis Dobrinensis et sua pacifice possideret, Andreae iudici Dobrinensi pro 300 sexagenis grossorum vendidisse. XXI, 318.

1379.

51. *Aperiasz, f. 3 vigilia Bartholomaei (23 aug.).* Elisabeth Hungariae et Poloniae regina mandat, ut armeni, in civitate Lemburgensi habitantes, moribus et consuetudinibus suis uti antea patifice frui possint. XX, 77.

1379.

52. *Cracovia, die Martini (11 nov.).* Elisabeth, Hungariae, Poloniae et Dalmatiae senior regina, ad petitiones consulum et civium Casimiriensium et ad testimonium baronum et Bodzenthae, procuratoris generalis terrae Cracoviensis, quod civitas Casimiriensis tempore regis Casimiri foro equorum et pecorum gaudebat, forum equorum ex utraque parte Vislae et forum pecoris ex illa parte tantum dictae civitati perpetuo restituit et concedit. XXI, 126.

1380.

53. *Divsgenti, septima die octavarum Paschae (31 mar.).* Ludovicus Hungariae et Poloniae rex mandat, ut armeni, intra et extra muros Leopolienses habitantes, moribus et consuetudinibus suis ut antea pacifice uti possint. XX, 77.

1387.

54. *Lemburg, f. 3 post Reminiscere (5 mar.).* Hedvigis regina Poloniae civitati Lembergensi omnia iura a praedecessoribus suis eidem civitati donata approbat et depositorium inibidem instituit. XX, 222.

55. *Grodek, in crastino Lucae (19 oct.).* Vladislaus II rex litteras privilegiorum armenis Leopoliensibus a praedecessoribus suis annis 1379 et 1380 datas confirmat. XX, 77.

56. *Jedlna, in crastino Thomae (22 dec.).* Vladislaus II rex emethones et incolas villae regalis Jedlna ab omnibus dationibus, contributionibus, exactionibus, vecturis, angariis et praeangariis et aliis solutionibus et laboribus perpetuo liberat, excluso autem censu mellis, quem regi annuatim solvere debent. XXI, 151.

1388.

57. *Lublin, in crastino Epiphaniae (7 ian.).* Vladislaus II rex civibus Radomiensibus balneum extra muros civitatis construere permittit. XVII, 267.

58. *Bodzanczyn f. 5 post Iacobi (30 iul.).* Vladislaus II rex approbat emptionem mediae partis advocatiae in Jassyel per Zindram de Machouicze, gladiferum Cracoviensem, pro 100 marcis grossorum pragensium apud Jacussium Tzrop, cui Elisabeth Hungariae regina partem eandem mediam advocatiae illius pro servitiis donaverat. XVII, 324.

1391.

59. *Grodek, vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* Vladislaus II rex propter studia, quae Adam, carpentarius regius, in continuatione laborum et structurarum regi exhibuit, ei tertiam mensuram in molendino regio sito circa valvam Halicziensem in civitate Lempurgensi perpetuo donat. Per manus ven. Zaklicze, aulae regiae cancellarii. XXI, 184.

1393.

60. *Strzelno, die Ioannis ante portam latinam (6 mai).* Vladislaus II rex ad petitionem Wilhelmi praepositi conventus sanctimonialium in Srzelno, eidem oppido forum septimanale qualibet feria 5 celebrandum donat. XVII, 319.

61. *Ploczko, f. 3 infra octavas Ascensionis Christi (20 mai).* Semovitus Masoviae dux, fundando altare in ecclesia cathedrali Plocensi in capella s. Martini ob respectum peccaminum suorum et remedium animae suae et praedecessorum suorum, perpetuo donat rectori seu altaristae eiusdem capellae 10 sexagenas gross. pragensium de 50 sexagenis, quas consules Ploczenses super festum s. Martini genitori eius annuatim solvere se obligaverant; idem rector missam cantabilem alta voce per se vel per alium presbyterum circa dictum altare singulis feriis quintis, quotidie vero legibiles dicat atque insuper dictus rector et eius clericus duce praesente expensas circa mensam ducalem habebunt, duce vero absente cum capitaneis seu burgrabiis aut eorum vicesgerentibus, protunc a duce surrogatis. Per manus Alberti, protunc notarii curiae. XXI, 122.

1394.

62. *Nova Civitas Corczin, f. 5 post Aegidii (3 sep.).* Vladislaus II rex ad petitiones Mathiae et Jacussii fratrum de Isdbicze oppidum illud in terra Cuiaviensi et districtu Predeczensi situm cum villis pertinentibus de iure polonico in ius maydemburgense transfert. XX, 241.

1397.

63. *Czchow, die divisionis apostolorum (15 iul.).* Vladislaus II rex ad petitiones, civium et communitatis civitatis Brzesnyczensis privilegium de non solvendis teloneis per totum regnum, a rege Casimiro Cracoviae, die Stanislai (8 mai) anno 1344 datum, confirmat. XXI, 115.

1398.

64. *Colo, f. 3ª ante Ascensionis Domini (14 mai).* Vladislaus II rex mercatores et incolas terrarum Maioris Poloniae, versus Slesiam et Vratislaviam cum mercibus proficiscentes, ad solvenda telonea in Srzem et Ponyecz astringit. XX, 252.

65. *Nova Civitas Corczin, dominica infra octavas Martini Confessoris (17 nov.).* Vladislaus II rex pro meritis Mathiae de Isdbicza in oppido ipsius Isdbicza forum septimanale qualibet feria 4 instituit. XX, 241.

1399.

66. *Cracovia, f. 2 infra octavas Assumptionis V. Mariae (18 aug.).* Vladislaus II rex consulibus, advocatis et scabinis civitatis Cracoviensis privilegium de non evocandis civibus Cracoviensibus ad aliquod iudicium extra muros Cracovienses donat. Per manus Nicolai, episcopi Wladislaviensis, et Zaklycze, aulae regiae cancellarii. XIX, 132.

1401.

67. *Wradkovicze, in vigilia Exaltationis Crucis (13 sep.).* Vladislaus II rex ad preces ven. Clementis archidiaconi Zauychostensis villam ipsius Popow, in districtu Lublinensi sitam, de iure polonico in ius srzedense transfert. XX, 144.

1402.

68. *Lamburga, f. 3 ante Francisci (3 oct.).* Vladislaus II rex armenis Leopoliensibus mercantias ubique in Regno exercere facultatem concedit. XX, 77.

1403.

69. *Cracovia, f. 5 post Reminiscere (15 mar.).* Vladislaus II rex in causa inter cives Cracovienses et Lembergenses ratione viae ad partes Tartariae et Valachiae invicem sibi denegatae orta, una cum baronibus sententiam fert. XX, 135.

1405.

70. *Sczekarzow, dominica ante Margarethae (12 iul.).* Vladislaus II rex Ioanni, filio Michaëlis de Dzyerzkovicze, molendinatoris Lublinensis, tertiam metretam seu mensuram de molendino regio in Chlopye in fluvio Bystrzycza per ipsum construendo, perpetuo donat pro arte carpentaria, in qua idem Ioannes et eius liberi in curiis regiis laborare tenebuntur; pro reformatione et lapidibus eiusdem molendini Ioannes praefatus tertiam partem et rex duas dabunt. Per manus Nicolai, praepositi s. Floriani ante Cracoviam, regni vicecancellarii. XXI, 131.

71. *Schadek, sabbato Gregorii papae (28 nov.).* Wraczislaus haeres de Grozkow, castellanus Zarnoviensis et capitaneus Siradiensis, Paulo dicto Schomla molendinum extra civitatem, quae appellatur Conskj, aedificare committit certis condicionibus, dando praedicto molendinatori campum, qui iacet circa idem molendinum ex sinistra parte ad sepem, quae se extendit ad passionem domini. XXI, 298; XXII, 16.

1406.

72. . . . . *f. 5 infra octavas Stanislai in maio (13 mai).* Ioannes de Olesznycza iudex et Dobeslaus de Coszycze subiudex Cracovienses, uti commissarii regii in causa transitus vel viae ad partes Walachiae inter cives Cracovienses et Leopolienses orta, civibus Cracoviensibus liberum transitum et reditum ad dictam terram Valachiae et Tartariae adiudicant, consuetis tamen in Lemberga teloneis solvendis. XX, 136.

73. *Posnania, f. 2 infra octavas Corporis Christi (14 iun.).* Hennigus Keustel (Kensuk), Borcardus de Ginsterbergk (Ginsterbek) et Borcardus Daracz (Dawycz), ratione fortalitii Walcz regi Poloniae se submittunt et ad manus Tomkonis de Vangloschin (Wamgloschin), subpincernae Cracoviensis et capitanei Maioris Poloniae generalis, Sbignei marsalci regii, Nicolai de Czarnkow, iudicis Posnaniensis, et Dobrogostii de Schamothuli manus manibus stipulantes fidem promittunt. XX, 84; XXI, 78.

1406.

74. *Ploczko, f. 3 post OO. SS.* (*2 nov.*). Semouitus dux Masoviae Andreae de Golczeuo, castellano Ploczensi, oppidum in villa ipsius Biezvn in districtu Ploczensi sub iure culmensi erigere consentit, forum septimanale qualibet feria 2 instituit aliaque iura eidem oppido donat. XX, 267.

1409.

75. *Radzeyow, f. 3 Adalberti* (*23 apr.*). Vladislaus II rex oppidum Radzeyow a podvodis absolvit. XX, 264.

76. *Glinyany, die Marci* (*25 apr.*). Ioannes de Tharnow, palatinus Sandomiriensis et capitaneus Russiae, limites bonorum regiorum Podworcze et nobilium Nowosyelcze, demonstrat. XX, 19.

77. *Lancicia, f. 6 ante Mariae Magdalenae* (*19 iul.*). Vladislaus II rex cives Brzestenses a podvodis absolvit. XX, 239.

78. *Inowlodz, f. 6 in crastino Iacobi* (*26 iul.*). Vladislaus II rex incolas civitatis Lanciciensis ab omnibus podvodis excepta necessitate regia absolvit. Ad relationem Nicolai praepositi s. Floriani ante Cracoviam vicecancellarii. XVII, 303.

79. *Opoczno, dominica infra octavas Iacobi* (*28 iul.*) Vladislaus II rex cives oppidi Radom ab omnibus vectigalium, ducturarum, equiturarum, quae poduodi dicuntur, gravaminibus absolvit. XVII, 276.

80. *Nova Civitas, dominica infra octavas Assumptionis V. Mariae* (*18 aug.*). Vladislaus II rex cives et incolas civitatis Cazimiriensis ab omnibus vectigalium, ducturarum, equiturarum, quae poduodi dicuntur, gravaminibus perpetuo absolvit cum ea condicione, quod praesente rege in Cazimiria praefati cives pro deducendis utensilibus coquinalibus 4 currus, similiter ad civitatem sive ad locum stationis proximae regi et reginae dare tenebuntur. Per manus Nicolai, praepositi s. Floriani ante Cracoviam, vicecancellarii. XXI, 126.

81. *Nova Civitas Corczyn, f. 3 infra octavas Assumptionis V. Mariae* (*20 aug.*). Vladislaus II rex Stanislao de Korytho pro meritis villas Poczayovicze et binos Gaye in terra Russiae et districtu Drohobicensi (cum consignatione granitierum) perpetuo donat. XVII, 269.

1414.

82. *Leopolis, f. 4 post Laurentii* (*15 aug.*). Vladislaus II rex strenuo Olechno filio olim Dimitri Sawdwowycz, militi suo, pro obsequiis villas Uhrowsko cum area zdworzyskem Buthin in eadem haereditate, Lucowa, necnon Szobyebory in flumine Bug, Polino in lacu Polino et cum lacu eodem, Pnyowno, Pyeschcze, in terra et districtu Chelmensi sitas, perpetuo donat. Relatio Nicolai archiepiscopi Haliciensis, regni vicecancellarii. XVII, 251.

1417.

83. *Crasnystaw, f. 2 post Divisionis Apostolorum* (*19 iul.*). Vladislaus II rex consules Vratislavienses certiores facit se disposuisse, quod mercatores ad partes Tartarorum seu Valachorum mercandi gratia se transferre volentes, nulla alia quam antiqua via per terras Russiae et civitates Leopolim et Luczskam proficiscantur. Relatio Sbignei scholastici Sandomiriensis. XX, 33.

84. *Viskitki, sabbato ante Martini* (*6 nov.*). Semovitus Masoviae dux advocatiam in Viskithki pro 60 sex. gross. lat. Przibislao vendit et ius theutonicum, quo civitas Sochaczew gaudet, donat. XXI, 325.

1418.

85. *Crzepicze, f. 2 post Laetare* (*7 mar.*). Vladislaus II rex Petro de Pissari militi 100 marc., 40 marc. latorum grossorum, 55 marc. et 200 marc. Jacussio de Bothurzyn solutas in castro Riter inscribit. XX, 80.

86. *Lublyn, dominica infra octavas Corporis Christi* (*29 mai*). Stanislaus de Poddambicze, capitaneus terrae Lublinensis generalis, de mandato regio molendinum circa piscinam Chlopye Mathiae molendinatori reaedificare admittit, donatque unum laneum ante idem molendinum penes tabernam, in qua Canya residet, cum prato, quod prius erat Chrosthni cmethonis de Vrothkow, cum mellificio alias barcz in borra Chlopsky et in merica Sulislauicze, cuius medietatem mellis pro se recipiet et medietatem ad castrum dabit. XXI, 131.

87. *Lucow, in vigilia Nicolai confessoris* (*5 dec.*). Swathoslaus alias de Swodj, iudex Lucoviensis, significat, quia Juryam, Ioannes, Thomas, Petrus et Andreas fratres de Wyerzeyki granitiem in medio magnae silvae Tluszczecz super Mathia de Wyszokinio iudicialiter acquisiverint. XX, 179.

1419.

88. *In colloquio generali Lublinensi, f. 2 in crastino Circumcisionis Domini (2 ian.).* Mathias de Suchodoli iudex et capitaneus Lublinensis significat, quia Beata olim Dimitri haeres de Chrosslyna, Boyska et Wolovicze et Clemens archidiaconus Zawychostensis, haeres de Popow, certam ordinationem et consignationem granitierum inter se fecerint. XX, 144.

89. *Lelow, f. 3 infra octavam Visitationis V. Mariae (4 iul.).* Sbigneus de Brzezye, regni marschalcus, testificatur prov. Nicolaum alias Myarka oppidanum Leloviensem molendinum sub castro Leloviensi situatum una cum tertia metreta ..... resignaverit. XVII, 274.

1420.

90. . . . . *f. 3 post Ramispalmarum (2 apr.).* Capitulum ecclesiae beati Martini de Scepus ad petitiones prov. Nicolai, filii Herbrandj, iudicis de suburbio castri Scepusiensis, ac totius communitatis civium et hospitum de eadem litteras Stephani, Hungariae regis, de anno 1271, per dictum capitulum anno 1321 die Benedicti rescriptas et sigillo suo communitas, denuo sub sigillo suo edit. XXI, 271.

91. *Posnania, f. 4 post octavas Visitationis V. Mariae (10 iul.).* Vladislaus II rex ad petitiones Janussii Czyenyeczki et Maternae Budszem ipsis litteras olim Mykoschonis Bodzanthae de Kyeblow de data in Podmokle, die dominico post Lucae (23 oct.) anno 1334, super villa Cranyeczko, approbat. Per manus Alberti, episcopi Cracoviensis, cancellarii, et Ioannis Schaffranyecz, decani Cracoviensis, regni vicecancellarii, ad relationem Sbignei, praepositi s. Floriani ante Cracoviam. XIX, 134.

1421.

92. *Zarnovyecz, f. 2 post Cantate (21 apr.).* Vladislaus II rex ad petitiones N. de Dalouice, subdapiferi Cracoviensis, et Elisabeth consortis ipsius villas Plaschow, Szydzina et Suchdol terrae Cracoviensis de iure polonico in ius srzedense transfert. XX, 146.

1422.

93. *Przyszow, f. 2 in crastino OO. SS. (2 nov.).* Arnoldus de Coprziwno una cum fratre suo germano Iacobo testificatur se castrum Drahem ad beneplacitum voluntatis regis Vladislai obtinuisse et ad festum Nicolai proximum (6 dec.) in manus Sandiwogii, palatini Posnaniensis et capitanei Maioris Poloniae, promissum fidelitatis ratione dicti castri daturum esse. XX, 84; XXI, 78.

1423.

94. *Solecz, f. 3 Exaltationis Crucis (14 sep.).* Vladislaus II rex ad petitiones Ioannis capellani de Opoczno litteras Casimiri III regis super molendinum in Opoczno nob. Petro Cracowka molendinatori datas in Skrzyn, die Ioannis evangelistae (27 dec.) anno 1368 et in Opoczno, die Gregorii papae (12 mar.) anno 1360, approbat et insuper prata ei ex utraque parte fluvii Drzevicza prope molendinum istud donat. XX, 181.

1423—1436.

95. . . . . Albertus, archiepiscopus Gnesnensis, erectionem capellae s. Trinitatis in castro Siradiensi et proventus eius 20 marcas in teloneo Siradiensi et de villa Dzerzasna a rege Vladislao assignatas confirmat. XX, 79.

1424.

96. *Cracovia, f. 4 Cinerum (8 mar.).* Vladislaus II rex litteras olim Hedvigis consortis suae in Lemburg f. 3 post Reminiscere (5 mar.) anno 1387 super varia iura et depositorium salis aliarumque mercantiarum oppido illo Lemburg datas approbat. Relatio Stanislai Cziolek vicecancellarii. XX, 222.

97. *Belza, f. 6 ante Pentecostes (9 iun.).* Semouitus dux Masoviae scultetiam cum pleno iure maydburgensi, cum 4 laneis et balneo, cum facultate construendi molendina et rotas lamficum sartorum sive sutorum alias stampy in fluvio Bugk et aliis torrentibus et cum iure capiendi pisces cum hamis et cum retibus alias vata in civitate Sokale hon. Nicolao Schonalb, civi Cracoviensi, pro 150 marcis in perpetuum vendit. XX, 245.

1424.

98. *Lancicia, f. 5 Laurentii (10 aug.).* Vladislaus II rex oppidanos et incolas bonorum mensae archiepiscopalis Gnesnensis iuxta continentiam litterarum Alberto archiepiscopo et primati datarum a solutione foralium alias targowe absolvit. Relatio Stanislai Czolek, regni vicecancellarii. XX, 255.

1425.

99. *Lublin, f. 4 post Pentecostes (30 mai).* Mathias de Suchodoli iudex et Dobeslaus de Pancraczovicze subiudex Lublinenses terrestres causam inter nob. Goworek Gutto et ven. Ioannem archidiaconum Zawichostensem haeredem de Papow ratione granitierum inter villas Goworek praedicti Moschow et Maschanow ac Popow dicti archidiaconi ortam disiudicant. XX, 144.

1426.

100. *Ploczko, f. 2 Agnetis (21 ian.).* Alexandra ducissa, relicta olim Semouiti senioris ducis Masoviae, una cum Semouito iuvene, Casimiro, Troydeno et Vladislao ducibus Masoviae, monasterio Plocensi s. Dominici conventus S. Trinitatis 16 sexagenas in censu annuali in villa Czyrmno districtus Gostinensis donat. XX, 270.

1428.

101. *Sandomiria, f. 2 post Reminiscere (1 mar.).* Vladislaus II rex nobili Derslao de Wloschczouicze, familiari suo, 100 marcas pol. pro meritiis super parte haereditatis regiae in villa Wrampya districtus Bochnensis cum possessione eiusdem partis inscribit. Relatio Domarathi, regni marsalci. XVII, 312.

102. *Przedborz, sabbato vigilia Assumptionis V. Mariae (14 aug.).* Vladislaus II rex oppidum Radoszycze de iure polonico in ius maydemburgense transfert, in illoque fora annualia duo: f. 2 post Nativitatis V. Mariae et in festo Dorotheae (6 feb.), septimanale vero singulis feriis tertiis celebranda ibidemque depositorium alias szklath lapidum molarium instituit. XX, 149.

1429.

103. *Pyothrkow, f. 2 post Oculi (28 feb.).* Petrus de Widawa iudex et Swyatloslaus de Zavada, subiudex terrae Siradiensis generales, Derslaum de Sczukoczycze sortem suam haereditariam, videlicet tertiam partem haereditatis totius Zavodow, cum Petro de Pyeschkowa Skala, succamerario Cracoviensi et capitaneo Siradiensi, pro eius manso in Janniky et pro 100 marc. permutasse testificantur. XXI, 266.

104. *Gnesna, sabbato ante Viti (11 iun.).* Vladislaus II rex oppidanos et villanos bonorum archiepiscopalium Gnesnensium a foralibus targowe et teloneis inconsuetis, ad preces et querelas Alberti Gnesnensis archiepiscopi et primatis absolvit. Relatio Stanislai, episcopi Posnaniensis. XX, 203, 256.

105. —— „ —— Vladislaus II rex officialibus civitatis et districtus Junivladislaviensis mandat, quatenus incolas Syeynenses in eundo versus Thorun per Labyschyn, Lyssowo, Mislowicze, Royewo et Glynno nullo modo impediant. XX, 255.

106. *Golanbyewo, f. 2 ante Viti (13 iun.).* Alexandra, olim Semoviti, ducissa Masoviae, oppido Rawensi ius culmense, quo civitas Plocensis utitur, donat. XIX, 61.

107. *Pyeschkowa Skala, dominica ante Assumptionis V. Mariae (14 aug.).* Petrus Schaffranyecz de Luczycze, succamerarius Cracoviensis et capitaneus Siradiensis, villam suam Zawadow, in terra Siradiensi et districtu Radomskye sitam, ecclesiae Secominensi, exclusa iuris patronatus collatione, quod sibi et suis successoribus per masculinam lineam ex suo clenodio Starikon descendentibus relinquit, perpetuo donat. XXI, 266.

108. *Nova Civitas Corczyn, f. 6 post Assumptionis V. Mariae (19 aug.).* Vladislaus II rex ad preces Petri Schafranyecz de Pyeschkowa Skala, succamerarii Cracoviensis, donationi villae eius Zawadow districtus Radomskye pro ecclesia s. Stanislai in Secemyn consentit et eam approbat, dando eidem villae ius maidemboriense. Relatio Vladislai de Opporow, decretorum doctoris, praepositi s. Floriani, vicecancellarii regni. XXI, 267.

1430.

109. *Ploczko, f. 3 post Laetare (28 mar.).* Semovitus, Casimirus et Vladislaus, duces Masoviae, testificantur Iacobum dictum Corzyb advocatiam suam in villa Dzyerzasna cum 4 mansis ac tertio denario pro qualibet re et causa iudicata pro villa Nossarzewo districtus Zawkrzensis cum Paulo Troyani de Carwowo permutasse, et certa privilegia dictae advocatiae donant. XV, 217.

110. *Crossno, f. 2 Philippi et Iacobi (1 mai).* Vladislaus II rex partem telonei ab omnibus mercantiis et rebus de Bardnyow per Grebow transeuntibus civibus de Bardnyow donatam, nunc conventui monialium ad S. Trinitatem in Antiqua Sandecz donat et restituit. Relatio Ioannis Tasska de Conyeczpolye. XVII, 322.

111. *Gnesna, f. 3 infra octavas Ioannis Baptistae (27 iun.).* Vladislaus II rex, subveniendo inopiae monialium s. Clarae monasterii intra muros Gnesnenses, ipsis in civitate Gnesnensi pro festis Adalberti (23 apr.) et Bartholomaei (24 aug.) annualium fororum forale alias thargowe, transeundo per viam, quae ducit ad domum acialem ad dextram partem iacentem, deinde usque ad cornu praetorii continuando, demum usque ad canale advocati alias rynna, pro usibus earum donat. XX, 74.

112. *Solecz, f. 4 infra octavas Nativitatis V. Mariae (13 sep.).* Vladislaus II rex Andreae Czyolek, haeredi de Zelyechow, 40 laneos alias wloki in mericis villae regiae Crampa districtus Stąszíczensis, incipiendo ad longitudinem a granitiebus villae Zvczin ad granities villae Ganczicze et ad latitudinem a granitiebus villae Corithnicza, eundo per Gazen et per Tharnow ad granities villarum Polico, Crampa iure haereditario donat. Per manus Ioannis episcopi Vladislaviensis cancellarii et Vladislai de Opporow, decretorum doctoris, vicecancellarii regni. XXII, 25.

1431.

113. *Sandomiria, f. 2 post Invocavit (19 feb.).* Vladislaus II rex significat, quia nobb. Ioannes et Paulus mediae partis et Fridericus Jaczimirskj similiter mediae partis advocatiae in Jassyel advocati, eandem cum omnibus proprietatibus, videlicet: 2 laneis et uno in villa Koualewo, domo antiqua, hortis, prato dicto Otok, balneo, sexto denario de censibus et tertio poenarum, molendinis, eorum emolumentis et omnibus cameris sive bancis quorumcunque mechanicorum nobili Ioanni Czyelyathko, cubiculario regio, pro 1000 marcis vendiderint. XVII, 323.

114. *Cracovia, f. 3 post Ramispalmarum (27 mar.).* Vladislaus II rex ad petitiones Mathiae, ordinis Cisterciensis abbatis monasterii V. Mariae de Suleyow certum privilegium a rege Casimiro Cracoviae, die Corporis Christi (30 mai) anno 1336 confirmatum ratificat. Per manus Ioannis, episcopi Wladislaviensis, regni cancellarii, et Vladislai de Opporow, decretorum doctoris, praepositi Lanciciensis et s. Floriani ante Cracoviam, regni vicecancellarii. XXI, 222.

115. *Cracovia, f. 5 infra Conductum Paschae (12 apr.).* Vladislaus II rex monasterio canonicorum regularium ordinis S. Augustini ecclesiae Corporis Christi in Casimiria duos bancos grossi et duas mensuras minuti salis in zuppis Vyeliciensibus ad singula quatuor tempora singulis annis assignat. XVII, 347.

1432.

116. *Leopolis, die Conceptionis V. Mariae (8 dec.).* Vladislaus II rex, accepta novitate de victoria, per exercitum regni de Tartaribus, Ruthenis et Valachis circa oppidum Braczlaw in terra Podoliae obtenta, 4 currus salis boum annuos de zuppis Drohobicensibus decem canonicis novae fundationis in ecclesia metropolitana Leopoliensi donat. XXI, 352.

1434.

117. *Sandomiria, f. 4 post Invocavit (17 feb.).* Vladislaus II rex iura et consuetudines armenorum Leopoliensum necnon testamenta eorum observanda esse decernit. XX, 78.

118. *Gnesna, in praetorio sabbato ante Iudica (13 mar.).* Sandiuogius de Ostrorog, palatinus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, una cum Ioanne Skierka de Sarbinouo, gladifero Calissiensi, Mathia de Brodzino, Kyelezyo de Redecz et Nicolao de Grzibowo, burgrabio Gnesnensi, causas certas inter providum Petrum de Swynari, advocatum Gnesnensem, et Swianch, proconsulem civitatis Gnesnensis, ratione exactionum de hortulanis advocatiae disiudicat. XX, 263.

1435.

119. *Cracovia, f. 4 post Innocavit (9 mar.).* Vladislaus III rex approbat permutationem advocatiae in Jassyel districtus Byecensis Marcusii de Popey castellani Lencensis (?) pro villis Zlothnyky et Kranicze districtus Tanczinensis nobilis Procopii de Cruzwola. Ad relationem Clementis Vantropka de Strzelcze, castellani Voyniciensis. XVII, 324.

120. *Wyszogy, f. 2 vigilie translationis s. Stanislai (27 sep.).* Vladislaus dux Masoviae, haeres Plocensis et Viznensis, nobili Sandek de Romany pro servitiis advocatiam cum 5 mansis liberis mensurae culmensis in villa regali Slucz terrae Viznensis cum variis iuribus donat. XX, 197.

1436.

121. *Leopolis, f. 4 Priscae (18 ian.).* Michaël, Muzylo dictus, de Buczacz, tenutarius Snyatinensis, tenens a Vladislao, Poloniae rege, in possessione civitates Snyatkyn et Colomya cum districtibus, villis et vastitatibus earundem ad tempora vitae suae pro 200 marcis, se obligat in decursu 8 annorum castrum regale Snyatkyn de novo ex fundamento muro bono murare in longitudinem, latitudinem et altitudinem muri castri Halicz cum 2 turribus: una pro valva et altera rotunda pro captivis, et moeniis pro defensione meliori alias podsyambiczye et fossato alias przecop. XIX, 174; XXI, 71.

1436.

122. *Cracovia, in colloquio, f. 2 in crastino Purificationis (3 feb.).* Bartosius de Gony iudex et Petrus de Czakowicze subiudex terrae Cracoviensis notum faciunt, quia cives de Bardnyow ex una et Anna abbatissa conventus Sandecensis, ex altera parte, testes ratione telonei in Antiqua Sandecz statuere debeant. XVII, 328.

1439.

123. *Cracovia, f. 5 post Epiphaniae (8 ian.).* Vladislaus III rex intuitu servitiorum Ioanni Fyol de Konariow villam regiam Wawrzkowycze, districtus Lethyczoviensis, penes silvam Zahar existentem, in 100 marcis inscribit. Relatio Petri de Szczekoczyn, regni vicecancellarii. XXI. 212.

124. *Sandomiriae, f. 4 post dominicam Oculi (11 mar.).* Vladislaus III rex pro servitiis nob. Andreae de Kyky advocatiam sive scultetiam in villa regia Wrothkow, districtus Lublinensis, iure maydeburgensi perpetuo donat cum additione ad dictam advocatiam 3 lanceorum agri liberorum in Chlopye, unius tabernae similiter liberae in Wrothkow, unius prati, ad dictos lanceos pertinentis, et obstaculi in superiori parte piscinae in Chlopye, tertii denarii de qualibet re iudicata et sexti denarii de censu emolumentorum. Per manus Ioannis de Conyeczpolye cancellarii et Petri de Szczekoczyny vicecancellarii. XXI, 130.

1440.

125. *Cracovia, f. 4 post Invocavit (17 feb.).* Vladislaus III rex ad petitionem nob. Maternae Budischya, haeredis de Cranszko, civitatem seu oppidum de villa eius Cranszko, in terra Maioris Poloniae et districtu Costheczensi sita, iure maydburgensi nominoque eodem Cranszko appellandum, erigere admittit, datque eidem oppido forum septimanale singulis feriis quintis ac forum annuale ad festum Laurentii (10 aug.) et 2 dies immediate sequentes. Per manus Ioannis de Conyeczpolye cancellarii et Petri Voda de Szczekoczyn, vicecancellarii regni. XIX, 135.

126. *Cracovia, f. 2 post Oculi (29 feb.).* Vladislaus III, Hungariae et Poloniae rex, mandat, ut armeni Leopolienses, qui iure theutonico utuntur, exactiones et proventus regios solvant. XX, 78.

127. *Cracovia, f. 4 post Oculi (2 mar.).* Vladislaus III, Hungariae et Poloniae rex, litteras Vladislai II regis super privilegia armenorum Leopoliensium anno 1434 datas confirmat. XX, 76.

128. *Kyszmark, f. 2 Marci (25 apr.).* Vladislaus III rex oppidanos Lubovlicenses de terra Scepusiensi ab omnibus equitaturis et ducturis alias podwodi dictis, tam curruum, quam equestribus, etiam expensis, ad quas de iure non tenentur, baronibus aut nuntiis regiis dari solitis liberat. Relatio Petri de Szczekocziny, regni vicecancellarii. XXI, 281.

1440.

129. *Cracovia, f. 2 post conductum Paschae (4 apr.).* Vladislaus III rex significat Georgium Sworcz hortum suum suburbanum ante Cracoviam, retro ecclesiam s. Nicolai situm, penes hortum olim Glezer pluribus annis possedisse cum usu aquae de fluvio regio Prątnyk ad piscinas eius, in eodem horto exsistentes, per canalia derivatae, et eandem possessionem perpetuo confirmat. Relatio Petri de Sczekoczin, vicecancellarii regni. XXI, 106.

130. *Buda, f. 4 post Iacobi apostoli (27 iul.).* Vladislaus III rex pro fidelibus obsequiis Groth de Jankowycze et pro 800 marc., pro rege certis creditoribus exsolutis, villam regiam Modrzycza cum merica dicta Swadne perpetuo donat et ad bona eius Mosczenycza et Bobrownykj, in terra Radomiensi et districtu Stanziczensi sita, adiungit. Relatio Silvestri, praepositi Scarbiriensis. XIX, 152.

1441.

131. *Cracovia, f. 3 Marci (25 apr.).* Vladislaus III rex Barthosio de Sokolow, haeredi in Ponyecz, pro servitiis teloneum in Ponyecz instituit, prohibendo mercatoribus proficisci versus Slesiam per villas Bodzevo vel per Choczieschevicze. Relatio Nicolai Lassoczky, decani Cracoviensis. XX, 252.

132. *Buda, sabbato post Stanislai in maio (13 mai).* Vladislaus III, Hungariae et Poloniae rex, incolis civitatis Vratislaviensis cum mercibus quibuscunque et bobus per regnum Poloniae civitatesque Cracoviensem, Posnaniensem, Sandomiriensem, Lublinensem et quascunque alias adusque in Magnum Ducatum Lithuaniae et regnum Hungariae euntibus et fluitantibus plenam perpetuis temporibus concedit libertatem. Relatio Petri de Sczekoczyn vicecancellarii. XX, 33.

133. *Buda, sabbato vigilia Trinitatis (10 iun.).* Vladislaus III rex, pro meritis Nicolao Mylossny, digeristae curiae suae, laneum agrorum liberum et ab omni onere absolutum, in haereditate Czasslawicze districtus Cracoviensis ad se iudicio deffiniente legitime pertinentem, alias tamen per Gregorium, Mathiam, Guzyk et alios oppidanos in Vsczye absque ullo iure possessum, donat. Per manus Ioannis de Conyeczpolye cancellarii et Petri de Sczekoczyn, vicecancellarii regni. XIX, 73.

134. *Buda, f. 4 post octavas Visitationis V. M. (12 iul.).* Vladislaus III rex nob. Nicolao Milowski, digeristae suo, 100 marcas in parte villae Rzampya districtus Cracoviensis inscribit. Relatio Silvestri praepositi Skarbimiriensis. XVII, 312.

135. *Othwan, f. 4 ante Assumptionis V. Mariae (9 aug.).* Vladislaus III rex propter querelam oppidanorum oppidi regii Brzessnycza ratione libertatum, a Casimiro III et Vladislao II regibus praefatis civibus super remissione telonei per totum regnum perpetuo concessarum, capitaneis, tenutariis et civibus, teloneorum et foralium exactoribus mandat, ut telonea et foralia a dictis civibus Brzesnyczensibus non exigant. Relatio Ioannis de Conyeczpole, regni cancellarii. XXI, 115.

1442.

136. *Buda, ipso die Assumptionis V. Mariae (15 aug.).* Vladislaus rex, perpendens magisterium architectoriae Nicolai et Alberti fratrum germanorum, molendinatorum Radomiensium, dictorum Babnowye, ipsis molendinum, quod iacet declivius in fluvio Mleczna, prout molendinum dictum Babnow est situatum, donat; de praefato molendino dicti molendinatores regi duas mensuras dare, pro ipsis vero tertiam omnium emolimentorum reservare habent, etiam regi de folusch bonorum pannorum civilis laboris duos denarios dabunt, sibi vero tertium denarium reservabunt; de simplici autem folusch pannorum villanorum alias szamodrzalj regi medium et sibi medium; insuper rex ipsis dat borream, quae est inter ipsorum bona et fluvium, incipiendo ab emissione vulgariter od vpustu aggeris antiqui molendini ad antiquum fluvium, usque ad limitationem granitierum villae Janiszow, ab una, et ex alia parte a via antiqui molendini, quae ducit versus Janyszow usque ad silvam dictam Copaczow et item usque ad praefatas granities Janischovienses. Relatio Ioannis de Konyeczpole, cancellarii regni. XXI, 55.

137. *In campo circa oppidum Otvyany, f. 2 post Bartholomei (27 aug.).* Vladislaus III rex Dobeslao alias Kmythae de Vissnycze, familiari suo, pro meritis 100 marcas in villa Drozdowcze inscribit. Relatio Ioannis Curopathua de Laczuchow, succamerarii Lublinensis. XVII, 290.

1443.

138. *Buda, f. 6 ante Oculi (22 mar.).* Vladislaus III rex episcopis seu wladicis, praelatis totique clero ritus graeci ruthenorum easdem libertates concedit, quibus ecclesia romana gaudet. Relatio Petri de Sczekoczin, regni vicecancellarii. XX, 227.

1444.

139. *Camenecz, f. 5 Annunciacionis Domini* (27 mar.). Theodricus de Buczacz, castellanus Camenecensis et capitaneus Podoliae generalis, Ioanni Fedek de Czarnkow, qui villam [illegible] pro castro Camenecensi condescendit, in vastitate [illegible], inter medias hereditates [illegible] et [illegible] iacente, villam de novo radice erigendi facultatem concedit cum libertate a pedibus 7 annorum et 50 marc. iisdem ei inscribit. XX, 62.

140. *Buda, f. 6 Alexii* (17 iul.). Vladislaus III rex, [illegible] ab [illegible] Leopol. [illegible] aliaque iura et consuetudines eorum conservanda confirmat. XX, 72.

141. *[illegible], sabbato vigiliae Bartholomaei* (23 aug.). Vladislaus III rex omnibus ecclesiis in terra Chelmensi [illegible] episcopis [illegible], praelatis, clero ritus graeci et ruthenorum iura et libertates, modos et consuetudines, quibus ecclesiae aliae regni Poloniae utuntur, concedit. Relatio Petri de Szczekocziny, regni vicecancellarii. XX, 29.

142. *Camenecz, die Aegidii* (1 sep.). Theodricus de Buczacz, castellanus Camenecensis et capitaneus Russiae generalis, vigore mandati regii, nob. Ioanni de Czarnkow, 40 marc. in villa [illegible], in terra Podoliae et districtu [illegible] ad [illegible] sex inscribit. XX, 64.

1446.

143. *[illegible], f. 5 post [illegible]* ([illegible]). Theodricus de Buczacz alias de [illegible], castellanus Camenecensis et capitaneus Podoliae generalis, [illegible] alias [illegible] de [illegible] 30 marc. in villa [illegible] [illegible] districtus [illegible] inscribit. XX, 70.

144. *In campo et [illegible] Lelow [illegible], f. 5 [illegible]* ([illegible]). [illegible] de [illegible], [illegible] terrae [illegible] et districtus [illegible], ex commissione regis Casimiri granities inter [illegible] regalia [illegible] ex una, et villam [illegible] [illegible], Viti et Ioannis heredidatorum, ex altera, [illegible] [illegible] terras perfluens limites et describit: [illegible] [illegible] per Petrum de Szczekoczyn, regni vicecancellarium et capitaneum [illegible], [illegible] super praedictam hereditatem de [illegible]. XX, 144.

145. *[illegible], f. 3 post Assumptionem V. Mariae* ([illegible] aug.). [illegible] filius [illegible] militis, heredis de [illegible], [illegible] cum fratre suo germano [illegible] [illegible], Andreae et Petro, filiis [illegible], [illegible] de [illegible], [illegible] ad locandam villam, [illegible] [illegible] in silvis desertis per agros et metas, videlicet a vertice fluvii [illegible] inferius decurrentis usque ad fumen dictum [illegible] [illegible], et ab eodem fluvio sive torrente inferius decurrente usque ad flumen dictum [illegible], et inde progrediendo usque ad flumen dictum [illegible], deinde descendendo ab eodem fluvio inferius ad flumen sive torrentem dictum [illegible], et a vertice [illegible] usque ad verticem [illegible], et a vertice [illegible] usque ad verticem [illegible], et a vertice [illegible] usque ad medium montis [illegible], et a medio dicti montis usque ad torrentem dictum [illegible], et a vertice [illegible] usque ad torrentem [illegible], et ab eodem torrente superius ascendendo usque ad torrentem [illegible], et ab eodem progrediendo superius ad flumen dictum [illegible], et ab eodem fluvio usque ad principalem fluvium [illegible], de quibus mansum pro ecclesia unum [illegible] in [illegible] [illegible] agri, scultetis vero 3 mansos, [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] molendinum cum 1 rota vel 1 molendinum [illegible] cum una rota, 1 [illegible], 2 [illegible] [illegible] admittit, liberando eos ad 20 annos a contributionibus et angariis, servitiis et laboribus; [illegible] praedicti fratres pro [illegible] ad generalem expeditionem 1 [illegible], [illegible] vero et [illegible] de quolibet manso ad festum Martini 12 [illegible], [illegible] per [illegible]. XXI, 117.

1447.

146. *Lublin, f. 2 post Ioannis Baptistae* (26 iun.). Ioannes de [illegible], [illegible] et capitaneus Lublinensis, [illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] Lublinensi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] illius pro 70 marcis et 6 grossis nob. Ioanni de [illegible], civi Lublinensi, [illegible]. XX, 131.

147. *Lancicia, f. 6 infra octavas Assumptionis V. M.* (18 aug.). Casimirus IV rex ad petitionem Ioannis praepositi conventus [illegible] monasterii in [illegible] litteras Vladislai I regis in [illegible] [illegible] Ioannis ante [illegible] (6 mai anno 1325 datas), [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in se continentes confirmando, [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] reginae Poloniae, per manus Ioannis de [illegible] cancellarii et Petri de Szczekocziny vicecancellarii. XVII, 314.

1447.

148. *Pyothrkow, f. 2 post Bartholomaei (28 aug.).* Casimirus IV rex cives oppidi Wyeliczka certa in parte a datia podvodarum liberat. PS. XXII, 9.

1448.

149. *Camyenyecz, f. 4 vigilia Assumptionis V. Mariae (14 aug.).* Casimirus IV rex propter querelam civium de Opathow, quomodo, ipsis officiales regni transitus ad partes Russiae per vias antiquas, videlicet per Zawichosth, et Crasznyk usque in Thurobyn via ipsorum solita, ac etiam versus Rzeschow super oppida Coprzywnycza et Zochow inhibent, et ad testimonium Ioannis de Czyzow, castellani et capitanei Cracoviensis, quod semper viis dictis praefati cives iverant, mandat dignitariis et officialibus suis, ut praedictos cives in eisdem transitibus non prohibeant. PS. XXI, 241.

1449.

150. *Urzadow, sabbatho Annae (26 iul.).* Nicolaus de Prądnyky iudex et Andreas de Dolescze subiudex terrestres Lublinenses significant, quia hon. Ioannes archidiaconus Zawichostensis, haeres de Popow, actionem pro granitiebus contra Catharinam de Chroszlyna alias de Boyska acquisiverit. XX, 144.

151. *Piotrkow, f. 2 in octava Conceptionis V. Mariae (15 dec.).* Casimirus IV rex oppidanos Lowicienses a solutione teloneorum et foralium liberos esse declarat. XXI, 372.

1450.

152. *Siradia, f. 4 ipso die Annuntiationis V. Mariae (25 mar.).* Casimirus IV rex differentias inter textores et pannicidas civitatis Vielunensis, occasione ducturae pannorum viliorum, quam Vielunenses, quae pannicidae in detrimentum textorum in civitatem Vielunensem ad vendendum ulnatim continue inducebant, exortas disiudicat. JK. XVII, 293.

153. *Cracovia, in curia Ioannis de Czizow, castellani et capitanei Cracoviensis, dominica post Michaëlis (4 oct.).* Bartosius de Gony iudex et Petrus de Craconicze subiudex Cracovienses Catharinam abbatissam de Antiqua Sandecz iuxta continentiam litterarum ab ipsa sibi productarum circa teloneum Sandecense conservant. XVII, 328.

1451.

154. *Pyotrcow, in conventione generali, f. 5 infra octavas Pentecostes (17 iun.).* Casimirus IV rex propter differentiam inter terras regni et subditos earum de cardinalatu Sbignei, episcopi Cracoviensis, ortam, decernit, quod nullus alius, neque praefatus Sbigneus cardinalis reges et reginas regni Poloniae coronabit praeter archiepiscopum Gnesnensem, et statuit, ut eundem Sbigneum omnes regnicolae cardinalem nominent; nullus archiepiscopus sive episcopus petere debet dignitatem cardinalatus sine consensu regio, decrevitque, ut alter eorum una die et alius altera die ad consilium veniat. JK. PS. XXI, 97.

1453.

155. *Cracovia, f. 4 Iacobi apostoli (25 iul.).* Domini consules Cracovienses in praesentia Regiae Mtis et consiliariorum in castro Cracoviensi iuramentum praestiterunt super stratas et vias, ut infra sequitur: Item omnes qui de Russia pellunt boves versus istas partes ad vendendum tales boves vendendi pelli debent super Sandomiriam, boves autem, quos carnifices Cracovienses emunt et pellunt mactatum pro macellis eorum, pelli debent super Robczicze et via directiori, super quod carnifices Cracovienses habent litteras regias speciales. Item omnes de Lublin et de Russia, qui volunt transire in Slesiam et in Magnam Poloniam et tangunt terram Cracoviensem, ire debent non alias nisi per Cracoviam, et qui tangunt terram Sandomiriensem, debent ire per Sandomiriam in eundo et redeundo, et simillime debent mercatores de Magna Polonia transire, eundo et redeundo versus Lublin et Russiam. Item currus onerati mercatorum Cracoviensium, quando ire volunt versus Leopolim, debent ire super Sandomiriam; mercatores vero cum curribus eorum levibus alias rynvani et equites ire debent via directori super Ropschicze; similiter et omnes alii currus ire debent, in quibus res comestibiles ducuntur; eadem via etiam ire debent mercatores Leopolienses; quando vero mercatores Cracovienses transeunt illuc ad nundinas, scilicet Premisliam, Rzeschow, Jaroslaw et alibi, tunc ipsi et cum curribus ipsorum oneratis transire debent super Robschicze et via directiori. Item omnes mercatores Cracovienses versus Hungariam euntes debent ire per Sandecz. Item omnes Sandecenses euntes in Prussiam transire debent per Cracoviam; similiter quando ire volunt versus Bohemiam, Slesiam et Mora-

viam. Item omnes venientes de Bochnya versus Prussiam ituri per Cracoviam ire debent. Item ab antiquo mercatores Cracovienses versus Vratislaviam euntes super Opole, Jacki, Ilkusch transire consueverant; sed postquam eadem via insecura facta est, dedit Mtas Regia, genitor videlicet divae memoriae domini nostri regis, aliam viam super Krzepicze et Vyelun etc., et postquam et haec facta est insecura, transiverunt mercatores ubi securiores esse poterant. Item versus Magnam Poloniam et Prussiam transiverunt magna et communi strata prout satis notum est. Similem scedulam Mtas Regia habet in thesauro suo. n. XVII, 243.

1455.

156. *Lublin, f. 5 Philippi et Iacobi (1 mai).* Ioannes de Szekoczin, dapifer Sandomiriensis et capitaneus Lublinensis, significat, quia prov. Margaretha consors olim Nicolai Nerek una cum pueris suis medietatem molendini sui sub castro Lublinensi nob. Ioanni Thrzassythobola de Berdechow, consuli Lublinensi, pro 90 marcis pro mediaque octava communis pecuniae vendiderit et perpetue reformaverit alias wzdala. XX, 130.

157. *Oppoczno, f. 5 Ascensionis Domini (15 mai).* Casimirus IV rex ad petitiones Thomae Mszczy de Brzezniky, familiaris sui, in oppido Gyelnyow districtus Oppocznensis fora annualia ter in anno: pro festo Inventionis (3 mai) et Exaltationis Crucis (14 sep.) et pro festo Corporis Christi, fora vero septimanalia feria 2 singulis septimanis instituit. Relatio Thomae de Strampino, magistri in theologia, decretorum doctoris et regni vicecancellarii. XIX, 195.

158. *Pyotrkow in cvnventione generali, f. 3 infra octavas Ascensionis Domini (20 mai).* Casimirus IV rex litteris universalibus manifestum facit, cives et mercatores Warschovienses versus Wratislaviam euntes circa veterem consuetudinem et circa litteras in conventione Lanciciensi post festa paschalia (21 apr.) anno praeterito ipsis datas a solutione teloneorum liberos esse. Relatio Thomae Strzampynsky, decretorum doctoris et regni vicecancellarii. XVII, 289.

1456.

159. *Czirmno, f. 3 Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* Anna, Masoviae ducissa, 2 mansos agrorum in villa sua Czirmno, per Vladislaum coniugem eius, ab ecclesia in Troschin alienatos, et pratum Przewoszna lanka penes granities Dobrzikowskye adiacens, ecclesiae praedictae et eius rectoribus restituit et perpetuo donat. XXI, 186.

160. *Chelm, f. 2 Purificationis V. Mariae (2 feb.).* Ioannes Kuropathwa de Laczuchow, succamerarius Lublinensis et capitaneus generalis, et Vanko de Wasilow, castellanus, dignitarii Chelmenses, a rege Casimiro deputati, post recognitionem testium: Vaskonis Scorutha de Mlodaczycze, dapiferi Chelmensis. Masconis de Verescino, subiudicis terrestris, Fedori de Andrzeyow, Iwaskonis de ibidem, fratrum germanorum, et Miskonis Stawski pensionem alias dany medonis apud Andruskonem de Hurowsko (Vrosko) in Lukow 12 urnas, apud Petrum Szmyothanka, gladiferum Chelmensem, in Hoscza 7 urnas, apud Szmokones in Syedlyscze Michačlem, Janusium et Paulum germanos de ibidem 6 urnas Georgio, wladicae Chelmensi, et ecclesiae ipsius s. Mariae ruthenicali adiudicant. XXI, 226.

161. *In conventione generali Pyothrkoviensi, f. 2 vigilia Matthaei (20 sep.).* Casimirus VI rex oppidanis de Radoszycze litteras antecessorum suorum: unas super libertate 10 centenariorum salis de zuppis per 6 grossos singulis septimanis recipi concessorum, alias vero super libertate teloneorum quorumcunque in regno approbat. XX, 150.

162. *Piotrkow, f. 3 diei Matthaei (21 sep.)* Casimirus IV rex ad petitionem civium et communitatis civitatis Brzesznycensis privilegia et libertates super non solutione teloneorum, pontalium et foralium per totum regnum, eis a regibus Casimiro III, Vladislao II et III perpetuo concessas, confirmat. JG. XXI, 115.

163. *Cracovia, f. 4 post Francisci (6 oct.).* Casimirus IV rex, ad petitionem Mathiae abbatis Thiniciensis, privilegium Boleslai V, Poloniae ducis, de locanda iure theutonico civitate Oppathovyecz, anno 1271 datum, confirmat. JB. XV, 219.

164. *Lublin, f. 6 ante OO. SS. (29 oct.).* Casimirus IV rex Sigismundo Kyerdey de Orinino, curiensi suo, 100 marc. in villa Czarnochoucze, terrae Podoliae et districtus Skalensis, inscribit. JB. XXI, 306.

165. *Brzeszcze Ruthenica, f. 4 post OO. SS. (4 nov.).* Casimirus IV rex confirmat decretum Ioannis de Czyzow, castellani et capitanei Cracoviensis, in causa inter Ioannem Zaramba de Calinowa, capitaneum Vyelunensem, et mercatores ducatus Masoviae signanter de civitate Warschoviensi, cuius vigore mercatores praefati euntes Vratislaviam in casu quo infra unum mensem redierunt, solvere 6 gross. a quolibet curru non sunt astricti. JB. XVII, 288.

166. . . . . Casimirus IV rex Venceslaum ducem Osszwyaczimiensem et Zathoriensem in tuitionem et protectionem suam suscipit ac privilegia per reges Bohemiae ei et antecessoribus donata confirmat. XX, 149.

1457.

167. *In conventione Colensi, sabbato post Francisci* (*8 oct.*). Casimirus IV rex medietatem villae Wthorek, a Troyano de Lubczyno cum Nicolao Grusczynsczy, subdapifero Posnaniensi et tenutario Odolanoviensi, pro medietate villae ipsius Lubczino districtus Ostrzeschoviensis et 12 mansis seu laneis in villa Wyszoczko districtus Calissiensis commutatam eidem nobili Troyano in perpetuum resignat. XX, 180.

1458.

168. *In conventione generali Pyotrkoviensi, f. 5 ante Philippi et Iacobi* (*27 apr.*). Casimirus IV rex ad petitiones Nicolai abbatis fratrumque eius conventus monasterii Suleyoviensis, in oppido eius Scrzyn districtus Radomiensis fora annualia: pro dominica Conductus Paschae, pro Procopii (4 iul.) et pro 11000 Virginum (21 oct.) festivitatibus perpetuo instituit. JG. JB. XXI, 224.

169. *Cracovia, f. 2 post Conceptionis V. Mariae* (*11 dec.*). Casimirus IV rex post reproductas litteras regis Vladislai per Nicolaum Creydlar de Cracovia, quomodo hortum post mortem Georgii Sworcz de Cracovia in suburbio ante Cracoviam retro ecclesiam s. Nicolai situm penes olim Lezer haberet in sua possessione cum usu aquae de fluvio regio Prathnyk ad piscinas suas, in eodem horto exsistentes, per canalia derivatae, eidem Nicolao Credler dictam possessionem concedit. JB. XXI, 106.

1460.

170. *Leopolis, f. 2 post Iudica* (*1 apr.*). Casimirus IV rex oppidum Drohobicz de iure polonico, ruthenico et quovis alio in ius maydemburgense transfert. JB. XXII, 39.

171. —— *sabbatho ante dominicam Ramispalmarum* (*5 apr.*). Casimirus IV rex in differentia inter mercatores locorum quorumvis post et retro Leopolim sitorum et consules Leopolienses iuxta privilegium olim Hedvigis reginae a Vladislao II rege ratificatum decernit, quod Halicienses, Colomyenses, Strienses et alii cives et mercatores cum mercibus ad loca anteriora videlicet Premisliam, Jaroslaw, Rzeszow, Belz per Leopolim euntes, omnes suas mercantias in depositorio Leopoliensi deponant et vendent sub poena arrestationis et confiscationis illarum. JB. XX, 221.

172. *In castro Lelow, f. 4 post Visitationis V. Mariae* (*3 iul.*). Predborius de Conyeczpolye, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Premisliensis, significat, quia Bernardus presbyter, Margaretha, contoralis Iacobi Przitula, et Dorothea coniux Ioannis Gradusch, cives Leloviense, frater cum duabus sororibus uterinis, haeredes molendini Leloviensis, per amicos suos Nicolaum de Thurzyn haeredem et Junoscha de Lunyowa certam compositionem cum prov. Petro molendinatore Leloviensi, genero ipsorum, fecerint. XVII, 274.

173. —— „ —— Predborius de Conyeczpolye, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Premisliensis, tenutarius in Lelow, pro melioratione sarrae, quae fuit aedificata in fluvio dicto Byala penes magnum molendinum, et utilitate tenutae Leloviensis certum condictamen cum Petro Wronka, molendinatore Leloviensi facit. XVII, 275.

1461.

174. *Sandomiria, f. 3 Pentecosten* (*26 mai*). Casimirus IV rex litteras praedecessorum suorum ternas annis 1387 et 1440 datas armenis Leopoliensibus super iura et privilegia eorum confirmat. JG. XX, 77.

175. —— *f. 4 infra octavas Pentecostes* (*27 mai*). Casimirus IV rex litteras Vladislai III, Hungariae et Poloniae regis, super iura et consuetudines armenorum Leopoliensium observanda, Budae, f. 6 Alexii (17 iul.) anno 1444 datas, confirmat. XX, 75.

1462.

176. *Koszczen, f. 5 post Urbani* (*27 mai*). Casimirus IV rex Juchnoni Nagwasdan de Stankow certam aream seu locum in Hnyezdiczowcze districtus Zidaczoviensis iure haereditario donat. JG. JB. XXII, 37.

177. *In conventu Pyotrcoviensi, f. 3 Clementis* (*23 nov.*). Casimirus IV rex ad petitionem Cristini advocati armenorum in civitate Leopoliensi omnia iura et privilegia eis a praedecessoribus suis donata confirmat, eosque ab iurisdictione quorumvis officialium regni eximit. JG. XX, 76.

178. —— „ —— Casimirus IV rex litteras Vladislai II regis super libertate armenis Leopoliensibus uti et aliis mercatoribus mercantias libere in Regno exercere, in Lamburga f. 3 ante Francisci (3 oct.) anno 1402 datas, confirmat. JG. XX, 76.

1462.

179. *In Pyotrcoviensi conventione generali, f. 5 Catharinae (25 nov.).* Casimirus IV rex ad petitionem Ioannis Korithko de Rychczicze litteras olim Wladislai regis in Nova Civitate Korczin, f. 3 infra octavas Assumptionis (20 aug.) anno 1409 datas donationem bonorum Poczayowicze et binorum Gaye in districtu Drohobicensi nob. Stanislao de Korytho in se continentes, innovat. XVII, 268.

1464.

180. *Brzesczie, die Petri ad vincula (1 aug.).* Casimirus IV rex officialibus et exactoribus regni mandat, ut oppidanos de Pyatek circa libertatem a teloneis et foralibus conservent. JG. XX, 203.

181. *In conventu Piotrcoviensi, f. 4 ante Catharinae (21 nov.).* Casimirus IV rex Alberto de Satkowicze, succamerario Ravensi, oppidum Budzyschewycze cum villis Regny, Redzen Medzwne, Zalessye, Rawicza et sorte in Wangrzynowicze de manibus Vincentii de Gyzicze, marsalci Masoviae, eximere indulget. JK. XXII, 47.

1465.

182. *Lelow, f. 5 post Iubilate (9 mai).* Ioannes haeres de Kozeglony, capitaneus Leloviensis, significat, quia circumspectus Mathias dictus Brog Petri filius de Schigathka villa molendinum suum infra castrum Leloviense situm Jasskowski nuncupatum cum tertia metreta et cum horto pro 30 marcis pol. prov. Petro Wronka molendinatori iure perpetuo vendiderit. XVII, 275.

1466.

183. *In conventione Pyotrkoviensi, f. 5 post festum Annuntiationis V. Mariae (27 mar.).* Casimirus IV rex ad petitionem Heliae de Nowoszyedlecz cubicularii 100 marcas a Vladislao III rege nobili olim Chodkoni Lyszka patri Heliae pro meritis in villis regalibus Chodcza in Chelmensi et medietate villae Cranno in Lubomliensi districtibus sitis inscriptas, nunc summam eandem dividendo, 50 marcas in villa Chodcza assignat. AZ. XVII, 258.

184. —— *dominica Domine ne longe (30 mar.).* Casimirus IV rex ad petita Ioannis Gnesnensis archiepiscopi, litteras Vladislai II regis tres: unam Lanciciae, f. 5 Laurentii (10 aug.), anno 1424 et duas Gnesnae, sabbatho ante Viti (11 iun.) anno 1429 datas, libertatem civium Syenensium mensae archiepiscopalis Gnesnensis a foralibus in se continentes, approbat et innovat. XX, 255.

185. *Brzescze, dominica post Visitationis V. Mariae (6 iul.).* Casimirus IV rex Paulo Smok Woysky de Szyedlischcze cubicularío pro meritis 50 marcas pol. pro se apud Petrum Smyotanka de Trambaczow, subiudicem Chelmensem, interventas, in villa regali Chodcze districtus Chelmensis inscribit. AZ. XVII, 258.

186. *Thorun, dominica ante Simonis et Iudae (26 oct.).* Casimirus IV rex Petro Kmytha de Vissnycze pro obsequiis circa oppugnationem Choynicze super villa regali Drozdowicze districtus Premisliensis 60 marcas inscribit. AZ. XVII, 291.

1467.

187. *In conventione generali in Pyothrkow, pro dominica Rogationum instituta et celebrata, sabbato in vigilia Pentecostes (16 mai).* Casimirus IV rex ad petitiones Pauli abbatis, totiusque conventus fratrum monasterii in Oliua ordinis cisterciensis, Vladislaviensis dioecesis, in terra Pomeraniae siti, pro se et pro parte sanctimonialium in Zarnowyecz ordinis eiusdem cisterciensis oblatas, omnia iura et privilegia, ipsis et eorum monasteriis per principes Poloniae et Pomeraniae sive etiam ordinem Cruciferorum in Prussia super omnia dictorum monasteriorum bona concessa, confirmat. JG. AZ. XXI, 269.

188. *In castro Jaroslaviensi, f. 2 Viti (15 iun.).* Spithko haeres de Jaroslaw, succamerarius terrae Premisliensis, significat, quia Ioannes Lisszakowskj camerarius de mandato suo granities inter villas Lisszancze ducis Russiae Alexandri et Pukynycze nob. Fethkonis Czolhanskj limitaverit, ordinaverit et scopulos erexerit tali modo, quod primum et principalem scopulum alias pyrzwssa narosnycza erexit in insula alias na wyspye fluvii Stry, circa quem palum quercinum alias pal dambowy in terra infixisset et hunc scopulum secunda et tertia vicibus proclamavisset et obduxisset alias obvolal, obwyodl, finalem vero scopulum alias ostateczna narosnycza in rippa fluvii Howna erexisset. XX, 174.

1469.

189. *Cracovia, f. 3 ante Priscae (17 ian.).* Casimirus IV rex Raphaëli Riterski, curiensi suo, 50 marc. in castro Rither inscribit. AZ. XX, 80.

190. *Calisch, f. 4 ante Adalberti (19 apr.).* Petrus Swydwa de Schamothuli, castellanus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, Ioannem, haeredem de Zdwny, Catharinae, uxori suae, 400 marc. mediorum latorum grossorum, 200 marc. ratione dotis et 200 ratione dotalitii, super tota villla Pyssycze et medietate sortis suae in oppido Zdvny districtus Calissiensis, in tota curia, in toto allodio in Zdvny reformasse notificat. XXI, 166.

191. *Cracovia, f. 4 infra octavas Pentecostes (24 mai).* Casimirus IV rex 800 fl. hung. Ioanni Zak de Lhotha in oppido Laszyn terrae Pomeraniae, per eum de manibus Gothardi de Radlyn, capitanei Rogoznensis exempto, inscriptos in villas Schmivold cum lacu, Bluninowo, Jankovicze et Vidrna transfert, novosque 500 fl. hung. eidem Zak in dictis bonis inscribit. XXI, 345.

192. *Chmyelyek, f. 3 post octavas Corporis Christi (13 iun.).* Nicolaus Mnych, tenutarius Lubaczoviensis, ex commissione regia una cum Spithkone de Jaroslaw, succamerario Premisliensi, ac Slawyecz de Swydnycza, Ioanne Vyrbsky, Petro Vyessky, Iacobo Morawa, advocato de Lanzaysko, Budek advocato de Jaroslaw, Ioanne de Zaluze, Gyevek de Russowa, Nicolao de Myekyss, Petro Orzechowsky, in causa inter Ioannem de Chmyelek haeredem et emetones de Psse ratione certarum iniuriarum orta, silvas Dalechomyn, Trkoyn (Trchon), Kykow, silvam circa Nyevyesczicza una cum pratis, Glynsko, Opcze, Syedlyssko, circa quae omnia sua esse praefati emetones censuerunt, sed iuramentum ad id praestare noluerunt, praedicto Ioanni de Chmyelek adiudicavit. XVII, 362; XXI, 259.

193. *In conventione generali Radomiensi, f. 4 post Visitationis V. Mariae (5 iul.).* Casimirus IV rex monasterio Suleyoviensi, in districtu Opocznensi situato, in oppido eius Scrzyn districtus Radomiensis fraternitates mechanicas omnium artificiorum erigere admittit. AZ. XXI, 224.

194. —— *f. 4 vigilia Margarethae (12 iul.).* Casimirus IV rex pro servitiis olim Ioannis de Olesznycza, palatini Sandomiriensis, filiorumque eius in civitate Annae, relictae praefati palatini, Camyonka nuncupata, districtus Lublinensis, forum annuale pro die natalis Petri et Pauli apostolorum penultima iunii, quod durare debebit per tres dies et aliud pro festo Catharinae (25 nov.), septimanale vero singulis diebus sabbati instituit. AZ. XXI, 232.

195. *Lublin, f. 2 vigilia Iacobi (24 iul.).* Casimirus IV rex Nicolao Milossny, cubiculario suo, 40 marcas super villa Wrzampya districtus Proschouiensis assignat. AZ. XVII, 312.

1470.

196. *In conventione Novae Civitatis Corczyn, f. 4 post Hedvigis (17 oct.).* Casimirus IV rex libertates et praerogativas oppidi Sanok combusta innovat et confirmat. AZ. XX, 101.

197. *In conventione Pyotrcoviensi, sabbatho vigilia Catharinae (24 nov.).* Casimirus IV rex Petro Smyotanka de Trambaczow, subiudici Chelmensi, pro meritis 20 marcas pol. in villa Chodcza inscribit. AZ. XVII, 259.

1471.

198. *Cracovia, f. 3 infra octavas Corporis Christi (18 iun.).* Casimirus IV rex Nicolao Mylossny, cubiculario suo, 40 marcas in medietate bonorum regalium Rzampya districtus Proschoviensis inscribit. XVII, 313.

1472.

199. *Sochaczow, f. 2 ante Ioannis Baptistae (22 iun.).* Anna, Masoviae ducissa, Nicolaum Zyemak olim de Wronyno, nunc vero de Czirwuka aream cum horto, ex opposito castri Sochaczoviensis sub civitate eadem iacentem, quam habuit a ducissa per commutationem pro alia area in fine pontis castri eiusdem, Slawyecz de Nyemyglowy, succamerario et capitaneo Sochaczoviensi, pro 20 marc. in $^1/_2$ gr. et duobus bobus vendidisse testificatur. XXI, 278.

1472.

200. *Sochaczow, f. 2 ante Ioannis Baptistae (22 iun.).* Anna, Masoviae ducissa, significat, quia Slawyecz de Nyemyglowy alias de Orzysow, succamerarius et capitaneus Sochaczoviensis, aream cum horto sub castro Sochaczoviensi, a Zyemak olim de Wronino, nunc vero de Czirwonka emptam, ob remedium animae suae et remissionem peccaminum suorum conventui et domui fratum ordinis praedicatorum s. Dominici et coenobii s. Nicolai episcopi et confessoris in Sochaczow, perpetuo donat, et Martinus prior modernus cum fratribus suis se submiserunt, quod ipso Slawyecz vivente quolibet sabbato missam de Beata Virgine et post mortem eius qualibet septimana unam missam defunctorum celebrabunt perpetuis temporibus. XXI, 279.

201. *Vyszna, f. 2 ante Catharinae (23 nov.).* Casimirus, Masoviae dux, ecclesiae Plocensis electus confirmatus, Mathiae de Kyszyelnycza, capitaneo Vysznensi, 70 sexagenas gross. debiti, pro festo Nativitatis Domini proxime venturo solvendas, in medietate villae ducalis Janczewo, in terra Vysnensi sitae, inscribit. XXI, 185.

1473.

202. *Opathowyecz, f. 4 in crastino Andreae (1 dec.).* Casimirus IV rex Raphaëli de Pissari, burgrabio Cracoviensi et curiensi suo, 50 marc. in castro Riter districtus Sandeczensis inscribit. SL. XX, 80.

1474.

203. *Busko, f. 5 ante Catharinae (24 nov.).* Vladislaus Masoviae et Russiae dux Martino Grabowski, magistro coquinae suae, molendinum in prima fossata inter civitates alias naprzykopye et inter mediam civitatem alias srzedne, pro necessitate castri Buscensis construere consentit. XXI, 374.

1475.

204. *Sochaczow, f. 2 ante Thomae (18 dec.).* Anna, Masoviae ducissa, significat, quia Martinus et Anna, pueri olim Petri, molendinatoris Sochaczoviensis, ex una, et Ioannes Bundo cum suis filiastris Ioanne, Stanislao, natis Nicolai fabri, et Iacobus, filius Mathys, partibus ex altera, de minera Thuczny, propinqui et consanguinei olim Nicolai, molendinatoris Sochaczoviensis, molendina ipsorum molare et pannitussorium, super fluvio Brzura infra civitatem Sochaczoviensem consistentia, cum tertia mensura emolimentorum Ioanni Zawyeszych, proconsuli et civi Sochaczoviensi, de consensu ducali pro 103 sexagenis in $^1/_2$ gr. et pro 5 ulnis panni, hoc est dotis alias possagv Catharinae, consortis ipsius Ioannis Zawyeszych, vendiderint. XXI, 272.

1476.

205. *Sochaczow, f. 3 Dorotheae (6 feb.).* Casimirus IV rex ad petitiones Ioannis Zawyassich, praeconsulis Sochaczoviensis, approbat litteras Annae, relictae Vladislai, Masoviae ducis, quibus eadem ducissa forum et emptionem molendini cum tertia mensura emolimentorum, cum Martino, Anna, pueris olim Petri, molendinatoris Sochaczoviensis, ex una, et Ioanne Bundo ac nepotibus eius Ioanne et Stanislao, filiis Nicolai fabri et Iacobo, filio Mathiae, partibus ex altera, factam, concedit. SL. XXI, 273.

206. *Cracovia, f. 6 post Francisci (11 oct.).* Casimirus IV rex causam controversiae inter venerabiles viros, doctores et plebanos ecclesiae parrochialis s. Annae Cracoviae, pro tempore exsistentes, ex una, et quandam Cordulam ex altera partibus, coram commissariis regiis Iacobo de Dambno, nunc palatino Sandomiriensi, tunc vero regni thesaurario et capitaneo Cracoviensi, et Stanislao de Schydloviecz, castellano Zarnoviensi, natorum regis magistro curiae, occasione cuiusdam horti in villa regali Nova iuxta novum monasterium iacente vertentem, et tandem cessionem et resignationem eiusdem horti in personam Mathiae de Costhen, decretorum doctoris, plebani ecclesiae praedictae, per quosdam Nicolaum et Ioannem Weyndrich coram aliis commissariis Stanislao de Strzelcze, palatino Belsensi, et Stanislao de Curozvanky, vicecancellario regni, ac Ioanne Slupcza, canonico et rectore universitatis Cracoviensis, Ioanne de Osswyanczin, sacrae theologiae professoribus, et Iacobo de Bokxicze, doctore in medicinis, factam, approbat. SK. XIX, 82.

207. *Parczow, sabbato ante OO. SS. (30 oct.).* Casimirus IV rex ad petitionem Ioannis Trzassythobola, consulis et civis Lublinensis, privilegium Casimiri III regis anno 1358, Lublini in vigilia Viti (14 iun.) datum, consensum regium provido Nicolao duo molendina in Lublin erigendi continens approbat. JB. XX, 129.

1481.

208. *Smotricz, sabbato in Conductu Paschae (5 mai).* Ioannes Odrowasz de Sprowa, palatinus Russiae et capitaneus Podoliae generalis, nobb. Thenophey et Georgio filiis Jolthuchow, fratribus germanis, servis suis, 20 marcas in villa deserta Nyedzwyedzowa Lanka cum libertate alias swyeboda 3 annorum inscribit et donat. XX, 69.

1483.

209. *Vaszoschze, f. 2 Michaëlis (29 sep.).* Ioannes, Masoviae dux, ratione servitiorum Zawyszy de Conradzecz, marsalci sui et vexilliferi Ploczensis, et praecipue ob respectum capitalis residentiae in ducatu per ipsum Zawisium faciendae, eidem villam ducalem Zebri, in terra Vysznensi prope Vaszoschze sitam, ad tempora vitae donat, post mortem vero ipsius successoribus eius in eadem villa Zebri 200 sexagenas gros. inscribit atque ascribit eidem in eadem villa 50 sexagenas gros. debiti pro bonis Brzozowo, quae apud ipsum emerat. XIX, 185.

1484.

210. *In conventione Lublinensi, f. 3 post Valentini (17 feb.).* Casimirus IV rex nob. Georgio Vaczowski pro servitiis villam regiam Modrzycz districtus Drohobiczensis de manibus nobb. Jurkonis et Iwasskonis germanorum Tustanowsczy nuncupatorum redimere admittit. CK. XXI, 181.

211. —— *f. 4 ante Petri ad cathedram (18 feb.).* Casimirus IV rex Georgio Vaczowski terrigenae regni et tenutario villae regiae Modrzycz, districtus Drohobiczensis, per eum de manibus nobb. Jurkonis et Iwaskonis Tusthanowski germanorum exemptae, medietatem eiusdem villae praedicto Iwaskoni Tusthanowski in 175 marcis obligare consentit. CK. XXI, 181.

212. *In conventione Pyotrcoviensi, die Luciae (13 dec.).* Casimirus IV rex ad petitionem Pauli de Jassyenyecz, castellani Sandomiriensis et capitanei Mariemburgensis, de villa eius haereditaria Vchanye terrae Chelmensis oppidum iure maydemburgensi locare permittit. GL. XX, 79.

213. *In conventione Novae Civitatis Corczin, mense Ianuario.* Casimirus IV rex confirmat litteras suas priores datas in Koszczen f. 5 post Urbani (27 mai) anno 1462 super donatione areae seu loci in Hneyzdiczowcze Juchnoni Nagwasdan de Stankow. CK. XXII, 37.

214. *Wyelyczka, sabbato post Iudica (26 mar.).* Sbigneus de Tanczyn, succamerarius Cracoviensis et capitaneus Mariemburgensis, Catharinam Dzyrdzyna cum Anna et Brigida, filiabus suis, de Wyelyczka opus suum montaneum in montibus Wyeliczensibus una cum sepo dicto Dzyrdzynskye, post maritum et patrem ipsarum Dzyrda ad eas devolutum, Ioanni, artium baccalario, coctorum salis altaristae, et Stanislao Pystorek, praeposito et altaristae Wyeliczensi, senioribus et directoribus fraternitatis capellanorum et altaristarum Wyeliczensium, pro 56 marc. perpetuo vendidisse notum facit. XXI, 40.

215. *Leopolis, dominica post Simonis et Iudae (30 oct.).* Casimirus IV rex testificatur nob. Nicolaum Dolusskj, tenutarium villae Starzow, nob. Catharinae de Den, consorti suae, 200 marcas pol. consensu regio accedente in villa praefata reformaverit. CK. XVII, 267.

1486.

216. *Posnania, f. 5 ante Pentecostes (11 mai).* Adam proconsul, Casper Heida, Georgius Zitte, Petrus Lucae, Ioannes Vagrzyn, Albertus Kvchmistrz et Ioannes Welkyar, consules Posnanienses, in praesentia scabinorum villae Vinari, videlicet, Martini Kordziborz, Martini Mykula, Alberti Bogathi et Thomae Nadstavek in bannito iudicio, cui Petrus Tworek lantwoyth loco sculteti praesidebat, Veronicam Nollina per tutorem suum Ioannem Josth allodium seu haereditatem suam in villa Vinarj inter Petri Adae ex ambabus partibus haereditates cum 4 mansis agri et iterum $^1/_6$ agri ibidem inter Alberti Bavalin et inter viam eundo in Pyątkow, Margarethae Czeplowa resignasse notum faciunt. XXI, 64.

1487.

217. *In conventione generali Pyotrcoviensi, dominica in crastino Epiphaniae Domini (7 ian.).* Casimirus IV rex nobili Nicolao Bsowski terrigenae molendinum regium sub castro Lublinensi cuilibet obligare consentit. GL. XX, 131.

218. *Proschevicze, f. 5 post octavas Epiphaniarum (18 ian.).* Nicolaus Strasch de Byelaczow iudex et Ioannes de Maiori Modlnycza subiudex terrae Cracoviensis significant, quia Nicolaus Slabosch de Puthnovicze, uti debitor principalis, et Ioannes de Buczina ac Stanislaus Sluzowski de Wlostovicze, tanquam fideiussores, nob. Ioanni Costrzeczski de Costrzecza 500

florenos per 3 annos a festo Nativitatis Christi proximo reddere, in casu vero non redditionis intromissionem ei in bona sua: Nicolaus Slabosch in bona Cuchari, Ioannes Buczynski in villam Dobislavicze et Stanislaus Sluzowski in villam Wlosthowicze dare promiserint. XX, 151.

219. *Radom, sabbato post Purificationis V. Mariae (3 feb.).* Casimirus IV rex Sigismundum de Jagelnycza, iudicem terrae Camenecensis, suo et Ioannis de eadem Jagyelnycza, vexilliferi terrae Camenecensis, sui filii, nomine, tutorem bonorum suorum haereditariorum: medietatis et partium suarum in villis Cernowka et Rudzyno in Makoviensi, Possarzyno et Grothkowo in Vyssogrodensi, et venationis Plodownycza in Czyechanoviensi districtibus, ad ipsum Sigismundum post olim Bogusium de Mochtin, patrem suum, pertinentibus, Andream de Mochtin et Grothkowo indigenam Masoviae, consanguineum suum, constituisse testificatur. CK. XXI, 221.

220. *Lublin, f. 2 Agathae (5 feb.).* Nicolaus de Ostrow, castellanus Byeczensis et capitaneus Lublinensis et Crasznosthawiensis significat, quia Nicolaus Bszowski de Sthvn Andrae de Chmelnyk omnia perlucra, quae acquisivisset in hon. Iacobo, Andrea, Catharina, pueris olim Ioannis Trassytobola, super molendino Lublinensi in summa 675½ marcarum et 8 grossorum inscripserit, et si aliquis defectus esset in praesenti inscriptione et citatione aut concitatione alias naprzypowieszczenyv ille non debeat praefato Andreae obesse. XX, 130.

221. *In conventione Clodaviensi, dominica Iudica (1 apr.).* Casimirus IV rex Ioannem de Gyszycze, curiensem regium, Catharinae de Cleczewo, consorti suae, 1000 fl. hung. ratione dotis et 1000 fl. hung. ratione dotalitii in bonis suis haereditariis: tota villa Gyszycze et utraque Rosskj et Byenynowo, curia et fortalitio in Gyszycze, navigio et obstaculo alias yaszy in fluvio Visla et praediis, ad bona ipsa pertinentibus, in terra Gostinensi sitis, relinquendo tamen pro se loco medietatis bonorum oppidum Chwalkowo, in terra Sandomiriensi situm, reformasse testificatur. CK. XXI, 27.

1488.

222. *In conventione Pyotrcoviensi. f. 5 Ascensionis Domini (15 mai).* Casimirus IV rex oppido Brzozow mensae episcopalis Premisliensis, in terris Russiae sito, forum annuale pro die Francisci (4 oct.) donat. GL. XXI, 329.

223. *In conventione generali Piotrkoviensi, f. 4 ante OO. SS. (29 oct.).* Casimirus IV rex sub castro Olstyn districtus Leloviensis oppidum, quod Olsthynek vocari debet, in iure maydburgensi erigit, concedens illi 140 mansos, ex quibus 4 mansos pro advocatia Paulo de Szekoczyn, praedicti castri tenutario, ac 2 laneos pro erectione ecclesiae in eodem oppido Olsthynek excipit, datque etiam advocato de balneo censum, sextum denarium de censu civili et tertium de poenis, incolas vero ab omnibus censibus, redditibus, proventibus, stationibus, podvodis et contributionibus laudatis et laudandis ad 24 annos liberat. GL. XXI, 18.

1489.

224. *Cracovia, dominica Conversionis Pauli (25 ian.).* Casimirus IV rex ad petitionem Nicolai Cepel de Posnania, decretorum doctoris, canonici Posnaniensis, nomine Margarethae Czeplowa, matris eius, privilegium ducis Premislai II super 4 mansos in villa Vinari et 5 macella carnificum Posnaniae de data Posnaniae, dominica Laetare (28 mar.) anno 1283, et resignationem allodii in villa Vinari cum 4½ mansis agri ibidem per Veronicam Nollina in personam Margarethae Czeplowa coram iudicio bannito Posnaniae, f. 5 ante Pentecostes (11 mai) anno 1486 recognitam, confirmat. CK. XXI, 64.

225. *Cracovia, f. 4 Mariae Magdalenae (22 iul.).* Casimirus IV rex pro servitiis et benemeritis Nicolai Kianski, cubicularii regii, eum ab omnibus, tam generalibus, quam particularibus expeditionibus bellicis, quoad vixerit, absolvit. GL. XXI, 11.

1490.

226. *Cracovia, f. 2 Lucae evangelistae (18 oct.).* Casimirus IV rex Stanislao Szmyesek de Crzessyn, reginae Elisabeth servitori, 8 ulnas panni stuczne annuatim, pelliceam dorsinam vulpinam de biennio in biennium cum salario annuo 2 marc., pro quatuor temporibus ei solvendarum per ½ marcam, cameram et locum ad mansionem et locum ad mensam et post quodlibet prandium et quamlibet cenam cantharum cervisiae in zuppis Wyeliczyensibus ad tempora vitae eius dat. CK. XXI, 42.

227. *Pyotrkovia, f. 4 post Omnium Sanctorum (3 nov.).* Casimirus IV rex ad petitiones Petri Wronka, molendinatoris Leloviensis, et filiorum eius Nicolai presbyteri, Ioannis et Petri duo privilegia supra dictum molendinum Leloviense sub titulis: Sbignei de Brzezye, regni marschalci, in Lelow f 3 infra octavam Visitationis (4 iul.) anno 1419 et Predborii de Conyeczpolye castellani Sandomiriensis et capitanei Premisliensis, item in castro Lelow f. 4 post Visitationis V. Mariae (3 iul.) anno 1460 data confirmat. GL. XVII, 274.

1490.

228. *Pyotrkovia, f. 4 post Omnium Sanctorum (3 nov.).* Casimirus IV rex ad petitionem Petri Wronka molendinatoris Leloviensis eiusque filiorum Nicolai presbyteri, Ioannis et Petri litteras Ioannis haeredis de Cozyeglowy, capitanei Leloviensis, in Lelow f. 5 post Iubilate (9 mai) anno 1465 datas, resignationem molendini Leloviensis a Mathia dicto Brog in rem praedicti Petri Wronka in se continentes, confirmat. GL. XVII, 275.

1491.

229. *Czyechanow, f. 4 post Laetare (16 mar.).* Ioannes dux Masoviae et Russiae 30 sexagenas: 10 de navigio Vysla in civitate Plocensi, 20 de praetoriis in Byelsko et Plonisko pro sustentatione mansionariorum perpetuorum nuper institutorum assignat. XXI, 382.

1492.

230. *Cracovia, f. 6 ante Hedvigis (12 oct.).* Ioannes Albertus rex ad petitiones oppidanorum de Lubowla privilegia: primum Lodwici, Hungariae regis, in quo erectio et praerogativae dicti oppidi, necnon solutio census annualis cum certis exemptionibus et oneribus continebantur, aliud Vladislai II Poloniae regis, ubi libertatio medietatis telonei Cracoviensis, ordinatioque emptionis salis in suppis Cracoviensibus ad beneplacitum voluntatis concessa exponebantur, tertium Vladislai III regis, exemptionem et libertationem ab equitaturis, ducturis, podwodis et aliis oneribus oppidi praedicti in se continens, confirmat. GL. XXI, 282.

231. *Cracovia, f. 2 ante Martini (5 nov.).* Margaretha ducissa Oppaviensis et Rathiboriensis post olim Casimirum ducem Osszwaczimiensem et Zathoriensem vidua, Petro Myskowsky de Myrow, castellano Vielunensi, bona sua haereditaria Spithkovicze et Bachovicze de manibus puerorum Pauli Myskowsky eximere consentit. XX, 145.

1493.

232. *Cracovia, f. 6 infra octavas Epiphaniarum (11 ian.).* Ioannes Albertus rex carnificibus Cracoviensibus boves Cracoviam tantummodo pro macellis de terris Premisliensi et Russiae per civitates et oppida Rzeschow, Ropczicze, Sandomiriam, de Sanocensi vero terra per Crossno et Fristatth pellere permittit, salvis regalibus antiquis teloneis, ab aliis vero teloneis eos absolvendo. CK. XVII, 352.

233. *Cracovia, f. 2 Agnetis (21 ian.).* Ioannes Albertus rex nob. Nicolaum Naramowski, curiensem regium, fam. Ioanni Carnyowski, civi Cracoviensi, vineam cum toto eius circuitu extra muros Posnanienses sub monte retro ecclesiam s. Adalberti sitam, praedio molendinatoris Bogdanka vicinam, praedicto Naramowski pro servitiis eius a rege donatam, vendidisse testificatur. GL. XIX, 144.

234. *In conventione generali Pyotrhkoviensi, dominica Reminiscere (3 mar.).* Ioannes Albertus rex in causa inter teloneatores Sandomirienses et consules Lublinenses occasione telonei decernit, quod boves de terra Volhinensi pellantur per Belz, Rvbyeschow, Lyvblyn et Radom, de Radom per vias solitas, de quibus teloneum ipsi teloneatores Sandomirienses exigere non habeant, boves vero de terris Podoliae, Leopoliensi, Premisliensi pellantur versus Sandomiriam, de quibus teloneatores Sandomirienses exactionem telonei habebunt. CK. XX, 122; XXI, 195.

235. *Posnania, f. 6 vigilia Matthaei (20 sep.).* Ioannes Albertus rex Catharinae de Schamothuly, consorti Nicolai Coszyeleczkj, castellani Crussviciensis, 3000 fl. in auro et 640 fl. in mediis grossis a rege mutuo receptos super teloneo regio aquatico in Przepusth inscribit. GL. XIX, 161.

1494.

236. *Plonsko, f. 5 infra octavas Epiphaniarum (9 ian.).* Ioannes de Radzymyno, castellanus Warschoviensis, Boguslaus de Romoka iudex, Zauissius de Cunradzecz, vexillifer Plocenses, Iacobus de Rzwyeny Vyschegrodensis et Ioannes Cozyel de Camyonky Vyssnensis tribuni, notum faciunt nob. Stanislaum Iacobi de Comonyno portionem suam paternam et maternam in Comonyno districtus Raczyaziensis cum Predborio de Craykowo pro 6 iugeribus in Grzybowo eiusdem districtus cum additione 60 sexagenarum et equi valoris 6 sexag. gross. in solidis ipsi Stanislao per eundem Predborium facta, permutasse et ceterum Stanislaum Iacobi de Comonyno dicta 6 iugera in Grzybowo praefato Predborio de Craykowo pro 6 sexagenis gross. resignasse. Ex metrica privilegiorum Ioannis, Masoviae ducis. XXI, 287.

1494.

237. *Cracovia, f. 4 post Bartholomaei (27 aug.).* Ioannes Albertus rex Stanislao Gamrath de Sowoklanskj 100 fl. super villa Mrokoua terrae Byeczensis inscribit. XVII, 281.

238. *Raczansch, f. 2 (dominica) in crastino OO. SS. (2 nov.).* Boguslaus de Romoka iudex et Ioannes de Scholssyno subiudex terrae Plocensis significant, quia Predborius de Craykowo portionem nob. Stanislai Iacobi de Comonyno super bonis Comonyno, cum praefato Stanislao cum additione 60 sexagenarum et equi valoris 6 sexagen. pro 6 iugeribus in Grzybowo permutatam, Petro Sarnowski de Comonyno et Nicolao, ipsius Petri filio, in 70 sexagenis gross. in solidis perpetuo resignaverit XXI, 288.

1495.

239. *In castro Cracoviensi, f. 5 post Epiphaniarum (8 ian.).* Stanislaus Przedbor advocatus provincialis iuris supremi maydburgensis castri Cracoviensis una cum septem scabinis: Nicolao Scarbek, Ioanne Cromer, Mathia Roth, Nicolao de Cleparz, Ioanne Slonko, Raphaële de Cazimiria et Ioanne Rithmay in causa inter nob. Adam advocatum in Rubyeschow et Cristinum de Ostrow ratione advocatiae in Socalye decretum ferunt. XX, 246.

240. *Wyeliczka, f. 4 infra octavas Paschae (23 apr.).* Sbigneus de Tanczyn, succamerarius Cracoviensis et capitaneus Mariemburgensis, Lucam Fiolek de Wyelyczka, albae ecclesiae in Czlow curatum, acuciem alias ostrzystow octo famulorum salicidarum, vulgariter Gnynskye dictam, ad eum post patrem suum et reemptionem a fratre ipsius Casper germano devolutam, Ioanni baccalario coctorum salis et Iacobo Mariae Magdalenae altaristis et eorum fraternitati sacerdotum in Wyelyczka ob salutem animae suae perpetuo donasse testificatur. XXI, 41.

241. *Thorun, f. 2 Urbani (25 mai).* Ioannes Albertus rex Ambrosio Pampowski, palatino Siradiensi, rippam villae Muczinowo in districtu Pisdrensi tenutae Stanislai Czeszwyczski donat cum facultate parandi aggeres a rippa villae praefatae Muczinowo ad rippam ipsius villae haereditariae dictae Pelczino pro facienda piscina. GL. XX, 251.

242. *Rawa, f. 5 octava Visitationis V. Mariae (9 iul.).* Ioannes Albertus rex consulibus Torunensibus pontem ligneum per fluvium Visla construere admittit. GL. XX, 101.

243. *Lublin, f. 3 Michaëlis (29 sep.).* Ioannes Albertus rex Ioanni de Syenycza, subiudici terrae Chelmensis, villam Hruschow eiusdem terrae de manibus Andreae Zvlinski eximere consentit. R. XX, 60.

1496.

244. *Posnania, f. 3 post Oculi (8 mar.).* Consules civitatis Posnaniae significant, quia Paulus de Permontorio Italicus Iacobo de Glynky, capitaneo Junivladislaviensi, et Vlrico Helth, civi et mercatori Posnaniensi, procuratoribus Philippi Calimaci, regii secretarii, certum debitum in domo dicti Pauli inter domos Strosberg, parte ex una, et Voythek Heyda, parte ex altera, ac in aliis domibus et hortis, extra civitatem Posnaniensem iacentibus, hinc ad festum Adalberti (23 apr.) satisfacere se submisit. XXI, 249.

245. *In conventione generali Pyotrkoviensi, dominica Philippi et Iacobi (1 mai).* Ioannes Albertus rex in causa inter proconsulem et consules Sandomirienses et eiusdem civitatis teloneatores, ex una, et Opathowienses, partibus ex altera, occasione depositorii Sandomiriensis, innovando litteras regis Casimiri IV, in Camyenyecz, f. 4 in vigilia Assumptionis V. Mariae (14 aug.) anno 1448 datas, certas vias mercantiles praescribit civibus Opathoviensibus, iuraque teloneatorum et depositorii Sandomiriensium declarat. CK. XXI, 240.

246. *Cracovia, f. 3 infra octavas Corporis Christi (7 iun.).* Ioannes Albertus rex in controversia inter Nawoyczam de Conyeczpolye, relictam olim Mathiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, ex una, et Nicolaum presbyterum, Petrum et Ioannem germanos, molendinatores Lelovienses, parte ex altera, occasione quorundam ternariorum et laborum ortam decretum fert. XVII, 275.

247. *Posnania, f. 6 post octavas Corporis Christi (10 iun.).* Paulus Valker proconsul, Petrus Adam, Albertus Vydawsky, Ioannes Grodzyczki, Iacobus aurifaber, Mathias aurifaber et Martinus Krepel, consules civitatis Posnaniensis, in praesentia scabinorum Stanislai Czarnymaczko, Sebaldi Schutcze, Georgii pileatoris, Petri Lubik, Ioannis Gerlin, Stanislai Cristek et Georgii Filcz pellificis, in bannito iudicio, cui Blasius de Squirzyna, praefatae civitatis advocatus praesidebat, significant, quia Nicolaus Gotschalek, notarius civitatis Posnaniensis, tanquam tutor et nomine procuratorio Philippi Calimaci, capitanei Gostinensis et regii secretarii, per Andream Stano principalem procuratorem substitutus, domum muratam quondam Pauli Italici et Stephani, fratris ipsius, in circulo civitatis praefatae inter Hedvigis Strosberkowa et Georgii Lindner domos sitam, Barbarae, relictae Ioannis Canya, iure haereditario resignaverit. XXI, 249.

248. *Cracovia, f. 4 post Visitationis V. Mariae (6 iul.).* Ioannes Albertus rex Nicolao Lapischpothok, curiensi suo, pro meritis oppidum Jasslo cum villis Czoczarowa, Goraiovicza, Orzysczki, Hankowka in terra Byecensi sitis ad vitam eius et uxoris eius donat. XVII, 304.

1497.

249. *Sandomiria, sabbato ante Laetare (4 mar.).* Ioannes Albertus rex 7 mansionarios et 1 clericum in ecclesia S. Trinitatis in castro Lublinensi instituit et certos proventus de villis Swydnyk, Bystrzicza, Lagyewnyky, Przibislawicze, Tatari, Wrothkow, Crampyecz, Janovicze sustentandi gratia assignat. XXII, 70.

250. *Premislia, sabbato vigilia Pentecosten (13 mai).* Ioannes Albertus rex in causa inter cives rutenos de Premislia et consules de ibidem super testimonii iudiciarii fide, solutione memorialis iudicialis post praestitum iuramentum et festorum solennium observatione a praefatis rutenis decretum fert. VP. XVII, 309.

251. *Leopolis, f. 2 ante Viti (12 iun.).* Ioannes Albertus rex Zawissio Rosa de Borzyschovicze, succamerario et capitaneo Chelmensi, villas Siennicza cum advocatia, Rozyna, Voln Sienniczka et Przekladow terrae Chelmensis et districtus Crasnostaviensis, iure haereditario donat. VP. XXI, 384.

252. —— *f. 2 post Viti (19 iun.).* Ioannes Albertus rex, prorogando deffinitionem controversiae inter cives Leopolienses et iudaeos ratione mercaturae ad reditum suum Leopolim, iudaeis praefatis mille boves quolibet anno pro pannis comparare, pro quibus emendis in fora annualia ubilibet ire, eosdemque non alibi, neque aliter quam 500 in Jaroslaw et reliquos 500 Premisliae vendere permittit. VP. XVII, 331.

253. *In loco campestri circa villam Koczman, f. 4 post Assumptionis Mariae (16 aug.)* Ioannes Albertus rex testificatur Ioannem de Wolkow Barbarae, filiae Severini Herborth de Felsthyn, vexilliferi Leopoliensis, consorti suae, 200 marcas pol. ratione dotis et alias 200 ratione dotalitii super medietate bonorum haereditariorum: Volkow, Cuhayow, Curopathnykj, Czyrnyow, Budilow, Malechow, Podhorki, Thuzanowcze, Stankowcze districtus Leopoliensis reformasse. VP. XVII, 290. (Conf. Pars II № 768).

254. *In loco campestri circa curiam Hadir ad litus fluvii Pruth in Moldavia, f. 3 ante. Exaltationis Crucis (12 sep.).* Ioannes Albertus rex Petro Borzeczky terrigenae pro servitiis in praesenti expeditione bellica bona haereditaria Porzecze et Jaskouicze nobilis Mariae alias Mascha, consortis cuiusdam Lucae civis Drohobiciensis propter a bello praesenti absentiam confiscata donat. XVII, 293.

255. *Circa civitatem Soczaviensem, f. 6 festi Michaëlis (29 sep.).* Ioannes Albertus rex Ambrosio Pampowskj, palatino Siradiensi et capitaneo Lanciciensi, pro meritis bona haereditaria Martini Ponyeczkj, videlicet: oppidum Ponyecz cum villis, in districtu Costensi sita, propter eius absentiam a bello praesenti confiscata donat. VP. XVII, 298.

256. *Posnania, f. 5 ante 11000 Virginum (19 oct.).* Ulricus Helth proconsul, Mathias aurifaber, Petrus Adam, Paulus Velkar, Iacobus Barth aurifaber, Martinus Crepyl, Ioannes Herman et Andreas Bederman, consules Posnanienses, amicabilem compositionem per Nicolaum Cvezel, proconsulem Gostinensem, Andream Bederman, consulem Posnaniensem, et providos Albertum Vidawski et Blasium de Squirzyna, cives Posnanienses, tanquam arbitros inter fam. Paulum Velkar pro parte hon. Catharinae, consortis eius, ex una, et hon. Barbaram Canyna et Ioannem, filium ipsius, ex altera parte, ratione bonorum mobilium et immobilium factam approbant. XX, 260.

257. *In loco campestri circa Czarnowcze in Moldavia dominica ante OO. SS. (29 oct.).* Ioannes Albertus rex nob. Iwaskoni armeno, interpreti suo, bona nobb. N. et Bartholomaei Domazirszczi propter absentiam eorum a bello confiscata donat. VP. XX, 50.

258. *Leopolis, f. 5 vigilia Conceptionis V. Mariae (7 dec.).* Ioannes Albertus rex canonicatum et praebendam in ecclesia Premisliensi almae Universitati Studii Cracoviensis annectit, dando Universitati praefatae ius praesentandi ad praedictam ecclesiam quemcunque doctorem de suo gremio. VP. XVII, 349.

1498.

259. *Cracovia, dominica Iudica (1 apr.).* Ioannes Albertus rex Petro de Curoswanky, castellano Sandomiriensi et regni thesaurario, summam 4383 fl. hung. apud eum levatam super villis regalibus Padew, Thuschow, Jahlani, Przekop, Plaw et Plawska Volya, ad oppidum Osyek spectantibus, in districtu Sandomiriensi sitis, inscribit. XVII, 250.

1498.

260. *Premislia, f. 4 in crastino Stanislai in maio (9 mai).* Iacobus de Czeschaczicze iudex et Raphaël de Prochnyk subiudex terrestres Premislienses generales notum faciunt nob. Georgium Modrziczki obligasse 5 areas alias dworzyska in villa Modrzycz sortis suae nob. Georgio Vaczowski in 80 marc., in quibus areis resident Pakowskye, Drobowske, Jsayowske, Holowska, Dolhuschowskye, et mediam aream, quam sibi ipse Georgius Vaczowski elegerit, et turrim magnam super tres Crzany ac piscinam, quam ambo debent insimul reformare et simul eadem uti. XXI, 181.

261. *In castro Costensi, f. 2 vigilia Sophiae (14 mai).* Raphaël de Leschno, Gnesnensis castellanus et curiae regiae marsalcus, Ginbyer de Obyezicze Sremensis castellanus et Casper de eadem Leschno, succamerarius Calissiensis, iudices commissarii, una cum assessoribus Dobrogostio Soboczki Posnaniensi et Alberto Myasskowskj Calissiensi notariis, abiudicando liberos olim Martini Ponyeczki Martinum et Ursulam, per nobilem Ioannem Chelinski patruum suum stantes, a bonis Ponyecz id est: castro Ponyecz, teloneo, molendino et villis Szmylowo, Dlugawlicza, Myechczyno, Janischowo, Conarzewo et aliis propter inobœdientiam et absentiam patris ipsorum a bello Moldaviensi, bona praefata Ambrosio Pampowskj, palatino Siradiensi, per procuratorem suum Sigismundum Brzosth, plebanum in Cziruony kosczol, agenti, adiudicant et intromissionem ei in bona praefata admittunt. XVII, 296.

262. *In arce Cracoviensi, f. 3 Rogationum (22 mai).* Nicolaus de Camyenyecz, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Cracoviensis generalis, testificatur Creslaum de Curozwanki, episcopum Vladislaviensem et regni cancellarium, villas suas haereditarias Siroslawicze, Maczyeyovicze et Smylovicze pro 3000 fl. hung. Clementi Slonko et Sophiae, uxori eius, civibus de Proschowicze, vendidisse et resignasse. XXII, 50.

263. *Cracovia, f. 4 vigilia Corporis Christi (13 iun.).* Ioannes Albertus rex ad petita praeclari Janussii ducis Zathoriensis et Petri Myskowski, castellani Sandeczensis, contractum certum inter eos factum occasione villarum Spithkovicze et Bachovicze terrae Zathoriensis et aquae perfluentis per villas Grodzisko, Laskowa, Trzebiencze et Wielglowicze approbat. VP. XX, 133.

264. —— *f. 3 post divisionis apostolorum (16 iul.).* Ioannes Albertus rex testificatur Andream Stadniczky, haeredem de Byrkow, fam. Georgio Lang, consuli Cracoviensi et tenutario Proschoviensi, certam summam, ab eo mutuatam, in bonis suis Byrkow inscripsisse et eum de consensu regio pro securitate praefatae suae haereditatis ab expeditione bellica ad tempus ipsius tenutae eorundem bonorum absolvisse. XIX, 71.

265. *Bochnya, f. 2 post Nativitatis V. Mariae (10 sep.).* Ioannes Thuren, advocatus iuratus, una cum 7 scabinis iuratis civitatis Bochnya Ioanne Myernowski, Ioanne Malski, Petro Pandzywyatr, Stanislao Rubyn, Ioanne Goworek, Ioanne Craska, Alexio Oleska, Catharinam Scorczanka cum viro suo Ioanne Cathedrali domum Jaklowskj, super ipsam post mortem Jaklowey devolutam, in circulo superiori sitam, una parte iacentem versus superius circulum et penes aream desertam ab utrisque partibus, in acie circuli superioris, insuper praedium Jaklowskj dictum, situmque post valvam Cracoviensem parte una penes praedium baccalarii Panyewyk et penes praedium Petri Pandzywyatr ab utrisque partibus, etiam 10 virgas agri dictas Jaklowskye, iacentes parte una penes agrum plebani et penes agrum Martini Dandula, parte ab altera, super eam et eius fratrem uterinum Barthosium Skorczycz post mortem Jaklowey devolutam, nob. Marco, reginae piperario, pro marcis 71 et grossis 24 vendidisse notum facit. XXI, 56.

266. *Sandomiria, sabbato Michaëlis (29 sep.).* Ioannes Albertus rex ad petitiones Mathiae (de Staralomza) quondam Camenecensis, nunc vero Chelmensis episcopi, privilegium super bona mensae episcopalis Camenecensis, per olim Alexandrum Vitoldum M. Ducem Lithuaniae circa testimonia fidedignorum donata, videlicet: castrum et oppidum Czarnokozyncze ac villas Rozouicze, Mikilyncze, Voskrzeschencze, Zalyesye, Nyewra Minor, Voytowcze, Usczepuze, Zynkowcze in Camenecensi, oppidum et villam Czyrnyecz, Zagorze, Byzmyeschany, Nichynya, Choropotowa, Denkowcze, Nossakowcze alias Voythna in Smotrziciensi, Karczmischowcze, Popowcze, Vaschylowcze, Hawdikowcze, Kaczyncze et Miculincze in Rouensi districtibus in terra vero Podoliae ac Pssonna in Vinniciensi et Mathnowcze in Braczlauiensi districtibus concedit (conf. Pars II, № 1305). XVII, 361.

267. *Cracovia, dominica die Martini episcopi (11 nov.).* Ioannes Albertus rex Iacobo de Drzewicza, Zarnoviensi capitaneo, eiusque filiis molendini Opocznensis tertiam mensuram de manibus prov. Bartholomaei et Stanislai Wyecha, oppidanorum Opocznensium, pro 200 marcis, sicut per Martinum de Skothnykj iudicem et Nicolaum Sworski subiudicem Sandomirienses, commissarios regios, taxata est, eximere consentit. XX, 181.

1499.

268. *Wyelyczka, f. 5 ante Iudica (14 mar.).* Sbigneus de Tanczyn, succamerarius Cracoviensis et capitaneus Leopoliensis, Barbaram Harda de Wyelyczka opus suum montaneum in montibus Wyelicziensibus una cum sepo, dicto Trothowskye, ad ipsam per modum reemptionis devolutum et per Iacobum Troch, fratrem ipsius, ei resignatum, Ioanni baccalario coctorum salis et Iacobo, Mariae Magdalenae et Ioannis sectorum salis altaristis, directoribus et gubernatoribus fraternitatis sacerdotalis Vyelicziensis et eorum fraternitati, pro 23 marc. perpetuo vendidisse notificat. XXI, 41.

269. *Cracovia in conventione, f. 5 post Tiburtii et Valeriani (18 apr.).* Ioannes Albertus rex cives Leopolienses, cum mercibus euntes, ab omnibus teloneis in Regno solvendis liberat. CK. XX, 75.

270. *Cracovia, f. 3 post Ascensionis Domini (14 mai).* Ioannes Albertus rex bona mensae archiepiscopalis Leopoliensis a Turcis et Tartaris vastata ab omnibus exactionibus ad 10 annos liberat. XX, 8.

271. —— *f. 4 infra octavas Pentecostes (22 mai).* Ioannes Albertus rex pro meritis Iacobi Schidlowyeczsky, capitanei Sochaczoviensis, ei molendinum regium Sochaczoviense de manibus Ioannis Zawyessich, civis et molendinatoris Sochaczoviensis, eximere consentit. R. XXI, 273.

272. —— *f. 2 ante Antonii (10 iun.).* Ioannes Albertus rex in causa controversiae inter cives Lelovienses, ex una, et cmetones de villis Slanzany, Staremyasto et Sbiczicze, parte ex altera, occasione exactionum et laborum insolitorum poenarumque, captivationum, iniuriarum ac certarum oppressionum ad propositiones commissariorum a rege deputatorum Mathiae Drzeuiczki, praepositi Scarbimiriensis, secretarii regii, et Stanislai Mlodzyeyowski, castellani Radomiensis, certum decretum fert. R. XXI, 252.

273. *Plonsko, f. 3 post Kiliani (9 iul.).* Paulus Zyemak de Rosczyschevo iudex et Ioannes de Selschyno subiudex generales Plocenses, significant Lucam, utriusque iuris doctorem, Nicolaum magistrum artium liberalium, Mathiam, Sbigneum, Cristinum et Adamum Vylkanowsczy de Rzewnyno divisionem bonorum perpetuam inter ipsos fecisse tali modo: Lucae doctori cesserunt bona, quae sibi elegit, videlicet Jezewo, Vosnyky, Postruze, Pylchthovo, Wronowo, exceptis vinario horto et uno cum medio iugere post vinarium, et quinque sulcis aestivalibus ad granities Boguslawskye, quibus cessit per commutationem Andreae et Stanislao de Pylchthovo pro bonis Jezevo, Vosnyky, Copythovo, Vronowo cum bonis mobilibus et cum sexta portione summae de Brathyam, praefatis vero Nicolao, Mathiae, Sbigneo, Cristino et Adae — bona omnia in terris Masoviae, Prussiae, Cassubiae, tam immobilia, quam mobilia evenerunt, sub vadio 400 sexagenarum gross. in $^1/_2$ gr., quod vadium Adam de Raczynyno, Ioannes filius eiusdem de ibidem, Andreas et Stanislaus de Pylchthovo imposuerunt inter partes praedictas. XIX, 75.

274. *Herlof, f. 5 ante Margarethae (11 iul.).* Ioannes Stephanus, palatinus Moldaviae, condiciones pacis cum Ioanne Alberto, Poloniae rege, confirmat. XX, 29.

275. *Cracovia, f. 4 ante Petri ad vincula (31 iul.).* Ioannes Albertus rex oppido Drohobicz, nuper per impetum Turcorum magna damna passo, libertatem 10 annorum ab omnibus exactionibus admittit. XVII, 245.

276. —— *f. 5 decollationis Ioannis Baptistae (29 aug.).* Ioannes Albertus rex Stanislao de Chodecz, castellano Leopoliensi et capitaneo Cameneczensi, mandat, ut nobili Ioanni Ratholt, successori olim Ioannis Boryskowsky, subiudicis Cameneczensis, in bona ipsius Boryskowcze intromissionem det. XX, 140.

277. —— *f. 6 Francisci (4 oct.).* Ioannes Albertus rex oppidanos de Viznya, in rebus et structuris ab hostibus crucis damna passos, ad 8 annos a solutione omnium censuum, proventuum, datiarum, exactionum institutarum et instituendarum et a quibusvis contributionibus, solutionibus ac teloneis, a poduodis vero ad triennium liberat. R. XXI, 38.

278. *Vratislavia, f. 3 post Simonis et Iudae (29 oct.).* Benedictus abbas monasterii B. V. Mariae canonicorum regularium ordinis s. Augustini in Arena Vratislaviensi transsumptum litterarum Vladislai III, Hungariae et Poloniae regis, Budae, sabbato post Stanislai in maio (13 mai) anno 1441 super libertate mercandi in Polonia et Lithuania incolis civitatis Vratislaviensis concessa, datas, confirmat. XX, 33.

279. —— *f. 4 post Simonis et Iudae (30 oct.).* Benedictus abbas monasterii B. V. Mariae canonicorum regularium ordinis s. Augustini in Arena Vratislawiensi transsumptum litterarum Vladislai II, Poloniae regis, ad consules Vratislavienses in Crassnystaw f. 2 post Divisionis apostorum (19 iul.) anno 1417 de via mercantili in Valachiam et Tartariam datas confirmat. XX, 33.

280. *Cracovia, f. 5 ante Thomae apostoli (19 dec.).* Ioannes Albertus rex Nicolao La-

pischpotok 100 florenos hung. de proventibus in Scepusio ex 13 civitatibus ad tempora vitae et uxoris eius donat. XVII, 304.

1500.

281. *Cracovia, f. 4 post Invocavit (11 mar.).* Ioannes Albertus rex Paulo Jassyenski, curiensi suo, residuum summae pro exempto oppido Busko, id est 1000 fl. hung. et 958 marc. in oppido Capinossz et villis Vyeczcza, Vylkow cum deserto Glysszk Maior, Glyszk Minor, Nouawyesz et Grochole cum Vysla et rippa eiusdem districtus Sochaczoviensis, cassatis prioribus inscriptionis eiusdem summae super Chordlo litteris, inscribit. XXI, 320.

282. —— *sabbato ante Oculi (21 mar.).* Ioannes Albertus rex oppidanis de Mosczyska 8 annos libertatis ab omnibus exactionibus admittit. XVII, 257.

283. *Leopolis, sabbato vigilia Pentecosten (6 iun.).* Derslaus Vilczek de Boczow, succamerarius Leopoliensis, Felix de Baluczyn, subiudex terrestris Leopoliensis, Iacobus Hermanowsky, iudex castri Leopoliensis, commissarii regii, in causa inter Catharinam relictam olim Petri Simnovodzky, nunc Ioannis Carsnyczky consortem, ex una, et Barbaram Nicolai Arnesth, consulis Leopoliensis, et Margaretham Pauli Rozborsky consortes, sorores, filias eius ratione villae Zimnavoda decretum ferunt. XVII, 330.

284. *Cracovia, f. 4 ante Corporis Christi (17 iun.).* Ioannes Albertus rex monasterio canonicorum regularium ordinis s. Augustini conventus Corporis Christi in Casimiria tria molendina alias tertiam mensuram eorundem: primum videlicet molendinum circa villam Rakouicze, aliud in Arena versus Mogilam eundo post pontem, penes allodium Georgii Morsthyn, consulis Cracoviensis, et tertium post ecclesiam s. Nicolai inter allodium Ioannis Kyeslynk ex una et dealbatorium alias blech consulum Cracoviensium parte ex altera donat. XVII, 347.

285. *Posnania, f. 4 vigilia Corporis Christi (17 iun.).* Ambrosius de Pampow, palatinus Siradiensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, et consulatus civitatis Posnaniensis, tanquam commissarii a rege deputati, Vilhelmum Kran et Henricum Koch, cives in Lipsko, in causa cum Hieronimo Hoffman, cive Posnaniensi, contumaces declarant. XXI, 213.

286. *In curia Cambensi, f. 6 post octavas Ioannis Baptistae (3 iul.).* Nicolaus de Ostrow, palatinus Sandomiriensis et capitaneus Lublinensis, inscriptionem iudicii banniti Vanwalniczensis de domo seu area aedificionali et horto in Wanwelnicza per successores Stanislai Schymkovicz Alberto Maslko, vicegerenti capitaneali et oppidano Vanwalniczensi, vendita approbat. XXII, 59.

287. *In castris circa Walawa, dominica ante Margarethae (12 iul.).* Ioannes Albertus rex incolas oppidi Crossno ab omnibus generaliter censibus ad 20 annos absolvit. XVII, 248.

288. *In castro Cracoviensi, sabbato in vigilia Bartholomaei (22 aug.).* Nicolaus de Camyenyecz, capitaneus terrae Cracoviensis generalis, recognoscit Barbaram, consortem prov. Petri Cosska de Parwa Swynarsko, Iacobum Warzecha, vicarium perpetuum ecclesiae collegiatae Novae Sandecz, in lucro pro agro dicto Kozniska ibidem in Parwa Swinarsko condemnasse. XIX, 89.

289. *Cracovia, f. 5 infra octavas Nativitatis V. Mariae (10 sep.).* Ioannes Albertus rex Andreae de Gora, decretorum doctori, archidiacono Curzeloviensi, censum annuum 10 marc. in carnificibus Cracoviensibus pro festo Martini solvendum pro 300 fl. in vim reemptionis alias nawiderkoff vendit. MD. XXI, 8.

1501.

290. *Cracovia, f. 2 festi Priscae (18 ian.).* Elisabeth regina Ioanni Alberto regi Poloniae villam Lobzow reformationis suae fam. Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, in quacunque summa inscribere consentit. XVII, 323.

291. *Petricovia, die conversionis Pauli (25 ian.).* Nomina exactorum, qui per serenissimum Ioannem Albertum regem Pyotrkoviae pro festo conversionis Pauli deputati erant ad exactiones czopowe 8 grossorum et civilem. XVII, 306.

292. *In conventione Pyotrcoviensi, sabbatho vigilia Valentini (13 feb.).* Iacobus de Wosznykj iudex et Iacobus de Cruschew subiudex Siradienses causam certam inter Stanislaum Lassoczskj, haeredem de Brzezyny, succamerarium Posnaniensem, ex una, et Ioannem Choyenskj, canonicum Gnesnensem et archidiaconum Lanciciensem, eiusque germanum Petrum de Choyny, necnon nob. Lucam cum suis nepotibus Ioanne Schawyala et Ioanne de Bandon, ex altera partibus, ratione bonorum in Choyny, Bandon, Mylesky et in alia Choyny, ortam disiudicant. XX, 186.

293. *Cracovia, f. 3 post Iudica (30 mar.).* Ioannes Albertus rex fam. Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, 2000 fl. hung. debiti mutuati in villa regali Lobzow penes Cracoviam de consensu Elisabeth reginae, matris suae, in cuius dotalitii reformatione dicta villa continetur, inscribit, possessionemque villae praefatae ei et post mortem eius consorti ipsius Sczassna admittit. MD. XVII, 322.

1501.

294. *Cracovia, f. — post Conductus Paschae (19—23 apr.).* Ioannes Albertus rex cives oppidi Hrodlo, a Tartaris desolati et combusti, ab omnibus censibus liberat. XX, 14.

295. *Torunia, f. 5 ante Trinitatis (3 iun.).* Ioannes Albertus rex Paulo Czarny, zuppario Cracoviensi, pro servitiis tribunatum Cracoviensem per Spithkonis de Jaroslaw, castellani Cracoviensis, eiusdem castellanatus assecutionem vacantem, confert. MD. XVII, 354.

296. *Leopolis, f. — infra octavas Corporis Christi (11—17 iun.).* Scabini civitatis Leopoliensis, iuxta litteras mandati regii per Mathiasch Wayner et Andream Berger Leopolienses de sesso consulatu missos productas, domum olim Petri Striczek, in circulo Leopoliensi, inter domos Martini Vasserborth et dominae Colaczkowa sitam, Ioanni Bonar, consuli Cracoviensi, resignare faciunt. XX, 108.

Index rerum.

Adaptationes: №№ 1461, 1672, 2133, 2187, 2208, 2603.

Advitalitates: №№ 235, 358, 436, 681, 752, 955, 1131, 1370, 1394, 1422, 1456, 1462, 1525, 1538, 1640, 1750, 1774, 2188, 2225, 2226, 2545, 2547, 2735, 2743.

Advocatiae: №№ 149, 249, 264, 297, 326, 329, 352, 369, 436, 581, 589, 628, 630, 685, 805, 914, 955, 968, 982, 992, 1091, 1202, 1213, 1244, 1252, 1281, 1296, 1304, 1314, 1328, 1346, 1361, 1371, 1428, 1434, 1466, 1468, 1497, 1557, 1569, 1576, 1600, 1607, 1619, 1651, 1663, 1727, 1737, 1749, 1912, 1971, 1996, 2028, 2032, 2066, 2130, 2132, 2165, 2191, 2224, 2226, 2242, 2323, 2343—2345, 2373, 2377, 2378, 2385, 2412, 2433, 2492, 2510, 2535, 2537, 2544, 2718, 2735, 2769, 2818, 2867. Supplementum: №№ 2, 25, 38, 39, 40, 42, 58, 84, 109, 113, 118—120, 124, 239, 251.

Alexandri regis electio et coronatio: №№ 16, 17, 27, 36, 1399, 1773, 1834, 2149.

Altare portatile: № 2275.

Apothecarii: №№ 1068, 2351, 2695.

Appellationes: №№ 1395, 2237.

Armeni: №№ 127, 128, 130, 132, 136, 168, 260, 701, 703, 705, 741, 908, 909, 1154, 2082, 2121, 2517, 2651, 2675, 2726. Supplementum: №№ 51, 53, 55, 68, 117, 126, 127, 140, 174, 175, 177, 178, 257.

Armifices: №№ 1682, 1868.

Aromathariae species: № 427.

Artifices: №№ 1368, 1576, 1647, 2176, 2244. Supplementum: №№ 113, 193.

Aurifabri: №№ 1490, 1576, 1581, 1651, 1909, 2176, 2695. Supplementum: № 247.

Baccalarii: №№ 1263, 1512, 1666, 2127. Supplementum: №№ 240, 265.

Balnea: №№ 124, 693—695, 1614, 2000, 2050, 2378, 2666. Supplementum: №№ 38, 42, 56, 97, 113, 223.

Bannitiones: №№ 661, 1364, 1430, 2295.

Bona nobilium: a) cessio, commutatio, divisio, donatio, venditio: №№ 1, 26, 65, 83, 162, 188, 220, 254, 296, 300, 370, 371, 385, 395, 396, 508, 522, 533, 597, 600, 604, 608, 643, 807, 831, 841, 852, 922, 952, 1073, 1074, 1089, 1091, 1097, 1135, 1209, 1232, 1237, 1248, 1260, 1271, 1277, 1278, 1280, 1302, 1364, 1371, 1428, 1444, 1453, 1472, 1478, 1479, 1484, 1511, 1663, 1684, 1705, 1707, 1708, 1710, 1716, 1735, 1759, 1794, 1880, 1881, 1939, 1942, 2004, 2007, 2009, 2012, 2013, 2046, 2140, 2141, 2200, 2224, 2245, 2248, 2256, 2262, 2263, 2266, 2268, 2274, 2301, 2333, 2380, 2430, 2478, 2493, 2504, 2521, 2554, 2556, 2562, 2570, 2613, 2662, 2667, 2668, 2672, 2675, 2702, 2716, 2719, 2738, 2762, 2843, 2866. Suppl.: №№ 1, 50, 103, 119, 199, 218, 231, 236, 238, 260, 262, 263, 273, 276, 292.

b) confiscatio: №№ 135, 2274, 2391. Suppl.: №№ 254, 255, 257, 261.
c) restitutio: №№ 9—12, 135, 2434.
Bona oppidanorum: №№ 1759, 1760, 1909, 1953, 1954, 2006, 2008, 2019, 2037, 2349, 2433, 2614, 2656, 2779. Suppl.: №№ 169, 216, 224, 244, 247, 265, 268, 296.
Bona regalia: a) augmentatio: №№ 1410, 1411, 1420, 1834. Suppl: № 281.
b) donatio: №№ 68, 71, 74, 98, 112, 187, 196, 255, 324, 331, 358, 365, 445, 696, 701, 766, 779, 876, 1007, 1131, 1178, 1302, 1311, 1401, 1458, 1473, 1482, 1504, 1551, 1552, 1565, 1737, 1803, 1832, 1937, 1984, 2107, 2112, 2116, 2154, 2158, 2182, 2195, 2225, 2248, 2391, 2545, 2547, 2623, 2727, 2740, 2743, 2856. Suppl.: №№ 6, 10—12, 14, 19, 26, 27, 43, 81, 82, 112. 130, 133, 167, 179, 209, 241, 251.
c) oppignoratio: №№ 5, 18, 42, 55, 95, 141, 150, 159, 168, 174, 219, 233, 241, 278, 284, 295, 298, 305, 307, 337, 345, 347, 351. 361, 378, 383, 444, 516, 576, 596, 611, 615, 617, 618, 649, 650, 672, 674, 686, 694, 695, 702, 755, 765, 768, 770, 780, 784, 790, 793, 799, 814, 833, 851, 856, 895, 902, 903, 905, 932, 934, 935, 940, 945, 1000, 1010, 1012, 1013, 1022, 1023, 1051, 1062, 1103, 1106, 1144, 1151, 1154, 1159, 1163, 1164, 1169, 1190, 1196, 1202, 1223, 1226, 1273, 1339, 1359, 1382, 1391, 1393, 1396, 1398, 1409, 1455, 1506, 1509, 1541, 1550, 1578, 1637, 1750, 1834, 1835, 1838, 1866, 1876, 1897, 1941, 1999, 2033, 2038, 2069, 2093, 2102, 2106, 2109, 2117, 2128, 2129, 2140, 2141, 2144, 2151, 2156, 2173, 2174, 1178, 2206, 2217, 2236, 2369, 2485, 2489, 2499, 2522, 2532, 2555, 2558, 2589, 2597, 2618, 2634, 2661, 2678, 2734, 2761, 2803, 2818, 2881. Suppl.: №№ 85, 101, 123, 137, 142, 143, 164, 185, 186, 189, 191, 195, 197, 198, 201, 202, 208, 209, 237, 259, 264.
